





SANCTISSIMI
DOMINI NOSTRI
BENEDICTI
PAPÆ XIV.
BULLARIUM.
TOMUS TERTIUS,

IN QUO CONTINENTUR

Constitutiones, Epistolæ, aliaque Edita ab Initio Pontificatus usque ad Annum MDCCXLVIII.

Editio recentior auctior & emendatior.



VENETIIS, MDCCLXVII.

Sumptibus BARTHOLOMÆI OCCHI,

SUPERIORUM PERMISSU.

PONTIFICATUS ANNO VII.

IN APPENDICE.

SAN-

INDEX
INITIORUM
SINGULARUM CONSTITUTIONUM
QUÆ IN HOC TOMO CONTINENTUR.

INDEX ARGUMENTORUM EARUMDEM CONSTITUTIONUM.

ANNO MDCCXLV.


PONTIFICATUS ANNO V.

PONTIF. ANNO VI.

N. Condannazione dopo il frontespizio



SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI
BENEDICTI PAPÆ XIV.
CONSTITUTIONES, EPISTOLÆ &c.



DE CAPACITATE

CXXXV.

Canonicorum Regularium Lateranenſium, & Sanctiſſimi Salvatoris, ad obtinenda Beneficia Eccleſiaſtica ſæcularia, cum cura, & ſine cura, atque Penſiones Eccleſiaſticas.

BENEDICTUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.



Uod inſcrutabili Divinæ Providentiæ conſilio Nobis immerentibus demandatum eſt Apoſtolicæ ſervitutis Officium, inter graviſſimas curas, quarum pene obruimur multitudine, hanc etiam Nobis imponit, ut eas controverſias dirimere, atque aliquando de medio tollere ſtudeamus, quæ jampridem diu agitatæ, magno Eccleſiaſticæ diſciplinæ detrimento indeciſæ adhuc pendere dignoſcuntur; idque potiſſimum, ubi & rei controverſæ gravitas, doctorum Virorum judicio, viſa eſt Apoſtolicæ Deciſionis oraculum poſtulare; & ipſi Romani Pontifices Prædeceſſores Noſtri ejuſmodi deciſionis edendæ conſilium alias ſuſceperunt; tametſi, quominus id perficerent, aliorum fuerint negotiorum occupationibus præpediti.

Exordium.

§. I. Celebris jamdudum eſt controverſia, an Canonici Regulares capaces ſint continendi & retinendi Eccleſias Parochiales ſæculares, abſque Indulto Apoſtolico. Quam quidem controverſiam tum veteres tum recentiores Canoniſtæ tractarunt, in ſuis Commentariis ad *Cap. Quod Dei timorem, de ſtatu Monachorum*; nec defuerunt inter Ec-

Controverſia ſuper capacitate Canonicorum Regularium ad Beneficia ſæcularia ſæpe ab Auctoribus tractata.

clesiasticarum rerum Scriptores, tum Italos, tum ex Regionibus ultra Montes positis, qui hujusmodi quæstionem accurate examinaverint. Hac ipsa de re, flagitantibus Canonicis Regularibus Lateranensibus, bonæ memoriæ Franciscus Maria Pitonius magni quondam nominis in Romana Curia Advocatus, ac deinde Episcopus Imeriensis in Partibus Infidelium, & sanctæ memoriæ Benedicti Papæ XIII. Auditor, amplum composuit volumen, quod licet nunquam Typis vulgatum, a Nobis tamen visum, atque perlectum est. Præterea dilectus Filius Cæsar Benvenuti Abbas Generalis Canonicorum Regularium Lateranensium, non multos ante annos, in lucem edidit Opus a se conscriptum, pro asserendo Canonicis sui Ordinis jure obtinendi præfatas Parochiales, absque Indulto Apostolico; in quam etiam sententiam plures clarorum Jurisperitorum Consultationes editæ sunt, ac Typis impressæ in Bullario Canonicorum Regularium Sanctissimi Salvatoris. Denique innumeri propemodum sive Theologi, sive Jurisconsulti, in suis Operibus, quæstionem hanc instituerunt; quorum aliqui eo usque progressi sunt, ut prædictos Canonicos Regulares nedum ad obtinendas sæculares Ecclesias Parochiales ad præsentationem Patronorum sive Ecclesiasticorum, sive Laicorum, sed ad alias quascumque Parochiales Ecclesias ad liberam Ordinariorum collationem spectantes, etiam per concursum, assequendas, & ad se sistendum hujusmodi concursibus, absque Indulto Apostolico, habiles atque capaces asserere non dubitaverint. Tum a Parochialibus Ecclesiis gradum faciendo ad Canonicatus Metropolitanarum, Cathedralium, & Collegiatarum Ecclesiarum, horum quoque absque Apostolica dispensatione adipiscendorum, capaces eos esse sustinuerunt. Et quod magis notatu dignum videtur, idem plane affirmarunt de Beneficiis simplicibus, & Pensionibus Ecclesiasticis; plura congerentes exempla hujusmodi Canonicorum Regularium, qui, absque Romani Pontificis Indulto, tum ad regendas Parochiales Ecclesias Sæculares, & ad obtinendos Canonicatus atque Præbendas in Ecclesiis Collegiatis, Cathedralibus, & Metropolitanis; tum etiam ad Beneficia Ecclesiastica simplicia nimirum absque Animarum Cura, vel residentiæ onere, administranda, e Claustris exierunt.

Resolutiones Congregationum, & Summorum Pontificum Decreta.

§. 2. Sane quum in Congregationibus Venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium ad diversi generis negotia cognoscenda auctoritate Apostolica deputatorum, examinatum sæpe fuerit hujusmodi assertum jus Canonicorum Regularium; sæpe responsum est, eos, absque Apostolico Indulto, ad sæculares Parochias promoveri non posse. Ita respondit Congregatio Concilii de anno millesimo quingentesimo octuagesimo primo, ejusque responsum approbatum fuit a sanctæ memoriæ Prædecessore Nostro Gregorio Papa XIII. Ita decrevit Congregatio Episcoporum & Regularium de anno millesimo sexcentesimo septuagesimo primo, expensis prius rationibus fuse deductis a Procuratore Generali Canonicorum Regularium Lateranensium; atque hoc pariter Decretum a piæ memoriæ Clemente Papa X. confirmatum, deindeque ad Canonicos quoque Regulares Sanctissimi Salvatoris extensum fuit. Cumque iidem Canonici Regulares Decretis prædictis minime acquiescerent; oblata occasione cujusdam Causæ *Placentinæ* in Congregatione Concilii propositæ Anno Domini millesimo sexcentesimo nonagesimo tertio, in qua agebatur de quodam Canonico Regulari Lateranensi præsentato ad Parochialem Ecclesiam sæcularem, quamvis Apostolicum Indultum eidem concessum fuisset; additum tamen fuit in Rescripto, ipsis petentibus, ut omnia, quæ præcesserant super hac re Decreta unirentur, utque, auditis Procuratoribus Generalibus, certa, & universalis Lex in hac materia constitueretur, idque a sanctæ memoriæ Innocentio Papa XII. Prædecessore Nostro per Apostolicas Literas in forma Brevis fuit confirmatum.

Clemens XI. Congregationi Concilii Causæ discussionem subjicit.

§. 3. Hæc tamen Decretorum unio, & generalis Causæ discussio minime peracta fuit. Verum anno Domini millesimo septingentesimo decimo tertio Procurator Generalis Canonicorum Lateranensium postulavit a felicis recordationis Prædecessore pariter Nostro Clemente Papa VI. ut totius Causæ cognitionem prædictæ Congregationis Concilii Tridentini Interpretis examini & judicio subjiceret; ad hoc ut eadem Congregatio illam discuteret ac definiret, *in mero puncto Juris communis, Concilii Tridentini, Professionis, & Instituti Canonicorum, independenter & præcisive ab omnibus*

bus Resolutionibus & Decretis Sacrarum Congregationum, judicatis quorumcumque Tribunalium, Rescriptis, & Oraculis Summorum Pontificum, tam favorabilibus, quam contrariis Ordini Canonicorum Regularium, a temporibus Gregorii XIII. usque in præsens emanatis s super quo Pontificium *juxta petita* Rescriptum obtinuit.

§. 4. Juvat credere, tunc existentem, aliosque deinceps prædictæ Congregationis pro tempore Secretarios, pro debita erga Pontificis mandatum observantia, diligenter curasse, ut Causa isthæc in Congregatione proponeretur. Equidem cum Nos in minoribus constituti, eodem Secretarii munere fungeremur, plurium annorum cursu nihil intentatum reliquimus, ut & prædicta controversia ad examen revocaretur, & congrua tandem decisione tolleretur; sed minime licuit, novis semper impedimentis objectis, negotium hoc ad optatum finem perducere. Verumtamen minime dubitabamus (quod etiam prædictis Secretariis, qui ante Nos fuerunt, persuasum fuisse censemus,) quin interim inviolate servaretur præcitatum Decretum anno millesimo sexcentesimo septuagesimo primo a Congregatione Episcoporum & Regularium editum, & a Clemente Papa X. confirmatum; quum potissimum & ipsorum temporibus, & Nobis etiam hujusmodi Secretarii Officium obeuntibus, frequenter evenisset, ut ab Apostolica Dataria, tam ad ipsam Concilii Tridentini, quam ad aliam Episcoporum & Regularium Congregationem, remitterentur petitiones Canonicorum Regularium, qui pro obtinenda aliqua Parochiali Ecclesia sæculari, ad quam a Patronis præsentati fuissent, vel pro assequendo Canonicatu Ecclesiæ Cathedralis aut Collegiatæ, ab aliquo Episcopo sibi collato, Apostolicum Indultum postulabant. Unde consequens erat, ut opportunis adhibitis diligentiis pro Causæ propositione ad normam Rescripti Clementis Papæ XI. non admodum interesse videretur, si ipsi Canonici Regulares ejusdem Causæ decisionem minime urgerent. Quæ variis ex Causis dilata fuit.

§. 5. At vero quum a sanctæ memoriæ Benedicto Papa XIII. Anconitanam Episcopalem Ecclesiam regendam accepissemus, statim ac ad eamdem, uti par erat, præsentes accessimus, sero didicimus Nostram hac de re opinionem Nos fefellisse. Siquidem in ea Civitate nonnullos Canonicos Regulares invenimus, qui post relatum Decretum anni millesimi sexcentesimi primi, nullo suffulti Apostolico Indulto, sed de licentia tantum suorum Prælatorum Regularium, ad Parochias sæculares, vel ad Canonicatus in Cathedrali Ecclesia promoti, e Religiosis Claustris migraverant Quin etiam unum ex his invenimus, qui quum sæculare Beneficium, quod olim obtinuerat, resignasset; tamen extra Claustra similiter, in habitu Presbyteri sæcularis degebat. Atque hujus quidem conscientiæ securitati, pro Nostri muneris ratione, consulere non omisimus, implorata eidem dispensatione ab Officio Pœnitentiariæ Apostolicæ, cui rem totam referentes, demonstravimus jam moraliter impossibile Oratori fore, claustralis vitæ institutum, & Religiosum habitum resumere; quum & octogenario major esset, & mala valetudine laboraret. Abusus a Sanctissimo Domino Nostro reperti in Diœcesi Anconitana.

§. 6. Deinde paucis post annis a felicis recordationis Clemente Papa XII. Prædecessore Nostro ab Episcopatu Anconitano ad Metropolitanam Cathedram Bononiæ Patriæ Nostræ translati; idem omnino in hac etiam Civitate & Diœcesi obtinere comperimus. Contigit autem, quemdam Canonicum Regularem Lateranensem ad Ecclesiam Parochialem sæcularem de Jurepatronatus Laicorum a Patrono Laico nominari; cumque Nos, ante hujusmodi nominationis admissionem, præter consensum Abbatis Generalis ipsius Ordinis, Apostolicum insuper Indultum Nobis exhiberi postularemus, eaque de re apertissimum Clementis Papæ X. Decretum anno millesimo sexcentesimo septuagesimo primo editum extare diceremus; mirati profecto sumus, quum Nobis responderi audivimus receptam esse in toto Canonicorum Regularium Ordine sententiam, quod præfatum Clementis X. Decretum omne robur amisisset, & in suspenso remaneret, ex quo Clemens XI. anno millesimo septingentesimo decimo tertio, ut supra dictum est, quæstionem illam de ratione obtinendarum a Canonicis Regularibus Parochiarum sæcularium, an scilicet consensus eorum Abbatis Generalis, nullo interveniente Apostolico Indulto, ad hoc sufficiens esset, Congregationi Concilii examinandam tradiderat. Equidem Nos hujusmodi responsioni, quam agnovimus omni soliditate destitutam, minime acquievimus; neque porro Canonicus ille Regularis ad regimen Parochialis Ecclesiæ, ad quam præsentatus fuerat, a Nobis admissus fuisset, Item in Bononiensi.

Qui evincunt necessitatem decidendi quæstionem.

nisi prius Apostolicam dispensationem petiisset, atque impetrasset. Verum ex hoc plenius cognovimus, quam necessarium esset huic controversiæ aliquando finem imponere, ac certam atque universalem regulam stabilire super Canonicorum Regularium capacitate ad obtinendas Parochiales Ecclesias, Canonicatus, aliaque beneficia Ecclesiastica sæcularia, vel de licentia dumtaxat eorundem Superioris Regularis, vel nonnisi accedente Apostolicæ dispensationis auctoritate. Pro quo tamen nihil a Nobis tunc temporis factum fuit; quum satis esse duxerimus, aliarum Diœcesum curam propriis Pastoribus relinquentes, in commissæ Nobis Ecclesiæ procuratione vigilare.

Pontifex decisionem edere intendit.

§. 7. Jam vero, nullis Nostris meritis, in sublimi Apostolatus culmine constituti, Nostras esse partes reputavimus, quæstionem hanc suprema tandem decisione terminare, &, pro concessa Nobis auctoritate, declarare, an prædicti Canonici Regulares, tam Lateranenses, quam Sanctissimi Salvatoris, de licentia tantum suorum Superiorum Generalium valeant Parochiales Ecclesias sæculares, & in Ecclesiis Metropolitanis, Cathedralibus, aut Collegiatis, Canonicatus atque Præbendas, ac demum Beneficia Ecclesiastica simplicia obtinere, aut Pensiones Ecclesiasticas percipere; an vero, præter hujusmodi Superiorum Regularium licentiam, Apostolicæ quoque auctoritatis requiratur accessio.

Causam privatis studiis expendit.

§. 8. Porro quam methodum piæ memoriæ Clemens XI. pro hujus quæstionis enodatione præscripserat, eam laudatissimi Pontificis mente dignam semper existimavimus; eidemque propterea inhærentes, cupientesque rem ipsam, antequam illius examen alteri committeremus, privatis Nostris studiis penitus introspicere, tempus illud, quod mense Octobris proxime elapso a publicis audientiis vacuum habuimus, in Bibliotheca Nostra domestica insumentes, quamplurimos illic existentes Libros, aliosque etiam rariores e celebri Bibliotheca dilecti Filii Nostri Dominici Tituli Sancti Bernardi ad Thermas Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbyteri Cardinalis Passionei nuncupati Brevium Nostrorum Secretarii, ad Nos allatos, avide evolvimus; sedulo inquirentes, quid Juri communi, quid Concilii Tridentini sanctionibus, quid Professioni ab ipsis Canonicis Regularibus emissæ, ac demum quid eorumdem Instituto magis consentaneum esset; ac super his omnibus prolixam Dissertationem, Canonici Juris principiis, & Historicis notionibus innixam, non quidem Pontificiæ auctoritati jure, sed privati Doctoris diligentia, elucubravimus.

Et super ea Dissertationem scribit.

Controversiam ad se avocat.

§. 9. Quamvis vero, ex præscripto relati Decreti Clementis Papæ XI. hujusque controversiæ examen in Congregatione Venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum haberi debuisset; nihilominus satius esse duximus totam hujusmodi Causam ad Nos avocare, non quidem, ut ipsi per Nos, absque aliorum consilio, eam definiremus, sed ut solemnior atque commodior ipsius controversiæ discussio accuratissima maturitate perageretur, prout ex inferius dicendis revera præstitum fuisse apparebit.

Cardinales, Prælatos, Theologos, & Canonistas in consilium adhibet,

§. 10. Siquidem in consilium hac de re nobiscum assumpsimus Venerabilem Fratrem Nostrum Vincentium Episcopum Prænestinum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalem Petra, necnon Dilectos Filios Nostros ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbyteros Cardinales, de Gentilibus, Cavalchinum, Tamburinum, & Besozzium respective nuncupatos, omnes, penultimo excepto, prædictæ Congregationi Concilii Tridentini adscriptos, tres vero etiam priori loco memoratos, olim, dum in minoribus agerent, ejusdem Congregationis Secretarios, alterum autem a pluribus annis ipsius Præfectum. His adjunximus Dilectum Filium Magistrum Josephum Alexandrum Furiettum sæpedictæ Congregationis Concilii Secretarium, necnon alios Prælatos præcipua Romanæ Curiæ munera obeuntes, nimirum Dilectos pariter Filios Magistros Jacobum Millo Datarium, Clementem Argenvillers Auditorem, & Xaverium Justinianum Subdatarium Nostros; ex Regularibus autem Petrum Aloysium de la Torre Abbatem Ordinis Sancti Benedicti, Congregationis Cassinensis in eadem Romana Curia Procuratorem Generalem, & olim in sua Congregatione Sacrorum Canonum Professorem; duosque Societatis Jesu Presbyteros, Dominicum Turanum Officii Pœnitentiariæ Apostolicæ Consultorem Theologum, & Ægidium Mariam Giuli Sacrorum Canonum Professorem, eorumdemque in Collegio Germanico-Hungarico de Urbe Lectorem.

Eorumque libera suffragia exquirit.

§. 11. His omnibus, & singulis præfatam Dissertationem Nostram communicavimus, in

in qua aperte declaravimus, Nos meram, ut præfertur, Doctoris privati personam in ea gessisse, nec aliis ademptam voluisse libertatem in contrarium opinandi, si ita jus & ratio suaderent; datoque illis trium & amplius mensium spatio, ut totius rei examen ad normam Juris communis, Concilii Tridentini, Professionis, & Instituti Canonicorum Regularium utriusque prædictæ Congregationis exigerent: jussimus, ut singuli suum suffragium aperirent, ac literis consignatum Nobis exhiberi curarent.

§. 12. Neque vero opus esse judicavimus, ipsos prædictorum Canonicorum Regularium Ordines ad Causam dicendam excitare, ut sive per se, sive per alios, ea deducerent, quæ facere posse putarent pro eorum afferto jure obtinendi Beneficia sæcularia absque Apostolico Indulto; tum quia rationum, quæ in utramque partem afferri solent, referta sunt, ut initio dicebamus, Theologorum, Canonistarum, aliorumque Scriptorum Ecclesiasticorum Volumina; tum quia post ipsum Clementis XI. Rescriptum, ut pariter supra adnotavimus, & Franciscus Maria Pitonius, prolixa Dissertatione, in qua Canonicorum Lateranensium defensionem suscepit, & istorum Abbas Generalis Cæsar Benvenuti, in suo Opere in publicam lucem emisso, quæcumque ad Causam facere poterant, juxta singula Capita in præcitato Clementis XI Decreto indicata, & a Nobis in prædicta Dissertatione Nostra, ut præfertur, ordinate ac singillatim expensa, latissime sunt prosequuti; Tum demum quia noluimus novum ipsis Canonicorum Regularium Ordinibus imponere sumptuum onus, postquam toties super eadem re Jurisconsultorum Curiæ Nostræ operam, & calamum adhibuerunt. Canonicorum Regularium interpellatio superflua.

§. 13. Quum itaque prædicti omnes a Nobis requisiti, intra præfinitum tempus suffragium quisque suum Nobis obtulissent; (excepto præfato Vicentio Episcopo Cardinali, quoniam ipse in suis Commentariis ad Constitutiones Apostolicas, suam hac de re sententiam pluribus in locis aperuerat, & jampridem Typis vulgaverat); Nos illorum scripta attente perlecta diligentissime expendimus; eademque, una cum prædicta Dissertatione Nostra, Dilecto Filio Magistro Nicolao Antonello, Prælato Nostro Domestico, & Archivii Pontificii in Arce Sancti Angeli existentis Custodi, in eodem Archivio diligenter asservanda tradidimus; ut perpetuis futuris temporibus constare valeat, quam caute & considerate in hac Causa definienda agere voluerimus. Præmissorum suffragia extenduntur.

§. 14. Et quoniam prædictorum omnium concors fuit sententia; (unius enim dissensus in duodenario Consulentium numero, uniformitatem non tollit); iidemque in eo convenerunt, quod neque Canonici Regulares Lateranenses, neque Canonici Regulares Sanctissimi Salvatoris, Beneficium quodlibet Ecclesiasticum sæculare obtinere, aut quamlibet Pensionem Ecclesiasticam percipere valeant; absque auctoritate Apostolicæ Sedis; Nos eorundem consilium & sententiam sequentes, atque etiam motu proprio, & certa scientia, atque Apostolica auctoritate, hac Nostra in perpetuum valitura Constitutione statuimus, decernimus, & declaramus, eosdem Canonicos Regulares, absque Indulto Apostolico, ut præfertur, cujuscumque Beneficii Ecclesiastici sæcularis, sive cum adnexo animarum curæ, aut residentiæ onere, sive etiam Beneficii simplicis, & sine cura, ac personalem residentiam non requirentis, & cujuscumque Pensionis Ecclesiæ, vere incapaces esse, & censeri debere; eisdemque nec Jus commune, nec Tridentinæ Synodi Decreta, neque Professionem ab ipsis emitti solitam, aut eorum peculiare Institutum, neque demum ullam contrariam consuetudinem, usum, possessionem, seu quasi, aliumque omnino titulum, pro hujusmodi prætensa capacitate ullatenus suffragari. Pontifex de consilio &c. & motu proprio &c. declarat, Canonicos Regulare. incapaces cujuslibet Beneficii Sæcularis, aut Pensionis Ecclesiasticæ.

§. 15. Proindeque non amplius permittendum, aut ullo modo ferendum esse, ut aliquis ex ipsis, sola interveniente ejusdem Superioris, sive Abbatis Generalis licentia, consensu, aut prætensa auctoritate, ad animarum curam in Ecclesiis Sæcularium assumendam, & exercendam, vel Canonicatus, sive Præbendas, Dignitates, vel alia quomodocumque nuncupata Officia, aut Beneficia residentialia in Ecclesiis Patriarchalibus, Metropolitanis, Cathedralibus, aut Collegiatis obtinenda, e Religiosis Claustris exeat, discedat, & extra ea moretur; sed necessarium omnino, semper, & quandocumque esse & fore speciale Apostolicæ Sedis Indultum, tam ut iidem Canonici Regulares hujusmodi Ecclesiasticorum Beneficiorum Sæcularium, sive cum ani- Prohibet eisdem egressum e Claustris absque Indulto Apostolico, ratione Beneficiorum Curatorum aut Residentialium.

animarum cura, ſive cum reſidentiæ onere adnexo, capaces fiant, & exiſtant; quam ut ad ea aſſequenda, regenda, & retinenda, e Clauſtris diſcedere, & extra ea degere licite poſſint. Similiter omnium & quorumcumque Beneficiorum Eccleſiaſticorum Penſionum quarumlibet, eoſdem incapaces eſſe declaramus, & ad ea aſſequenda ex ſe inhabiles haberi debere decernimus: At ſi aliquando aliquem ex ipſis, ſive pro Religioſis ipſius indigentiis, ſive ob meritum perſonale, ſive alio quocumque titulo, aut cauſa, de uno aut pluribus hujuſmodi Beneficiis ſinplicibus, vel de una, aut pluribus Eccleſiaſticis Penſionibus ab Apoſtolica Sede provideri contingat; decernimus, non ideo hujuſmodi Canonicum Regularem e Religionis ſuæ Clauſtris exire, aut extra ea vitam degere poſſe; ſed in ſuis Religioſis Domibus, ut antea, & ſub legitima ſuorum Superiorum Regularium obedientia manere debere ſtatuimus; contravenientes vero omnibus & ſingulis pœnis, adverſus Regulares Apoſtatas latis atque ſtatutis, ſubjicimus; & iiſdem re ipſa & cum effectu affici & coerceri mandamus.

Proviſiones de Beneficiis ſimplicibus, aut Penſionibus Eccleſiaſticis intra Clauſtra manere jubet, ſub pœnis contra apoſtatas.

Ipſis tamen Indulta Apoſtolica facilius concedenda eſſe agnoſcit.

§. 16. Et quidem Canonici Lateranenſes, quique a Sanctiſſimo Salvatore nomen habent, non verbo, aut ſpecie tantum, ſed revera & proprie Regulares exiſtunt, ipſiſque cum aliis omnibus cæterorum Ordinum Regularis communia ſunt Vota ſolemnia, Caſtitatis, Paupertatis, & Obedientiæ; ideoque, quatenus Regulares ſunt, æque ac Monachi, cæterique Religioſis quibuſque Ordinibus adſcripti, incapaces ſunt Beneficiorum Eccleſiaſticorum Sæcularium, abſque Apoſtolicæ Sedis auctoritate, & diſpenſatione. Quia tamen, (ut Innocentius III. ait in præcitato *Cap. Quod Dei timorem.*) Regulæ interviunt laxiori; æquum eſt, majorem cum ipſis indulgentiam adhiberi, &, ubi eorundem Superiorum Regularium conſenſus adſit, benigniori quadam facilitate, per Apoſtolicæ auctoritatis Indulta, ad Sæcularia Beneficia eoſdem admitti. Verum ut in hujuſmodi caſibus omnia rite recteque procedant; ſequentes Regulas, inviolabiliter, reſpective, ſub pœna nullitatis Collationis Beneficiorum, tenendas & obſervandas, eadem Apoſtolica auctoritate præſcribimus atque ſtatuimus.

Præſcribit Patronis formam præſentandi Canonicos Regulares ad Eccleſias Parochiales, aut Canonicatus.

§. 17. Ubi nempe agatur de Beneficiis Eccleſiaſticis Sæcularibus, pro quorum collatione Concurſus indici non ſolet, veluti ſunt Eccleſiæ Parochiales de Jurepatronatus Laicorum, & in Patriarchalibus, Metropolitanis, Cathedralibus, aut Collegiatis Eccleſiis, Canonicatus, atque Præbendæ (exceptis tamen Theologali, & Pœnitentiaria Præbenda, quarum utraque prævio ſemper Concurſu provideri debet); & quidem ubi hujuſmodi Beneficia de jurepatronatus ſive Eccleſiaſtico ſive Laicali exiſtant; & ceſſantibus quoad Beneficia Juriſpatronatus Eccleſiaſtici reſervationibus & affectionibus Apoſtolicis; integrum eſſe volumus Beneficiorum Patronis, aliquem ex prædictis Canonicis Regularibus, quem idoneum judicaverint, ad ea Beneficia præſentare, ſeu nominare; dummodo præſentatio, ſeu nominatio fiat cum expreſſa præſervatione Beneplaciti Apoſtolici. Poſtquam vero præſentatus, ſeu nominatus Canonicus Regularis, præſentationem ſeu nominationem de ſe factam acceptaverit, cum clauſula de obtinendo Beneplacito tam Superioris Generalis ſui Ordinis, quam Sedis Apoſtolicæ, ad ipſos præſentantes ſeu nominantes pertinebit, conſenſum exquirere Superiorum Regularium; Qui ſi ex diſceſſu hujuſmodi Canonici Regularis, ad animarum curam, ſeu ad Canonicatum in Eccleſia Sæculari obtinendum evocati, nullum Ordini detrimentum obventurum eſſe, in Domino reputaverint; multoque magis, ſi perſpectam habentes vitam ab hujuſmodi præſentato ſeu nominato religioſe inſtitutam, & ſtudia ab eodem in Religione laudabiliter peracta, illius operam utilem atque proficuam fore Eccleſiæ illi, cujus ſervitiis deputatur, in Domino pariter judicaverint; requiſitum aſſenſum in ſcriptis præbentes, teſtimonium inſuper adjicient de ipſius præſentati ſeu nominati idoneitatem, tam quoad mores, quam quoad doctrinam, ſive ad animarum curam, ſive ad Præbendam Canonicalem; ſuper quorum veritate ipſorum Superiorum conſcientiam diſtricte oneramus. Sed & ab Ordinario, ſive ab Ordinariis Locorum, in quibus ipſe Religioſus præſentatus aut nominatus per aliquod tempus commoratus fuerit, requirendum erit, utrum ipſis aliquid adverſus illius vitam & mores relatum fuerit, vel alias legitime conſtiterit.

Item, Superioribus Regularibus, qua ratione licentiam impertiri debeant.

Ordinariorum atteſtationes exquirendæ.

His omnibus juſtificatis, conceſſionem indulti judicio Pontificis reſervat.

§. 18. Quæ omnia, videlicet præſentatio, ſeu nominatio, & reſpective acceptatio cum adjectis clauſulis præſervativis ſupra enunciatis; item Superiorum Regularium conſenſus, eorundemque atteſtatio, Ordinariorum quoque favorabile teſtimonium, exhiben-

hibenda erunt nostro, sive Successorum Nostrorum Romanorum Pontificum pro tempore Datario, qui, facta Nobis, aut Successoribus Nostris, prædictorum omnium relatione, si ita Pontifici videbitur, Literas Apostolicas super concessione hujusmodi Beneficii eidem Canonico Regulari præsentato nominato ad illius vitam facienda, statim expediri jubebit, vel alias, de ejusdem Pontificis mandato, ante ipsam expeditionem, prædictæ Congregationis Tridentini Concilii Interpretis consilium exquiret.

§. 19. Idipsum, quantum rei natura, & circumstantiarum diversitas patitur, tunc etiam observari volumus & mandamus, quoties Ordinarius ipse Canonicum Regularem Lateranensem aut Sanctissimi Salvatoris, ad Ecclesiam Parochialem, quam in casu particulari sine concursu conferri posse contigerit, sive ad Canonicatum absque Concursu pariter providendum, & ad ipsius Ordinarii liberam dispositionem & collationem pertinentem, promovendum putaret. Decernentes in hujusmodi casibus nihil ab Ordinariis propria auctoritate fieri posse; sed Romano pro tempore Pontifici rem totam deferri, item consensum Superiorum Regularium, juxta formam superius a Nobis præscriptam, exquiri, & obtineri; omniaque demum, ut præfertur, ad Datarium pro tempore transmitti, ut is, relatione Pontifici facta, opportunum super expediendis Literis Apostolicis mandatum accipiat.

Eadem respective servanda in provisionibus ad Ordinarios pertinentibus sine Concursu.

§. 20. Ubi vero agatur de Beneficiis Ecclesiasticis Sæcularibus, ad quæ Concursus de jure indici, & haberi debet; cujusmodi plerumque sunt Ecclesiæ Parochiales ad liberam Ordinariorum collationem spectantes, itemque Ecclesiæ Parochiales de Jurepatronatus Ecclesiastico, & in Ecclesiis Cathedralibus, Metropolitanis, alisque, Præbendæ Theologalis, & Pœnitentiariæ; statuimus, nullum Canonicum Regularem, sive Lateranensem, sive Sanctissimi Salvatoris, etiam accedente licentia ipsorum Superiorum Generalium, ad hujusmodi Concursus accedere posse: ipsisque Episcopis, sive aliis Ordinariis quibuscumque, districte inhibemus, sub pœna nullitatis Concursus, ne prædictos Canonicos Regulares ad hujusmodi Concursus admittere præsumant, sine prævio Beneplacito Apostolicæ Sedis; pro quo obtinendo sequentem methodum inviolabiliter tenendam, atque servandam præscribimus.

Canonici Regulares ad Concursus admitti nequeunt.

§. 21. Quoties videlicet Episcopus, aut alius Ordinarius, inter eos Sæculares Presbyteros, sive Clericos, qui ad Concursum pro Ecclesiæ Parochialis, aut Præbendæ Theologalis, vel Pœnitentiariæ collatione & provisione habendum, sunt accessuri, neminem ad hujusmodi Parochiam aut Præbendam idoneum revera esse, in Domino judicaverit, & e contrario aliquem ex Canonicis Regularibus ad prædictas Ecclesiam, aut Præbendas respective aptum, & idoneum existere noverit; Romani Pontificis pro tempore existentis judicio rem totam deferet; a quo si illi indultum fuerit, ut hujusmodi Canonicum Regularem ad Concursum admittere valeat, tunc ab eodem Religioso Canonico requirere debebit, an forte, accedente consensu ipsius Superiorum Regularium, hujusmodi Concursui se sistere vellet. Quod ubi is facturum se esse affirmaverit; idem Episcopus Superiores Regulares rogabit pro hujusmodi consensu, seu licentia; quam tamen ipsi Superiores nequaquam impertiri debebunt, nisi simul testati fuerint, & nullum proprio Ordini detrimentum exiturum, si religiosus vacantem Parochiam, aut Præbendam assequatur, & eundem, anteactæ vitæ ac doctrinæ merito, dignum esse, qui ad illam promoveatur.

Sed licentia impetranda a Summo Pontifice, & a Superioribus Regularibus.

§. 22. Hisce omnibus in antecessum exacte servatis, licebit Canonicum Regularem ad Concursum admittere; Et nihilominus si eum præ cæteris probari contigerit, ipsa Parochiæ, seu Præbendæ concessio a Romano Pontifice expetenda erit; transmissis ad Datarium pro tempore omnium præmissorum documentis; ut hic facta relatione Pontifici, opportuna pro expeditione mandata recipiat.

Ipsa Provisio a Summo Pontifice perficienda.

§. 23. Si autem contigerit, ut habito Concursu pro Ecclesiæ Parochialis, aut Præbendæ Theologalis, vel Pœnitentiariæ provisione, nullus ex Concurrentibus de Clero Sæculari idoneus repertus fuerit; aut si, hujusmodi Concursu indicto, intra præfinitum tempus nemo ex Clero Sæculari ad illum accesserit; Episcopus autem vacantem Ecclesiam, aut Præbendam alicui Canonico Regulari Lateranensi, aut Sanctissimi Salvatoris utiliter concedi posse crediderit, pari modo Apostolicum assensum ad hoc exquirere debebit; habitoque rescripto juxta petita, quod, annuente Pontifice, in ea

Quid in concessione Parochiæ, aut Præbendæ Theologalis seu Pœnitentiariæ, extra Concursum.

verba

verba conceptum esse poterit; *pro gratia, servatis servandis*; tunc Episcopus cum ipso Canonico Regulari, & cum ipsius Superioribus ea servabit, quæ superius a Nobis præscripta sunt; ac de præmissorum omnium implemento opportuna documenta ad Datarium transmittet, Romano pro tempore Pontifici exhibenda, ut, eo jubente, ad concessionem hujusmodi Ecclesiæ aut Præbendæ per Literas Apostolicas procedi possit.

De resignationibus, Coadjutoriis, Collationibus Beneficiorum simplicium, & Pensionum reservationibus, Pontificis judicium esto.

§. 24. Denique, quod pertinet ad Ecclesiarum Parochialium, aut Canonicatuum renunciationes, seu resignationes, vel Coadjutorias, necnon collationes Beneficiorum Ecclesiasticorum simplicium, aut Pensionum Ecclesiasticarum reservationes; quum in his omnibus, non solum ex superius dictis, propter Regularem qualitatem Resignatarii, aut Coadjutoris deputandi, sive de prædictis Beneficiis aut Pensionibus providendi, verum etiam ratione tituli intrinseci hujusmodi collationum, Apostolicæ auctoritatis interventus semper & omnino requiratur; Nos Romanorum Pontificum Successorum Nostrorum arbitrio & prudentiæ omnia relinquenda esse ducimus. Confidimus autem, neminem fore ex præfatis Successoribus Nostris, qui in hujusmodi casibus, præter alia ad resignationes, aut Coadjutorias admittendas, sive constituendas, & ad Beneficia simplicia conferenda, vel Pensiones Ecclesiasticas reservandas, de jure requisita, rerum insuper ac personarum ratione habita, ea quæ superius a Nobis circa præmissas concessiones statuta sunt, præ oculis habere, & mature perpendere omittat.

Obtinentes Parochias, aut Canonicatus Sæculares, intra Claustra degere nequeunt.

§. 25. Equidem inspecto Canonicorum Lateranensium, & Sanctissimi Salvatoris Regulari Instituto, non licet eis, quoad vivunt, post solemnem Votorum Professionem, e Religiosis Claustris discedere, & a Superiorum Regularium obedientia se subtrahere. Quamvis autem, ut antea dictum est, hujusmodi Legi subjecti sint & esse debeant etiam post assequutum aliquod Sæculare Beneficium simplex, aut Ecclesiasticam Pensionem, cujusmodi certis in casibus ab Apostolica Sede Regularibus concedi & assignari contingit; attamen satis patet, neque permanentiam intra Claustra, neque immediatam Superioribus Regularibus subjectionem consistere ullo modo posse cum animarum cura, aut cum Canonica Residentia, si aliquem Canonicis Regularibus Ecclesiam Parochialem, aut Canonicatum & Præbendam, vel Dignitatem, aut aliud Sæculare Beneficium Ecclesiasticum personalem Residentiam requirens contingat quomodolibet obtinere.

Quæstiones super delatione habitus Regularis & retentione Socii ejusdem Ordinis.

§. 26. Illud vero Dubium in Congregationibus hujus Urbis & Curiæ frequenter discussum ac disputatum fuit; an scilicet hujusmodi Canonici Regulares, post adeptam in Ecclesiis Sæcularibus Parochiam, sive Canonicatum, e Claustris egressi, retinere deberent habitum sui Ordinis, an vero Clericorum Sæcularium vestibus uti possent; Item de iis, qui ad Parochorum Officium sunt promoti, quæsitum fuit, an alterum Canonicum Regularem, dum possent, in sui consortium assumere, & apud se habere tenerentur. Super quibus non una fuit sententia, tam prædictarum Congregationum, quam eorum, quos nuper a Nobis in consilium adhibitos esse memoravimus.

Absolvuntur ab hujusmodi obligatione, additis paternis monitionibus &c.

Verum Nos, justis & rationabilibus de causis animum Nostrum moventibus, decernimus atque statuimus, prædictos Canonicos Regulares, sive ad Canonicatum obtinendum in Ecclesiis Sæcularibus, e Claustris egressos, habitum Clericalem Sæcularem assumere posse, & ab obligatione secum retinendi Socium sui Ordinis, liberos & immunes esse, & fore. Eosdem tamen monitos volumus, ne, propterea quod extra Religiosa Claustra vitam degunt, & Clericorum Sæcularium habitum deferunt, ideo se absolutos aut dispensatos esse arbitrentur ab observatione Votorum, quibus se in Regulari Professione Deo manciparunt; sed sciant, se teneri eadem Vota servare & implere in iis omnibus, quæ cum animarum Rectoris, aut Canonici Sæcularis Officio conjungi possunt.

Provisi de Parochia, aut Canonicatus Sæculari non possunt a Superioribus Regularibus ad Claustra revocari.

Episcopo autem, sive Ordinario Loci, per omnia subjecti sint; ipsumque etiam Superioris Regularis loco agnoscant & colant. Ac demum suas partes esse intelligant, sanctioris conversationis exemplo, sedulitate in officio obeundo, frugalis vitæ parsimonia, copiosa eleemosynarum largitione, veluti quibusdam religiosæ perfectionis insigniis, etiam in habitu Sæculari, pro Canonicis Regularibus in oculis hominum se gerere.

§. 27. Quæsitum præterea fuit, utrum hujusmodi Canonici Regulares, qui Parochia-

chialem Ecclesiam, vel Canonicatum Sæcularem essent adepti, possent a suis Superioribus Regularibus, legitimis ex causis, ad Religionis Claustra revocari; qua etiam de re non satis conformia prodierunt judicata. Sed convenientibus in unam sententiam his, qui hac occasione a Nobis consulti fuerunt, Nobis visum est statuere ac declarare, prædictos Superiores Regulares hujusmodi facultate destitutos esse, ut ubi agatur de Sæcularibus Parochiis, aut Canonicatibus in Titulum conferri solitis, & alicui ex prædictis Canonicis Regularibus in perpetuam administrationem rite concessis; sed ad Episcopum dumtaxat, sive ad Ordinarium loci pertinere, concurrentibus causis canonicis, ad legitimam contra illos privationem per sententiam procedere: vel alias ipsos, justis pariter de causis, ad animarum curam inhabiles, & ab ea perpetuo suspensos declarare; quo casu hi, qui sic per sententiam privati, aut perpetuo suspensi existent, utique Religiosum habitum resumere, & ad propria Claustra redire teneantur.

§. 28. Denique disputatum fuit, utrum Canonicus Regularis, si resignaverit Ecclesiam Parochialem, aut Canonicatum Sæcularem, quem obtinuerat, habitum Regularem resumere, & Religionis Claustra iterum ingredi debeat, itidemque an id locum habeat, ubi de prædictis per sententiam privatus, vel a Parochiallum munium exercitio perpetuo suspensus, sive ad ea obeunda inhabilis declaratus fuerit; atque etiam, ubi Coadjutorem in Parochia aut in Canonicatu eidem deputari contingat; vel post laudabilem operam in Canonicatu per annos quadraginta assidue præstitam, privilegium Jubilationis, ut vocant, ipsi fuerit concessum. Et in his quidem cum distinctione procedendum censentes, ut omnem dubitandi occasionem perpetuo removeamus, decernimus atque statuimus, Canonico Regulari, qui se Parochia, aut Canonicatu abdicaverit, vel iis per sententiam legitime privatus, vel ad gerendum Parochiæ regimen inhabilitatus, & ab eodem perpetuo suspensus fuerit, ad habitum Regularem, & Instituti sui Monasteria redeundum esse. Non ita vero si, extra casum perpetuæ inhabilitationis, & suspensionis, Coadjutorem habuerit in Canonicatu, aut in Parochialis curæ regimine, vel per Jubilationem a servitio Chori fuerit exemptus; quum & ii, qui Coadjutorem habent in affectæ valetudinis aut ingravescentis ætatis subsidium, teneantur in loco Parochiæ, aut Canonicatus residere; ut præsto sint, quoties legitimum Coadjutori impedimentum obvenerit, ipsius Parochiæ, aut Chori necessitatibus quoad poterunt, inservire; & qui Jubilationem obtinuerunt, valeant pro libito Chorum frequentare, atque etiam, non obstante hujusmodi Jubilatione, si Divinorum Officiorum ratio id exigat, possint ad servitium Ecclesiæ revocari.

In casibus tamen hic enunciatis, ad eadem redire compelluntur.

Non vero in casu Coadjutoriæ, aut Jubilationis.

§. 29. His porro declarationibus atque decretis, quæ prævia matura deliberatione, auditoque, ut præfertur, nonnullorum Venerabilium Fratrum Nostrorum, aliorumque prudentum atque doctorum Virorum consilio, per has Nostras Literas ferimus, atque Apostolica Auctoritate statuimus; pluribus controversiis finem factum iri confidimus; Eademque opera tam Episcopis, aliisque Locorum Ordinariis, quam ipsis, de quibus agitur, Ordinibus Regularibus, utiliter consultum esse existimamus; Episcopis nempe, sive Ordinariis, quorum frequentes audivimus querelas, super nimia facilitate, qua hujusmodi Canonici Regulares ad Ecclesias Parochiales aut Canonicatus Sæculares convolabant, sola muniti licentia ipsorum Superiorum Regularium; quos quidem suspicabantur in ea concedenda haud difficiles se præbere, ubi de turbulentis hominibus, aut ipsi Religioni inutilibus ageretur: Ipsis vero etiam Canonicorum Regularium Lateranensium, & Sanctissimi Salvatoris Ordinibus, quos peculiari semper benevolentia prosecuti sumus; ex quibus non paucos probitate ac doctrina insignes, suorumque respective Ordinum amantes, & olim, quum in minoribus ageremus, & postquam etiam Apostolicam hanc Sedem tenemus, aperte conquerentes audivimus, non raro evenire, ut deprecatorum studio & auctoritate, cui Superiores obsistere aut nollent aut non auderent, illos ex Collegis suis cogerentur amittere, ex quorum permanentia majorem utilitatem atque splendorem consecuturus erat ipsorum Ordo, a quo iisdem multos annos hanc in spem educati & alti fuerant, ac religiosis virtutibus, optimisque disciplinis inbuti.

Præmissarum declarationum, & decretorum æquitas, & utilit.

§. 30. Quocirca easdem præsentes Literas, & in eis contenta quæcumque, etiam ex

Clausulæ de perpetua Litterarum firmit

ex eo, quod Canonici Regulares prædicti, aut quilibet alii etiam speciali nota & expreſſione digni, in præmiſſis intereſſe habentes, ſeu habere quomodolibet prætendentes, illis non conſenſerint, aut ad ea vocati & auditi non fuerint, aut ex alia quacumque cauſa, colore, prætextu, & capite, etiam in corpore Juris clauſo, nullo unquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, ſeu intentionis noſtræ, aut alio quolibet defectu notari, impugnari, in jus vel controverſiam revocari, ad terminos juris reduci, aut adverſus illas aperitionis oris, aut quodcumque aliud juris, facti, vel gratiæ remedium impetrari poſſe; ſed eaſdem præſentes ſemper firmas, validas, & efficaces eſſe & fore, ac ab omnibus & ſingulis, ad quos ſpectat, & pro tempore quomodocumque ſpectabit, inviolabiliter obſervari; Sicque & non aliter in præmiſſis per quoſcumque Judices ordinarios & delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, Vice-Legatos, dictæque Sedis Nuncios, & alios quoslibet quavis auctoritate & poteſtate fungentes, & quandocumque functuros, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi & interpretandi facultate & auctoritate, judicari, & definiri debere, & ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane decernimus.

Derogat. opportuna. §. 31. Non obſtantibus, quatenus opus ſit, Innocentii III. Prædeceſſoris prædicti diſpoſitione in prædicto Capitulo, *quod Dei timorem*, necnon, de jure quæſito non tollendo, aliiſque Noſtris, & Cancellariæ Apoſtolicæ Regulis, ac quibuſvis Apoſtolicis, etiam in Univerſalibus, Provincialibuſque Conciliis editis generalibus vel ſpecialibus Conſtitutionibus, Ordinis quoque Canonicorum Regularium, & utriuſque eorum Congregationis prædictæ, etiam Juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & conſuetudinibus etiam immemorabilibus, Ordinationibus Capitularibus, uſibus, ſtilis etiam quantumvis inveteratis, & quacumque ultimi ſtatus exiſtentia, aliiſque in contrarium præmiſſorum quomodolibet facientibus vel extantibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis utrique vel alterutri Congregationum prædictarum, earumque Monaſteriis, Superioribus, & perſonis in genere, vel in ſpecie quomodolibet forſan conceſſis, confirmatis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus & ſingulis, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus, ſpecialis ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, illorum omnium & ſingulorum tenores, formas, Cauſas, & occaſiones præſentibus pro plene & ſufficienter expreſſis & inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum, ſpecialiter, expreſſe, ac pleniſſime & ampliſſime motu pari derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

De exemplorum auctoritate. §. 32. Cæterum quia difficile foret, ipſas præſentes Noſtras Literas ad ſingula loca, ubi opus eſſet, deferri; volumus, ut earum tranſumptis, ſive exemplis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii ſubſcriptis, & ſigillo alicujus perſonæ in Dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem ubique fides habeatur, tam in judicio, quam extra, quæ eiſdem præſentibus haberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Sanctio pœnalis. §. 33. Nulli ergo omnino Hominum liceat paginam hanc Noſtræ Conſtitutionis, definitionis, declarationis, ſtatutorum, decretorum, atque Ordinationum infringere, vel eidem auſu temerario contraire; Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Dat. die 9. Julii 1745. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ſeptingenteſimo quadrageſimo quinto, ſeptimo Idus Julii, Pontificatus Noſtri Anno Quinto. *D. Cardinalis Paſſioneus.*

J. Datarius.

VISA DE CURIA.

J. C. Boſchi.

L. Eugenius.

Regiſtrata in Secretaria Brevium.

Public. die 23. ejuſdem menſis & Anni.

CON-

CXXXVI.

CONSECRATIO.

Joannis Van Stiphout in Pſeudo-Epiſcopum Harlemenſem damnatur; ac ſuſpenſionis & excommunicationis ſententia in ipſum edicitur.

Dilectis Filiis Univerſis Catholicis in Fœderato Belgio commorantibus.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Dilecti Filii, ſalutem & Apoſtolicam Benedictionem.

TAM præclaram quidem de egregia virtute & conſtantia veſtra rebus ipſis ſemper probata & Apoſtolicis etiam laudibus commendata gerimus opinionem, ut plane perſuaſum habeamus, Vos nullis ad procul emandandam omnem execrandi ſchiſmatis luem, & ad Catholicam Fidem Orthodoxamque Religionem palam ubique profiendam tuendamque, Apoſtolicæ noſtræ caritatis, ſolicitudinis, exhortationeſque novis ſtimulis indigere. Verum pro demandata infirmitati noſtræ a Supremo Paſtorum Principe æternoque Animarum noſtrarum Judice Jeſu Chriſto univerſalis Eccleſiæ procurationi obſtricti, facere non poſſumus, quin Vos ſæpe de ſacrilega perditorum hominum temeritate & audacia edoceamus, atque inſimul admoneamus, ut quamcumque tenuiſſimam ſuſpicionem per inſidias veteratorum Schiſmatis patronorum cuipiam veſtrum de eorum reconciliata Nobiſcum gratia & communione forſitan injiciendam ab animis veſtris penitus removeatis.

Solicitudo Pontificis ne Catholici contagionem Schiſm. attingant.

§. 1. Poſtquam enim per alias noſtras in ſimili forma Brevis Literas die XXVI. Menſis Junii proxime elapſi currentis anni MDCCXLV. ad Vos datas, typis etiam impreſſas, & publici juris factas, Electionem Joannis Van-Stiphout Amſtelodami Pſeudo-Paſtoris in Harlemenſem, Hieronymo de Boch e vivis ſublato, Pſeudo-Epiſcopum, a Petro Joanne Meyndarts Pſeudo Archiepiſcopo Ultrajectenſi, & ab ejus fictis Canonicis factam, aſſertique Epiſcopatus Harlemenſis erectionem nullam, inanem, nefariam, illegitimam ac ſacrilegam declaravimus, reſcidimus, delevimus & abrogavimus, nec ad ipſius Petri Joannis de ſua deteſtabili Pſeudo Epiſcopi Harlemenſis deſignatione, petitaque a Nobis patrati criminis confirmatione, ſcriptam Epiſtolam reſpondimus; binas nuper Nobis, inſcriptas & clanculum redditas accipimus Epiſtolas, alteram quidem ipſius Petri Joannis Meindarts die XXX. Menſis Julii, alteram vero ejuſdem Joannis Van Stiphout die XXIX. dicti Menſis Julii proxime præteriti hujus anni datas. Hic autem de ſua inani deſignatione & ſacrilega Conſecratione præſcribit; ille vero de nulla a Nobis data reſponſione primum conqueritur, deinde de eadem abs ſe facta Conſecratione ſignificat, tum cauſam obtendit, qua adductus, ad tantum ſcelus paulo citius, dempto ternario Epiſcoporum numero, perficiendum devenit, diuturnum ſcilicet morbum, in quem incideret; ex quo liberatus, inſtantiſſimis plurimorum ſuorum Symmyſtarum querimoniis ſatisfacere coactus fuit, ne Epiſcopalis ſucceſſionis ordo iſtic jamdudum interruptus, & ab Apoſtolica hac S. Sede nunquam poſt primam interruptionem agnitus; imo ſemper exploſus, in præſenti morte ſua abrumperetur. Quampluriſmis demum fucatiſque verbis uterque erga Apoſtolicam hanc S. Sedem Noſque ipſos obſervantiam obedientiamque proteſtantem, incautis illudere videntur.

Elect. Pſeudo Epiſcopi nulla.

Ejuſdem Conſecrat., & ſubdolæ Schiſmatic. artes.

§. 2. Nos itaque Literas hujuſmodi, quæ callida arte conſcriptæ, præclaram quidem obſequii reverentiæque ſpeciem præſeferunt, re ipſa vero latentes ſuffuſi veneni dolos continent, poſthabentes ac penitus rejicientes, pro debito noſtræ ſervitutis ſupremæque poteſtatis officio, primum deſignationem electionemque ipſius Joannis Van-Stiphout in Pſeudo Epiſcopum Harlemenſem, cum extincti Epiſcopatus erectione, iterum inanem ac nullam fuiſſe, eſſe, ac fore, tenore præſentium Literarum noſtrarum Apoſtolica auctoritate decernimus & declaramus: quemamodum, tenore & auctoritate paribus, Conſecrationem dicti Joannis Van-Stiphout, minime aſſiſtentibus ex præſcripto Sacrorum Canonum duobus aliis Epiſcopis, nullaque Apoſtolica diſpenſa-

Pontifex iterum rejicit electionem, Conſecration. damnat Conſecrat. ſuſpendit.

 tione

tione obtenta, e memorato Pseudo-Archiepiscopo Ultrajectino toties omnium Ecclesiasticarum censurarum fulminibus perculso, & ab omni exercitio Episcopalis Jurisdictionis & Ordinis suspenso, contra suprema Apostolicæ hujus S. Sedis mandata, factam, fuisse, esse, ac fore illicitam, nefariam, sacrilegam, & execrandam, itidem decernimus & declaramus, ac proinde ipsum temere nulloque jure Electum Joannem Van Stiphout omni Ecclesiastica & spirituali jurisdictione pro animarum regimine carere; atque illicite consecratum, ab omni exercitio Episcopalis Ordinis esse suspensum.

Tam ab exercitio jurisdictionis, quam Ordinis.

§ 3. Mandamus propterea districteque interdicimus memorato Joanni Van-Stiphout, sub pœna Excommunicationis ipso facto sine alia declaratione incurrendæ, ne audeat Pastores, Missionarios, Ministros, aut alios, quocumque nomine nuncupentur, ad Animarum curam & Sacramentorum administrationem quovis etiam necessitatis prætextu, constituere ac deputare. Simul etiam palam edicimus & declaramus, omnes & singulas prædictorum Officiorum deputationes pro Animarum regimine quocumque nomine factas, aut fortasse faciendas, cum omnibus inde secutis, prorsus irritas esse, ac nullius roboris & momenti. Rursus eidem Joanni Van Stiphout præcipimus & inhibemus, ne, sub simili Excommunicationis pœna, audeat illicite Sacramentum Confirmationis, aut Ordines conferre, aut quoquo pacto Ordinem Episcopalem, a quo suspensus est, exercere.

Ejus communionem vitandam denunciat.

§. 4. Vobis autem, Dilecti Filii, graviter injungimus ac vetamus, ne antedictum Joannem VanStiphout pro vero Episcopo Harlemensi habeatis & agnoscatis, neve cum eodem ullo pacto, præsertim in Divinis, communicetis; aut ab ipso, vel ab aliis per ipsum perperam & inaniter deputatis, Sacramenta aut Ordines accipiatis.

Ordinat. illegitimas fore declar.

Noverit enim, qui Ordinibus initiatus ab ipsis fuerit, suspensionis se vinculo constrictum, atque irregularitati obnoxium, si susceptos Ordines exercuerit.

Adhortat.

§. 5. Reliquum est, ut paternis curis nostris filialis obedientiæ fideique vestræ officia respondeant. Nullum enim jucundius dolori nostro solatium afferri potest, quam ut intelligamus, Vos caute ambulantes, non vocem alienorum audire, sed Pastorem sequi, & domum ædificare supra firmam petram. Ac Vobis, Dilecti Filii, Apostolicam Benedictionem, quam cœlestis præsidii pignus, atque adversus potestates tenebrarum arma & scutum esse optamus, peramanter impertimur.

Dat. die 28. Aug. 1745.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 28. Augusti 1745. Pontificatus Nostri Anno VI.

Cajetanus Amatus.

Public. eodem die mense, & Anno.

CXXXVII.

DECRETA QUÆDAM

A Cardinali Patriarcha Lisbonensi edita collaudantur & confirmantur.

Dilecto Filio Nostro Thomæ Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbytero Cardinali de Almeyda nuncupato.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Dilecte Fili noster, salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Collaudantur Card. Patriar. Decreta.

SINGULAREM voluptatem sensimus ea perlegentes, quæ graviter ac sapienter a Te constituta sunt, ac die XII. Martii Anno MDCCXLIII. evulgata, ut omnibus innotescerent: Cognovimus pariter ardentissimum studium, quo tum Regulares, tum Sæculares, aliosque tuæ Pastorali Curæ commendatos vehementer excitas, ut iisdem mandatis diligenter obtemperent.

§. 2.

§. 1. Primo loco præcipis, ut Vespertina Officia, quæ feria V. Majoris Hebdomadæ fieri consueverunt in Ecclesiis Sæcularium, ac Regularium, ad certam horam solum protrahantur; & ipsarum Fores ad mediam horam post Occasum Solis occludantur; nec mane ante pateant, quam solis Ortus illucescat: Siquidem cognitum, perspectumque habebas ad honestos mores labefactandos causam præberi, cum magna frequentia Virorum, ac Mulierum nocturno tempore in ea templa conveniret, quam sane veterem consuetudinem ideo Prædecessores nunquam improbarunt, quod ii nocturni Fidelium conventus tunc temporis pietatem, ac religionem solum præseferebant.

§. 2. Secondo loco, ne spatio illius noctis Divina Eucharistia Cultu debito careret, sapienter indixisti Viris Ecclesiasticis, eorum Ministris, & Fratribus Sodalitatum, quæ a Venerabili Eucharistiæ Sacramento nuncupantur, ut occlusis Templi foribus, alternatim Christo Domino pie religioseque obsequantur, qui sub panis specie continetur.

Officia Hebd. Ma. de die celebrari.

§. 3. Tertio loco, cum Passio Salvatoris nostri intempestivis horis a Concionatoribus celebrari soleret, ideo pro tua singulari prudentia decernis, ut mane Feriæ VI. Majoris Hebdomadæ hi sermones habeantur, statim ac Evangelium, quod eo die canitur in solemni Officio, absolutum fuerit; ubi vero consuetudo obtinuit, ut nocte ejusdem Feriæ VI. verba faciant Concionatores, alia hora post meridiem ejus diei seligatur, ita tamen, ut Fores Ecclesiæ designato antea tempore obserari queant.

Adorationem SS. Sacramenti de nocte continuari per certas personas.

§. 4. Quarto loco, cum illi, qui Ecclesias adibant Feria V. Majoris Hebdomadæ (quæ Sancta vulgo appellatur) peculiares quosdam cibos secum deferrent, quibus deinde etiam in ipsis Ecclesiis uterentur, ita ut cultum Dei Templo consentaneum, & legem jejunii impudenter violarent; cum, inquam, hanc corruptelam sine magno animi tui mœrore pati ac dissimulare minime posses, opportuna remedia attulisti, gravissimis sententiis, ac pœnis in eo promulgatis, qui cibos ejusmodi per illos dies venderent, vel ipsos manducare etiam in sacris Ædibus non dubitarent.

Conciones item horis diurnis haberi.

§. 5. Hæc potissimum ex Decretis tuis delibata ob eam causam commemoravimus, ut ipsa diligenter a nobis perlecta dignosceres; neque prætermisimus cætera, quæ in iisdem Decretis habentur, nempe vehementem cohortationem, ut Ecclesiis cultus exhibeatur, ne Deus hac gravissima quidem injuria atque impudentia lacessitus, ad iracundiam concitetur: Postremo cum Decreta hujusmodi probari a Nobis magnopere deposcas, ut nostra auctoritate corroborata perpetuo firmentur, & homines facilius ad illa observanda inducantur, hoc Tibi responsum faciendum existimavimus.

Comessationes ab Ecclesiis eliminari.

§. 6. In primis consontaneum quidem antiquis Ecclesiæ Institutis fatemur, ut noctis tempore Divina Officia celebrarentur: Imperitus enim disciplinæ Ecclesiasticæ prorsus videretur, qui ignoraret, Majoribus nostris per multa sæcula positum in more fuisse, ut nocturnis Vigiliis solemnia Festa, ac Mysteria prævenirent, & canendis Divinis laudibus, sanctisque precibus occupati, noctes integras simul in Templis traducerent. At vero diuturnitate temporis adeo labefactari cœpit hæc pia consuetudo, ut tribus Majoris Hebdomadæ diebus Vigiliæ solum statuerentur; & ob eam causam Officia illorum dierum (eo quod nocte fieri solerent,) *Matutini Tenebrarum* adhuc nominentur: Vigiliæ quoque permissæ fuerunt ante diem Natalem, & Epiphaniam Domini; Diœceses autem, quæ disciplinæ laude commendantur, *Matutinos Tenebrarum* a Nocturnis horis ad postmeridianas traduxerunt; Vigiliis etiam consuetis ante Festum Epiphaniæ, matutinas horas usque ad meridiem subrogarunt: Cum tamen pristinum Ecclesiæ Instituta retinere vellent in Pervigilio Natalis Domini, nempe post mediam noctem rem Divinam conficere, & populum in certas Ecclesias confluentem admittere, cautum diligentissime fuit, ut corruptelis omnis aditus intercluderetur; & cum difficile id visum fuisset, virtute præstantes Episcopi decreverunt, ut nocte quidem in Ecclesia, sed clausis illarum Foribus, hæc sacra Officia peragerentur.

Quæ subjiciuntur judicio Summi Pont.

Vetus Officiorum nocturnorum consetudo.

§. 7. Agnoscimus pariter animi tui consilium ab Ecclesiæ moribus minime alienum, eo quod coercendum putaveris illorum intemperantiam, qui sanctissimis Majoris Hebdomadæ diebus in Templa se conferunt, ibique certis quibusdam cibis indulgent. Equidem magnis laudibus prædicantur a Sacris Scriptoribus *Agapæ*, sive honestissima convivia, quæ fideles post acceptam Divinam Eucharistiam pluribus Sæculis inibant

Quæ utiliter immutata fuit. Sacræ priorum Agapæ.

ut mutuæ inter Christianos benevolentiæ publicum testimonium ostenderetur; & certis diebus egentes ac miseri liberali divitum opulentia sustentarentur. Itaque, si ejusmodi convivia plena honestatis, quæque ad charitatem exercendam inducta primo fuerunt, & magna cum innocentia per longum temporis spatium conservata, penitus abrogare oportuit, ob graves offensiones, & scandala, quæ dimanare ex illis cœperunt, itaut nemo sit, qui non probet Ecclesiæ Decreta, quibus ea convivia de medio auferuntur; nemo sane prudentiam tuam, & consilium non commendabit, qui pravam edendi licentiam ab Ecclesia removere ac penitus eliminare voluisti, cum præsertim ea nefaria intemperantia jejunii Leges, sanctissimis etiam diebus frangerentur, quas Majores nostri tanta severitate, ac religione coluerunt, ut nihil omnino degustarent, & cyathum quoque frigidæ recusarent.

Ob invectos abusus nunc interdictæ.

§. 8. Supervacaneum ducimus ad hæc probanda proferre in medium sacræ antiquitatis documenta; cum satis eruditorum hominum testimoniis confirmetur. Accedit, quod ipsa luce clarius innotescunt ex iis, quæ Nos ipsi congessimus in quatuor Libros a Nobis magno labore conscriptos *De Canonizatione Sanctorum*, & *in Ecclesiasticas Institutiones* quas Bononiæ confecimus, cum in illam Sedem (quam nunc etiam retinemus) translati fuimus: Alia pariter argumenta desumi possunt ex aliis nostris *Commentariis in Sacra Jesu Christi, Matrisque ejus Festa, ac Missæ Sacrificium*, quibus plurima sane addidimus, dum in Summo Pontificatu versamur, & quæ vernacula lingua primum a Nobis exarata, nuper jussu Nostro in Latinam conversa fuerunt.

Plura de his petenda ex Libris SS. Domini Nostri.

§. 9. Omittimus verba facere de hora, quam pro habenda concione Dominicæ Passionis statuisti: Idem plane mos ac disciplina jampridem invaluit in præclaris Italiæ Diœcesibus, & in ipsa Vaticana Basilica, ubi Nos in Minoribus positi Theologalem Præbendam obtinuimus. Siquidem Feria VI. Majoris Hebdomadæ, post recitatam in Choro Domini Passionem, Concio de ipsa statim instituitur: Idem fieri consuevit in Pontificio Sacello coram Nobis ipsis, Cardinalium Collegio, & reliquis Ordinibus, quibus facultas est in eum Locum conveniendi.

In Sacellis pontificis, & in Basilic. Vaticana fit concio post Evang.

§. 10. Cum igitur tua Decreta præsentibus Ecclesiæ moribus & Institutis consentanea plane videantur, ea libentissime adprobamus, & Apostolicæ auctoritatis pondus adjungentes, præcipimus observari penitus, sublata quacumque contraria consuetudine, quamvis ad honestum finem inducta fuerit, & longo spatio temporis inveteraverit: Etenim pravum hominum ingenium, & morum corruptela id necessario requirit, ut de medio tollantur ea, quæ licet initio virtutem præseferrent, labente cursu temporis virtutem ipsam corrumpunt ac labefactant.

Præmissa Decreta approbantur, & confirmantur.

§. 11. Interea, Dilecte Fili Noster, tuis, ac tuorum precibus Nos vehementer commendamus; & quoniam Vineam Domini, Tibi creditam tam feliciter colere suscepisti, ne prætermittas operam ac laborem impendere, ut fructus in diem magis excrescat; ne te deterreant ullæ difficultates, quæ tuis præclaris conatibus objiciuntur: Nos profecto semper ad tutandam Religionem, & morum integritatem paratos invenies: Postremo Tibi Benedictionem Apostolicam, tuoque populo peramanter impertimur.

Adhortatio.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem die 31. Augusti MDCCXLV. Pontificatus Nostri Anno VI.

Dat. die 31. Aug. 1745.

DIE-

DIERUM FESTORUM CXXXVIII.

De Præcepto, æstivis mensibus occurrentium, reductio, pro nonnullis Locis Regni Poloniæ.

Venerabili Fratri Episcopo Posnanien.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Venerabilis Frater, salutem, & Apostolicam Benedictionem.

NUPER pro parte tua Nobis expositum fuit, quod dilecti Filii Universitates & homines, necnon Incolæ agrorum præsertim culturæ addicti, istius tuæ Diœcesis Posnanien., propter Cœli rigorem in istis partibus gravissimum, in mensibus potissimum Julio, Augusto, & Septembri ad faciendas messes aliosque Terræ fructus colligendos, & agros in spem futuræ messis præparandos aptioribus, Festos dies de Ecclesiæ præcepto, quamvis inviti, servare minime valeant, ac propterea operum hujusmodi causa, non sine conscientiæ angoribus, debitum Deo in iis diebus cultum negligere coacti, ad Fraternitatem tuam sæpissime confugiunt ut licentiam ipsis impertiaris, qua sibi liceat per eosdem Festos dies, exceptis Dominicis, agros colere, & servilibus mechanicisque laboribus, impune vacare, ne ipsis eapropter non leve damnum, quemadmodum sæpe accidit, proveniat; Fraternitas vero tua, ut incommodis hujusmodi tibi bene cognitis aliquo pacto consulatur, Nobis humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

Agrorum cultura Mensibus Æstivis assiduam operam exigit.

Dispensatio ab observantia dierum Fest. petitur ab Ordinario.

Qui ad S. Sedem recurrit.

§. 1. Nos igitur, qui divinum cultum quantum cum Domino possumus promovere, & adaugere debemus, considerantes præmissa omnia, & opportunum, quoad Nobis integrum est, ac salutare remedium hac in parte adhibere cupientes, dictosque Incolas, homines, aliosque culturæ addictos, specialibus favoribus & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, a jure, vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium tantum consequen. harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, Fraternitati Tuæ per præsentes committimus, & mandamus, ut veris existentibus narratis, si contingat aliquod Festum de præcepto Ecclesiæ, seu per Synodales ejusdem Diœcesis Constitutiones, per hebdomadas prædictorum Julii, Augusti, & Septembris Mensium extra Dominicas occurrere, eo casu festum hujusmodi, præterquam illud Assumptionis B. M. Virginis Immaculatæ, quod in suo proprio, quo occurrit die solemni cultu celebrari volumus, & mandamus, in Dominicam immediate sequentem, seu aliam a Te præscribendam auctoritate nostra Apostolica transferas, illudque in eadem Dominica celebrari facias & cures, præscriptis tamen iis cautelis quas juxta datam Tibi a Domino prudentiam duxeris esse præscribendas, tam quoad onus audiendi Sacrosanctum Missæ Sacrificium, quam quoad cætera opera servilia exercenda.

Conceditur, festivitates infra Hebdomadas eorum Mensium occurrentes, ad diem Dominicum transferri.

Excepto Festo Assumptionis B. M. V.

§. 2. Non obstantibus Apostolicis, ac in Universalibus, Provincialibusque & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus & Ordinationibus, necnon dictæ Diœcesis, Locorum, Terrarum, Oppidorumque, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis; Quibus omnibus & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Derogationes.

§. 3. Cæterum per translationem Festorum hujusmodi non intendimus aliquid innovari tam quoad servitium Chori, quam quoad celebrationem Divinorum Officiorum.

In Choro, & in Officio nihil innovetur.

Datum

Dat. die 1. Sept. 1745. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annullo Piscatoris die 1. Septembris MDCCXLV. Pontificatus Nostri Anno VI.

D. Card. Passioneus.

Simile Indultum jampridem concessum fuerat pro Diœcesi Viln. tali forma conceptum.

UT per tres antedictos menses liceat ipsis ad sua exercenda rusticana opera incumbere, translato in primam Julii Dominicam Festo Visitationis Sanctissimæ Dei Genitricis, & in secundam ejusdem Mensis Dominicam Festo S. Mariæ Magdalenæ, in tertiam Festo S. Jacobi, in quartam Festo S. Annæ; In Augusto, & Septembri, quæ occurrunt SS. Festivitates, unaquælibet in proxima sibi Dominica celebretur; una excepta Deiparæ in Cœlum Assumptæ, quæ in suo proprio recurrente die solemni cultu agi debeat. Volumus autem ut in Choro, Divinisque Officiis, nihil innovetur, nec a pristino ritu discedatur, sed ea peragantur in assignatis jampridem diebus. Ii vero, quibus hoc paternæ facilitatis nostræ beneficio utendum est, studeant interno ardentiori animorum obsequio compensare, quidquid externæ celebritatis ipsis imminuere necesse fuit. Quod Fraternitatem tuam strenue curaturam confidimus & Dat. &c. die XVII. Maji 1743. Pont. A. III.

D. Card. Passioneus.

CXXXIX. FRUCTUS CENSUUM,

Cambiorum &c. a Communitatibus Ditionis Ecclesiasticæ contractorum ad æquitatis rationem reducuntur.

BENEDICTUS PAPA XIV.

MOTU PROPRIO &c.

Excessus fructum conventorum. *CI è stato riferito da Persone degne di tutta fede, che alcuni de' nostri Sudditi nelle gravi angustie, in cui si sono trovate le Comunità del nostro Stato Ecclesiastico per l' ultimo passaggio ed accantonamento delle Truppe straniere, che incominciò l' anno 1742. scordati affatto dell' obbligo, che a ciascuno impone la natura medesima, in vece di sollevare a tutto lor potere la Patria ed il Principato, tratti e trasportati dall' ingordigia di vil guadagno, non hanno avuto rossore di opprimere ed aggravare maggiormente le Comunità di esso nostro Stato con usure esorbitanti di cinque, sei, sette, e ancora otto, e nove per cento, abusando dell' estremo bisogno, in cui quelle erano di trovar danaro; Anzi taluno di essi nostri Sudditi rivolgendo la comune e pubblica calamità in privato e vergognoso Mercimonio, aver preso da altri danaro a minore interesse, per poi darlo alle suddette Comunità a più gravi, e maggiori usure.*

Reducuntur ad 4 pro 100. *§. 1. Quindi è, che volendo Noi da un canto reprimere la soverchia avidità di costoro, e dall' altro isgravare per quanto ci è possibile le suddette Comunità del riferito ingiusto peso: Seguendo l' esempio di parecchi altri Pontefici, e specialmente di Clemente VIII. e del Ven. Servo di Dio Innocenzo XI. nostri gloriosi Predecessori, i quali per via di legge generale ridussero i frutti de' Censi imposti similmente dalle Comunità, e respettivamente delle Doti, e Compagnie d' Uffizio a quella moderata ragione, che correva comunemente ne' tempi loro; Col parere, e consiglio d' una Congregazione particolare di quattro Cardinali, e sei Prelati, tenuta di nostr' ordine li 30. dello scaduto Agosto sopra il riparto delle spese fatte, e debiti contratti per causa di detto Passaggio ed accantonamento, dalle predette Comunità: Di nostro Moto proprio, certa scienza, e pienezza della nostra Sovrana Podestà, ordiniamo, e comandiamo, che tutti e singoli Censi creati, ed imposti, oppur anche Cambj, ed*

altri

altri debiti fruttiferi passivamente contratti dal giorno, e tempo, ch' entrarono le Truppe Estere dentro i confini del nostro Stato Ecclesiastico, da qualunque Comunità, e Università di esso Stato, compresevi anche le quattro Legazioni di Bologna, Ferrara, Romagna, ed Urbino, come pure tutti i Luoghi Baronali, (eccettuando solamente la Legazione d'Avignone, e il Ducato di Benevento) oppure da Persone private, ad intuito però e contemplazione, e con promessa di rilevazione di esse Comunità, sopra qualunque sorta di Beni, tanto Urbani, che Rustici in qualsisia Provincia, Città, Terra, Castello, Territorio, e Luogo del medesimo Stato, di qualunque prezzo, valore, qualità, quantità, e denominazione, con qualsivoglia obbligo, eziandio giurato, di Guarentiglia, o Camerale, in favore di Persone del medesimo nostro Stato, o soggette al nostro temporal Dominio, sieno, e s' intendano dal giorno d' oggi in poi creati, imposti, e contratti alla sola ragione di scudi quattro per cento, e non più, come Noi in virtù della presente Cedola di nostro Moto proprio da ora in poi li riduciamo, e moderiamo: Salva però sempre alle medesime Comunità la facoltà di ricomperare li medesimi Censi, come anche con espressa dichiarazione, che rispetto a gli altri Censi, e Cambj, che sono stati imposti, o contratti a meno del quattro per cento, non s' intenda per questo fatta alcuna mutazione, e innovazione.

§. 2. In sequela di che vogliamo, e dichiariamo, che le Comunità, e Università suddette Debitrici di dette Persone soggette al nostro temporal Dominio per causa di detti Censi, o Cambj, o altri Debiti fruttiferi da esse Comunità, o da altri per loro eziandio obbligati come principali, principalmente, ed in solido, o in altro qualunque modo eziandio in forma della nostra Camera Apostolica, per qualunque Scrittura pubblica, o privata, e con qualsivoglia licenza, e facoltà contratti, non siano tenuti ed obbligati, nè possino essere forzati, e costretti per i frutti da decorrere da oggi in avvenire, che alla sola ragione di scudi quattro per ogni centinajo, ed anno, ancorchè li creditori siano Persone costituite in qualunque dignità Ecclesiastica, o Secolare, Privilegiate, e Privilegiatissime, cosicchè per la loro Dignità, o altro qualunque titolo, fosse bisogno per comprenderle di speciale ed individua menzione; E molto più se fossero (lo che Noi però non vogliamo credere) Chiese, Monasterj, e Luoghi Pii, Cavalieri di qualunque Ordine Militare, o anche Gerosolimitani, Compagnia di Gesù, o Monachi delle Undici Congregazioni, o altri Regolari, rispetto a' quali li suddetti Contratti sarebbero anche più ingiusti, e vergognosi: Che perciò vogliamo ed ordiniamo, che niuno affatto di tali Creditori, che abbia dato, come sopra, danaro ad alcuna di dette Comunità del nostro Stato, o direttamente, o indirettamente sotto il proprio, o anche sotto nome altrui, a maggior interesse del quattro per cento, resti escluso, ed esente da questa nostra riduzione, e moderazione, per essere così mente, e precisa volontà Nostra. Idque respectu subditorum, cujuscumque ordinis &c.

§. 3. E che così da qualunque Giudice ordinario, o Delegato, eziandio Uditor Generale della nostra Camera, Uditori di Rota, Chierici di Camera, e Cardinali eziandio Legati a Latere, debba giudicarsi, definirsi, tolta ad essi, e a ciascuno di loro facoltà, ed autorità di giudicare, e decretare altrimente, dichiarando Noi per nullo, irrito, e di niun valore tutto ciò, che da qualsivoglia con qualunque autorità, scientemente, o ignorantemente sarà giudicato, fatto, o attentato contro questa nostra volontà, e disposizione. Decretum irritans, sublata &c.

§. 4. Non ostante qualsisia Costituzione, ed Ordinazione Apostolica, Statuto, Consuetudine, Legge, e Natura di qualunque Provincia, Città, Terra, Castello, e Luogo, ancorchè muniti con giuramento, o confermati dalla Santa Sede, Legati a Latere, e Governatori, Obbligazioni fatte in qualsivoglia forma eziandio della Camera Apostolica, Sigurtà, Rinunzie, e Giuramenti, Privilegj, ed Indulti, e particolarmente quelli di non essere compresi sotto qualunque Legge, e Costituzione, se non essendo specialmente nominati, Regola de Jure quæsito non tollendo, o altra qualunque Regola della nostra Cancellaria, ed altre quali si vogliano, Lettere Apostoliche sì Nostre, che de' Nostri Predecessori sotto qualsisia tenore, e forma, e con qualsivoglia clausole derogatorie, di derogatorie, e Decreti irritanti concesse, e pubblicate, anche per via di Legge universale, e anche più volte confermate, ed innovate, in favore di qualunque Chiesa, Collegio, Ordine, Ospedale, Luogo Pio, Congregazione, Università, Derogationes.

Città, e Luogo, e Persone di qualunque Preeminenza, e Dignità: Alli quali tutti, e singoli, avendone quì il loro tenore per espresso, e di parola in parola registrato & inserto, per quanto però sieno direttamente o indirettamente contrarj a questa Nostra riduzione, o all'esecuzione di questa Nostra determinata volontà, e non altrimente &c. in amplissima forma deroghiamo.

Dat. die 7. Sept. 1745. *Dato dal Nostro Palazzo Apostolico di Monte Cavallo questo dì 7. Settembre 1745.*

BENEDICTUS PP. XIV.

CXL.

SACRAS MISSIONES

In Diœcesibus Regni Neapolitani frequenter haberi suadetur. Earum directio demandatur Cardinali Spinellio Archiepis. Neapolitano, cum facultatibus &c.

Venerabilibus Fratribus Archiepiscopis, Episcopis, & Ordinariis Regni Neapolitani.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Venerabiles Fratres, salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Pontificis munus duplex, propagandæ, & conservandæ Religionis. GRAVISSIMUM Supremi Apostolatus Ministerium, quod Nobis immerentibus delatum fuit, duo potissimum requirit: primum nempe ad Sanctam Religionem amplectendam eos Populos adducere, qui illam vel nunquam susceperunt, vel susceptam infortunio misero, funestoque deseruerunt; alterum vero, Religionem ipsam sartam tectam diligenter in iis locis tueri, in quibus integra Divino beneficio conservatur. Porro nomine Religionis non intelligimus ea solum, quæ ad salutem obtinendam necessario fide tenenda sunt; sed etiam, quæ præstari debent operibus, ut vitam moresque Christianæ disciplinæ consentaneos ostendamus, ac beatissimam in Cœlis felicitatem post hujus vitæ curriculum assequamur.

Utrumque opus ab Apostolica Sede jugiter urgetur. §. 1. Equidem Romani Pontifices Prædecessores Nostri, ut huic muneri satisfacerent, omni tempore Viros pietate ac doctrina præstantes elegerunt, qui Fidem Catholicam in omnes terræ partes disseminarent; quorum exemplis inhærentes, pro tenuitate virium nostrarum, ac temporum difficultatibus, Nos pariter idem Institutum retinuimus. Secundo loco Romani Pontifices omnem curam semper impenderunt, ut morum disciplinam, & sanctitatem labefactatam, ac jacentem in illis Diœcesibus excitarent, ubi solius Episcopi studium, & opera pro re gerenda satis esse non putabantur: Nam vel Apostolicos Visitatores in eas Diœceses miserunt, vel aliis remediis usi sunt, quæ magis idonea viderentur. Idem consilium Nos quoque secuti sumus, quoties Fidelium corruptelæ ad aures nostras pervenerunt, ut negligentiæ notas, cum ante Supremum Judicem steterimus, quo possumus, studio declinemus. Etenim Vicarios Apostolica auctoritate præditos non semel designavimus, qui Diœceses, ubi opus esset, ad pristinam disciplinam restituerent: Multas Epistolas dedimus peculiaribus Episcopis, vel pluribus simul, vel etiam universis, ad ipsorum sollicitudinem stimulandam; alia quoque consilia, ac rationes inivimus, quas hic recensere supervacaneum est.

Populorum indigentiæ. §. 2. Post hæc dissimulare minime possumus, exploratum Nobis esse, vestris in Civitatibus probos quidem homines versari, sed longe plures inveniri perditos, qui præsertim in montanis locis, & a vestris Sedibus valde sejunctis, vitam ab omni virtute alienam traducunt; qui si a Fide non aberrant, uti confidimus, corruptis tamen moribus, ac flagitiis, in se concitant Divinam iracundiam, & properant ad sepulchrum, quin antea dignos Pœnitentiæ fructus ostendant.

Quibus remediis comparantur. §. 3. Equidem vestram, Nostramque diligentiam id magnopere postulat; ne in tam gravi negotio desides, atque socordes non sine crimine videamur. Quapropter de opportunis remediis diu cogitavimus, ac primum ad Deum Patrem luminis confugimus, preces quoque nostras ad Beatam Virginem convertimus, cujus Natalitio die

has

has literas scribimus; Deinde vos hortandos censuimus, ut ea, quæ subjicimus, pro bono vestrarum Diœcesum, executioni strenue demandetis.

§. 4. Quo tempore Nos ipsi in minoribus constituti munus Promotoris Fidei per plures annos exercuimus, cujus est, accurato semper examine virtutes ac merita illorum perpendere, qui inter Sanctos referendi sunt; quo etiam tempore per plures annos fuimus a Secretis Sacræ Congregationis Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, qui pro ratione sui muneris summopere contendunt de medio auferre corruptelas, quæ Diœceses labefactant; insuper cum plures Episcopos doctrinæ laude, ac pietatis studio præclaros eo temporis spatio familiari consuetudine cognoverimus; ac postremo cum Sedem Anconitanam ante Pontificatum tenuerimus, ac deinde in Bononiensem translati (cujus administrationem cum Summo Pontificatu conjunctam gerimus (in illa supra decennium morati simus, diuturna experientia edocti perspeximus, ad improbos mores corrigendos, qui vel serpere incipiunt, vel nimis jam invalescunt, vel tandem diuturnitate confirmati Diœceses latius occuparunt, nihil magis conferre, quam alienam opem ac vires implorare, videlicet Sacras Missiones ubique indicere, præsertim in iis locis, quæ magis a Civitatibus sejunguntur.

Missionum utilitas experimento probata.

§. 5. Et profecto Viri Missionarii merito comparantur Joanni Apostolo, ejusque Sociis, qui acciti fuerunt ex alia Navi, ut operam suam præberent Petro atque Andreæ in Mari laborantibus, itaut non possent ob copiam incredibilem piscium retia deducere, uti constat ex Evangelio Sancti Lucæ *cap.* 5. quod Maldonatus his verbis interpretatur: *Debent Ecclesiæ Pastores, cum ipsi per se aut imposito, aut suscepto oneri non sufficiunt, alios a quibus juvari possint, advocare*. Idem prorsus, ante Maldonatum, Jansenius adverterat *in Concordia Evangelica cap.* 25.

Eæ in Episcoporum adjumento institutæ.

§. 6. Cum Fidei Promotorem egimus, virtutes examinavimus, & res præclare gestas a Dei Famulis Juvenali Ancina Salutiarum Episcopo, Cardinali Roberto Bellarmino Archiepiscopo Capuano, Alexandro Sauli primum Aleriæ, ac deinde Papiæ Episcopo, quem Nos ritu solemni inter Beatos recensuimus; ac postremo a Sanctis Vincentio de Paulis, & Joanne Francisco Regis, quos Pontifices Decessores Nostri rite in Album Sanctorum retulerunt. Itaque, cum egregia facinora horum præstantium Virorum expenderemus, apertissime cognovimus, incredibilem gloriam tribus primis evenisse in cura animarum administranda, ob eam causam potissimum, quod omne studium posuerunt, ut Sacræ Missiones in suis Diœcesibus assidue peragerentur. Duos autem, quos postremo loco nominavimus, charitate erga Deum, & Proximum maxime præditos, ornatosque deprehendimus; ac potissimum Sanctus Vincentius de Paulis eam certissime probavit, eo quod Missionariorum Congregationem instituerit, & ipsemet (donec incolumitas corporis permisit) Missiones easdem exercuerit. Joannes quoque Regis sancto charitatis igne conflagrasse palam ostendit, ob singularem alacritatem, qua difficiles & asperrimos montes adire non dubitavit, ut ignaros Populos Christiana doctrina ac moribus imbueret, & ad bonam frugem traduceretur, quoties ab ipso Episcopi, aut ejus Præpositi id postularent.

Et a Sanctissimis Viris promotæ.

§. 7. Illud etiam non ignoratis, in more positum esse Episcopis, ut statis temporibus ad Sag. Congregationem Concilii Tridentini Interpretem de suis Ecclesiis referant, earumque statum plane exhibeant. Itaque cum Nos ipsi Secretarii munere fungeremur, quoties in alia Diœcesi Missiones indictas fuisse relatum fuit, toties jussu Congregationis ejusdem, vel Summorum Pontificum, hoc consilium magnopere commendavimus in responsis, quæ ad Episcopos fieri consueverunt, eosque incendere non prætermisimus, ut laudabiliter inceptum prosequerentur. Non semel etiam Episcopos redarguere jussi fuimus, qui pios Missionarios non accirent, ut languentem, sicut ipsi asserebant, in Populo pietatem, & in Viris Ecclesiasticis disciplinam excitarent, & in utrisque peccandi licentiam cum scandalo junctam coercerent.

Item a Congreg. Concilii sæpe commendatæ.

§. 8. Typis impressa est historia rerum gestarum a Benedicto XIII. de Nobis optime merito, Nationis vestræ ornamento, & Beneventanæ Ecclesiæ per plures annos Archiepiscopo. In lucem pariter edita fuit vita Cardinalis Innici Caraccioli, qui Sedem Aversæ magna virtutis commendatione tenuit, & Episcopi de Cavaleriis, qui Troyæ Ecclesiam summa pietate, ac studio religionis administravit. Si vobis ante oculos unquam proposuistis, vel in posterum eos libros proponetis, intelligetis pro-

Et ab Episcopis Regni Neap frequentatæ.

fecto, maximos sibi, Populisque sibi traditis fructus evenisse ex Sacris Missionibus, quas suis Diœcesibus compararunt. Nos quidem has historias accurate legimus, & magna cum voluptate typis evulgata vidimus ea omnia, quæ Viri illi præclarissimi sæpius Nobis explicaverant, cum adhuc in terris versarentur. Etenim Benedictus XIII. opera nostra, dum Pontificatum gereret, semper usus est; Alios autem, quos nuncupavimus, non semel alloqui Nobis opus fuit, eisque litteras dare, quibus eorum negotia expedirentur.

Peculiaris experientia S.D.Nostri.

§. 9 Tandem Sacrarum Missionum utilitatem ac necessitatem Nos ipsi compertam habuimus, quoties illas accivimus in Diœcesim Anconitanam, quo tempore Nobis commendata fuit; & quandiu Bononiensem Ecclesiam Nosmet præsentes administravimus; Et nunc etiam curamus diligenter, ut eædem Missiones quandoque indicantur ab eo, qui juxta normam, & consilia a Nobis præscripta, vices Nostras obtinuit. Tum plane agnovimus veritati consentaneum esse, quod Paulus Segneri Societatis Jesu, Concionatoris, Scriptoris, ac Missionarii laude clarissimus, scriptum reliquit, nempe: *Missionum tempore tot Concionatores merito nuncupari posse, quot perculsi piis exercitationibus ad Pœnitentiam inflammantur, suoque exemplo alios pertrahunt ad eandem virtutem exercendam; Ex illis autem Missionibus magis copiosum fructum dimanare, quibus majori frequentia populus interfit; ea prorsus ratione, qua ignis magis augetur, si plures in unum locum carbones congerantur.*

§. 10. Quocirca neque novum, neque incertum, neque a Nobis excogitatum dici potest hoc remedium, quod Populi corruptelis corrigendis proponitur. Antiquum illud est, malis curandis aptissimum, & fortasse unicum, quod tot Episcopi pietatis gloria insignes magna cum utilitate suis in Diœcesibus adhibuerunt, quod Nos ipsi toties experti sumus, & Vos etiam qui procul dubio Populum vobis commissum Sacris Missionibus aliquando recreastis.

Divina gratia imploranda.

§. 11. Sed, ne virtute sua careat ejusmodi remedium, preces ad Deum effundendæ sunt; quippe: *Neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus.* Deinde seligendi sunt Missionarii doctrinæ laude præstantes, quive Populum diligenter instituant. Nam merito suspicamur, idque non sine lacrymis ac mœrore scribimus, suspicamur, inquam, plures animas ex illis, quæ Nobis, ac Vobis traditæ fuerunt, ad interitum ruere, eo quod res necessarias *necessitate medii*, ut ajunt Theologi, penitus ignoraverint. Illi potissimum Missionarii vocari debent; qui postquam labes & scandala populi certo deprehenderint, ipsorum gravitatem ac turpitudinem suis Concionibus ostendant, & vehementer arguere possint. Id constat ex testimonio S. Marci *Cap.* 3. ubi Christus eligit Apostolos, *ut mitteret eos prædicare;* Idem etiam desumitur ab Actis Apostolorum *cap.* 6. ubi ipsi prædicationem verbi, tanquam peculiare munus sibi demandatum, testantur: *Non est æquum, nos derelinquere verbum Dei, & ministrare mensis.* Idem S. Paulus docuit 1. ad Corinth. *Non enim misit me Christus baptizare, sed evangelizare:* & *Epist.* 2. *ad Timoth. Testificor coram Deo & Jesu Christo, qui judicaturus est vivos & mortuos, per adventum ipsius, & regnum ejus, prædica verbum, insta opportune, importune.*

Instructio Fidelium potissimus Missionis scopus.

Missionariorum agendi ratio.

§. 12. At vero Missionarii suæ vitæ ratione, atque exemplis, Populum ad virtutem incendere debent. *In omnibus te ipsum præbe exemplum bonorum operum*, inquit idem Apostolus ad Titum: S. Lucas in *Actis Apost.* testatum reliquit, quod Salvator Dominus: *Cœpit facere & docere.* Postremo Missionarios Deo se penitus devovere fas est, nec ullam admiscere cupiditatem inanis gloriæ, vel spem emolumenti, licet exigui, dum Populis erudiendis incumbunt. Equidem magno fructu cumulatas fuisse accepimus Missiones, quæ peractæ sunt, cum S. Carolus Borromæus Mediolanam Sedem teneret; Idem nunc etiam contingit opera ac virtute Oblatorum, quos ille instituit, quique a S. Ambrosio nuncupantur: Nam præ cæteris illud præscriptum habent, ne ulli incommodum afferant, & ne ulla causa vel ratione unquam moveantur, ut aliquid dono accipiant, quemadmodum ab Actis Ecclesiæ Mediolanensis, quæ anno 1599. Typis edita fuerunt *part.* 5. *p.* 841. clare deprehenditur. Ad S. Joannem Chrysostomum mentem convertite, qui *in Homilia* 46. *super Matthæum* fatetur, universum terrarum Orbem ab Apostolis traductum fuisse ab errore ad veritatem, a veteri superstitione ad Christianam disciplinam amplectendam, non

quod

quod mortuos ad novam vitam revocaverint, sed quia solutum avaritia & omni cupiditate animum penitus habuerint: *Quid est enim, quod eos magnos ostendit? pecuniarum contemptus, gloriæ despectus, ab omnibus vitæ negotiis ereptio; quæ si non habuissent, etsi mortuos suscitassent, non solum nullos juvissent, sed etiam Seductores æstimati essent.*

§. 13 Civitas Neapolis affluit magna copia Ecclesiasticorum, qui pietate, doctrina, & pro agendis Missionibus experientia valde commendantur. Plenæ sunt etiam Virorum hujusmodi, Congregationes Sedis Archiepiscopalis Patris Pavonis, & Sacerdotum, qui a S. Gregorio nomen accipiunt, qui Pii Operarii vocantur, ac tandem non desunt Domicilia Sacerdotum, qui S. Vincentii de Paulis institutum dato nomine sequuntur. Messis quidem multa est, sed Operarii sufficient, si ita distribuantur, ut Populorum utilitas atque necessitas postulabit. Operarii a Civit. Neapolitana suppetent.

§. 14. Adibitis Dilectum Filium Nostrum Cardinalem Spinellium Neapolis Archiepiscopum, cujus consilio res tota gerenda erit: ob hanc causam literas ad ipsum damus, ab eoque petimus, ut hanc provinciam suscipiat, facultatem quoque tribuimus, ut alios sibi Adjutores in tam gravi negotio assumat, vel illos etiam in suum locum sufficiat; cum Nos minime lateat, quam variis curis distineatur, & quot labores subierit, ac in præsentia subeat, ut Vinea Domini diligenter excolatur. Si quis Vestrum Missiones expetit, ad ipsum Cardinalem Archiepiscopum confugiat, qui Ministros idoneos designabit, ut necessitas requiret: ipsorum numerum constituet & rationem quoque temporis habebit, quo Sacræ Missiones absolvantur; nam ipse pro sua sapientia satis intelligit, nequaquam uno tempore omnia simul perfici posse. Dirigente Opus Card. Spinellio Archiepisc.

§. 15. Indigent Missionarii facultatibus extraordinariis, quas Nos libenter illis ex thesauro Ecclesiæ conferemus, ut præclarissimum opus ipsi feliciter prosequantur. Eas facultates indicabimus Cardinali Spinellio, ut Missionarii ad illum accedentes, sive ad alium ipsius loco suffectum, facile obtineant, quæ magis conferre Dei Gloriam, & animarum salutem judicaverint. Cui facultates necessariæ conceduntur.

§. 16. At vero perspicimus difficultates, quæ facile retardabunt Missionarios, ne ad Samnites, & Calabros iter suscipiant. Attamen, cum versentur in illis Locis Patres Dominicani, & Societatis Jesu, ipsorum Præpositi Generales jussu nostro Provinciales adducent, ut ex suis Religiosis Viris aliquot eligant, qui Missiones illic exerceant; neque ullum emolumentum percipiant a Clero, sive a Magistratibus Locorum, ubi Missionibus operam præbebunt. Ipsorum nomina ad Cardinalem Spinellium descripta mittentur, ad quem Samnitum, & Calabriæ Episcopi confugient, ut in eorum Diœcesibus recte Missiones ordinentur, quemadmodum futurum procul dubio confidimus in aliis Diœcesibus, quæ ab Urbe Neapoli non adeo remotæ sunt. Quid pro Provinciis Calabriæ.

§. 17. Sed notam velut inurere videremur eximiæ pietati, & religioni Charissimi in Christo Filii Nostri Caroli Utriusque Siciliæ Regis Illustris, nisi Vos moneremus exposcere ab ipso Rege, ut suam auctoritatem & gratiam, si pro Missionibus recte gerendis opus fuerit, liberaliter interponat. Etenim Nobis perspectum est experientia, nec Vos certe latere debet, nihil antiquius ipsi propositum esse in Regno administrando, quam Dei Gloriæ maxime inservire. Fiducia de pietate Regis utr. Siciliæ.

§. 18. Finem his Literis, ne longiusculæ videantur, imponimus, exemplum Sancti Regis Josaphat vestris oculis subjicientes. Sacerdotes, veluti quidam Administri, ipsi Regi victori præibant, qui: *docebant populum in Juda, habentes librum Legis Domini, & circuibant cunctas Urbes Juda, atque erudiebant populum; cap. 17 lib. 2. Paralipom.* Nec Regi satis fuit uti Sacerdotum opera, sed ipsemet ad Populum Bersabeæ se contulit, *& usque ad Montem Efraim, & revocavit eos ad Dominum Deum patrum suorum*: uti cap. 19. describitur. Idem Vobis imitandum constituite; nec solum per Diœceses Sacerdotes mittite, sed illas Vos ipsi perlustrate quoties graviora negotia Vobis id permittent: Etenim Populus vestra præsentia, ac virtute permotus, ad viam Domini capessendam magis incendetur. Si aliquod incommodum ferendum est, Deum facilius hoc pacto commovebitis, ne pœnas exposcat a Vobis, ob negligentiam, qua Diœcesim aliquando invisere, & in vestris Sedibus commorari, uti oportebat, omisistis, quod nonnullis ex Vobis contigisse certe scimus. Verum huic etiam malo in diem gliscenti non deerunt Apostolicæ providentiæ partes. Interim Episc. præire debent exemplo.

terim

terim Vestrum memoriam, Vestrique Gregis, animo nunquam deponemus, quoties ad altare Rem Divinam operabimur. Vobis etiam, & Vestræ curæ commendatis Populis Apostolicam Benedictionem peramanter impertimur.

Dat. die 8. Sept. 1745. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem die 8. Septembris 1745. Pontificatus Nostri Anno VI.

CXLI.

DE CAUTELIS

Præstandis in conficiendis Processibus super fama sanctitatis Servorum Dei. De prohibendis Imaginibus SPIRITUS SANCTI sub humana specie depicti. De aliis superstitionibus non tolerandis.

Venerabili Fratri Joseph Episcopo Augustano.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Venerabiles Fratres, salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Inquisitiones peractæ super vita & moribus Sororis Crescentiæ. SOLICITUDINI nostræ dudum relatum fuerat, in Civitate Imperiali Kaufsbura, quam incolunt simul Orthodoxi, ac Lutheranæ professionis sectatores, vitam degere sanctimonialem quamdam, Crescentiam nomine, adeo sanctitatis opinione celebratam, ut assiduus ad eam concursus fieret hominum etiam virtute & genere illustrium. Quapropter multiplici experimento edocti, inanes aliquando affectatæ sanctitatis larvas obtendi, atque etiam ab animarum Directoribus, ob suos peculiares fines, eosque interdum minus rectos, deprædicari & divulgari; datis ad Fraternitatem tuam Literis die 17. Maji superioris Anni 1744. discretioni tuæ commisimus, ut in prædictæ Sororis Crescentiæ vitam & mores inquireres, deque illius agendi rationibus, sive bonis, sive malis, certiores Nos redderes.

§. 1. Quamvis autem ante Literarum nostrarum adventum, eadem Soror Crescentia extremum diem obiisset; ideoque expirasse dici posset nostra Tibi directa commissio; attamen Fraternitas tua Pastoralis vigilantiæ partes esse judicavit, graves quosdam atque prudentes Viros ad hoc subdelegare, ut in ejusdem Defunctæ mores eam inquisitionem explerent, quam, ipsa vivente, fieri cupiebamus.

§. 2. Hujus itaque inquisitionis acta, aliaque ad rem pertinentia, una cum Epistola tua scripta die 24. Maji proxime elapsi, ad Nos allata fuerunt; & Nos quidem Epistolam ipsam statim legimus & perpendimus; ipsa vero acta, aliaque adnexa, Viris expertis credidimus redigenda in summarium; quod deinde, simul ac per tot alias, quibus distinemur, occupationes & curas Nobis licuit, cum ipsis authenticis actis & documentis conferre non prætermisimus.

Ex Processu nihil eruitur supra communem vitæ probitatem. §. 3. In his omnibus equidem nihil offendimus, ex quo defuncta Soror Crescentia de affectatæ sanctitatis crimine argui possit. Verum ex ipsis Testium dictis, (etiamsi integra fides iis adhiberetur, nec ulla justa adesset suspicio, eos ad favendum prædictæ Sorori præcedenter instructos fuisse, (illius quidem vitam ad normam probitatis exactam, & gravibus exemptam criminibus agnoscere Nobis visi sumus; nullam tamen heroicam virtutem, nullum signum, sive miraculum ab Omnipotenti Deo, ipsius intercessione, patratum deprehendisse, ingenue fatemur.

Idea Operis SS D.N De Canonizatione Sanctorum. §. 4. Non ignotum Tibi, esse Opus *De Canonizatione Sanctorum* a Nobis conscriptum, ex Fraternitatis tuæ Literis intelleximus. In quo Opere elaborando, postquam ultra viginti annos in munere Promotoris Fidei versati sumus; qualemcumque operam Nostram conferre opportunum duximus; non ut Doctrinæ laudem ac nominis celebritatem consequeremur; sed ut certam ac tutam methodum traderemus dirigendi seriem Causarum Beatificationis & Canonizationis, quæ ob varias opiniones Scriptorum, qui in negotiis Congregationis Sacrorum Rituum non satis versati fuerant, aliquo modo involuta ac perturbata videbatur; utque omnium oculis pateret, quam caute ac diligenter Apostolica Sedes in hujusmodi Causarum examine se gereret.

§. 5. In-

§. 5. Inhærendo itaque Regulis in eo Opere expositis, quæ non equidem a Nobis conditæ, aut primum excogitatæ, verum ex præfatæ Congregationis disciplina collectæ, & in aliorum usum productæ fuerunt, satis agnoville poterit Fraternitas Tua, hujusmodi Causis initium fieri a conficiendis Processibus propria & Ordinaria auctoritate Episcoporum, sive aliorum Ordinariorum Præsulum. His tamen minime properandum esse in demandanda confectione hujusmodi Processuum; sed expectandum esse congruum temporis intervallum ab obitu illius Dei Servi, sive Ancillæ, de cujus virtutum, aut miraculorum fama inquirendum sibi esse duxerint: neque vero admovendam esse operi manum, nisi præcesserit vera & legitima fama virtutis heroicæ, aut miraculi ad illius Servi Dei intercessionem, sive invocationem, a Deo patrati; Nihil enim frequentius esse, quam post mortem alicujus fidelis Viri, aut Mulieris, magnam sanctitatis vel miraculorum opinionem in populo oriri, ac potissimum si ab aliquibus de industria foveatur; quæ tamen opinio, nisi veritate innixa sit, vel ipso temporis lapsu languescere, & interire, vel etiamsi hominum artificiis aliquandiu sustentari pergat, perspicuis tandem Divinæ Sapientiæ consiliis destrui, & confundi consuevit. In conficiendis autem hujusmodi Processibus, præcipue considerandum esse extremum mortis articulum, in quo nisi aliquid illustre & sanctitate conspicuum se obtulerit, reliquæ omnes inquisitiones supervacaneæ remanent. Denique ubi a Defuncto, vel, ipso jubente & probante, ab alio quolibet, aliquid scriptum fuerit; ne in præfatis concinnandis Processibus inutiliter tempus, aurumque insumatur, ante omnia ad trutinam revocanda esse hujusmodi scripta, ac diligenter investigandum, an aliquid contra Fidei veritatem, aut contra morum integritatem contineant, vel ullam peregrinæ doctrinæ novitatem a communi Ecclesiæ sensu & consuetudine alienam exhibeant.

Caute procedendum in conficiendis Processibus super fama sanctitatis.

Quid potissimum observari intersit.

§. 6. Porro Fraternitati tuæ in procuranda Processus ad Nos transmissi compilatione, non id propositum fuisse putamus, ut Causam Beatificationis Sororis Crescentiæ quandocumque promovendam inchoare volueris. Novimus, potissimum inquisitionis peractæ scopum fuisse, ut de Monialis Defunctæ moribus instructos Nos redderes, & an affectatæ sanctitatis notam meruerit, Nos edoceres. Sed quoniam facile evenire posset, ut fervente adhuc plurium pio erga illam affectu, enixe a Te postularetur, ut conficiendis Processibus initium fieret; idcirco non inopportunum duximus, præmissa omnia Tibi in memoriam revocare, tutioremque agendi rationem paucis innuere; quum necessarium omnino putemus, per aliquod temporis spatium inquisitiones differri, atque interim observari, quo res evadat; an nullum appareat artificii, humanæque machinationis vestigium; an denique requisitæ conditiones adsint pro inchoandis Processibus ad Beatificationis judicium instruendum profuturis.

De iisdem cautelis.

§. 7. Quod etiam in casu, de quo agitur, magis expediri censemus; tum quia in collectis nuper plurium Virorum, atque mulierum testimoniis, ut supra diximus, nulla elucet heroicæ virtutis aut miraculorum probatio, nec in obitu Sororis Crescentiæ splendidum ullum sanctimoniæ indicium apparet; tum quia complura hujus scripta supersunt, quæ ante omnia opus est ad examen vocari. Quod si etiam compilationi Processus Ordinarii, ad inchoandam Beatificationis Causam, locus esset, necessarium plane videretur exactam Instructionem pro recta illius confectione, juxta ea, quæ in prædicto Opere Nostro *De Canonizatione* conscripsimus, hinc ad vos mittere; quum in prædicto Processu Nobis oblato, nostroque jussu a peritissimis Viris discusso, animadversum fuerit, Testes in eo inductos turmatim examinatos fuisse; nec prævium, ut par erat, jusjurandum præstitisse; cumque non ita, ut oportebat, interrogati fuerint, generalia dumtaxat deposuisse, nihil de peculiaribus actionibus defunctæ Sororis enarrantes.

§. 8. Atque hæc, Venerabilis Frater, satis esse possent, ad accuratam illam, quam de commissa Tibi inquisitione Nobis reddidisti rationem; nec ulterius progrederetur Epistola Nostra, nisi alia quædam Literis tuis Nobis indicanda judicasses; inter quæ præcipuum locum obtinet, quod scribis, de publicatis, lateque diffusis quibusdam Imaginibus Spiritum Sanctum sub speciosi Juvenis forma referentibus, subscriptis verbis: *Veni Sancte Spiritus*: de quibus Imaginibus, utpote statim undequaque sparsis, atque multiplicatis, duo potissimum inquirenda sunt: primum, an Soror Crescien-

Imagines Spiritus Sancti sub humana specie disseminatæ.

ſcentia eas invenerit, vulgaverit, approbaverit; alterum, an (prætermiſſa indagine de earum auctore) hujuſmodi Iconum uſus, expreſſio, & veneratio, ſive intra Eccleſias, ſive extra illas admitti poſſit.

§. 9. Nos autem de prima quæſtione minime verba faciemus, eamque intactam relinquemus iis, quibus forſan de virtutibus Sororis Creſcentiæ quandocumque inquirendum eſſe contigerit; ſive agendum fuerit de permittenda introductione cauſæ ſuper ipſius Beatificatione, ſive, introducta jam Cauſa, de ipſis virtutibus æſtimandis, & comprobandis.

Epiſcopi prohibitio a Pontifice confirmatur. §. 10. De altera vero quæſtione dicturi, primum omnium Apoſtolicum Fraternitatis tuæ zelum, quo hujuſmodi Imagines huc illuc ſparſas, & per Cœnobium, per Eccleſiam, per Chorum palam expoſitas, auferri, & removeri juſſiſti, laudamus, atque probamus, Te hortantes, immo etiam auctoritate, qua fungimur, Tibi mandantes, ut in ſuſcepto propoſito firmiter conſtanterque perſeverans, nullo pacto permittas hujuſmodi Icones ulterius multiplicari; quaſcumque vero uſlibi exiſtere compereris, eas omnes & ſingulas de medio tollas; adhibitis iis auctoritatis ſimul, prudentiæque tuæ remediis, quibus optatum finem ſine turba, ac tumultu conſequi poſſe judicaveris.

Divina natura pingi non poteſt. §. 11. Neminem profecto latet, impium atque ſacrilegum errorem fore, divinæque naturæ injurioſum, ſi quis ſe putaret Deum Optimum Maximum, ſicuti in ſe eſt, coloribus exprimere poſſe. Quum enim illius Imago depingi, atque oculis ſubjici nequeat, niſi tanquam materialis alicujus ſubſtantiæ, corporea figura & partibus præditæ; ſi quis has qualitates Divinæ Naturæ tribueret, is profecto in Anthropomorphitarum errorem incideret.

Imagines Dei juxta apparitiones in Scriptura relatas licitæ ſunt. §. 12. Repræſentatur tamen Deus eo modo, eaque forma, quibus in Scripturis Sanctis legimus ipſum mortalibus apparere dignatum eſſe. Licet enim id ab Heterodoxis Scriptoribus improbe reprehendatur, inter quos Simonem Epiſcopum vidimus *ſuarum Inſtitutionum Theologicarum lib.* 4. *ſect.* 2. *cap.* 10. aſſerentem non licere Deum pingere, ne ſub ea quidem forma, qua ſe hominibus videndum exhibuit; ex noſtris vero etiam, Durandus opinatus fuerit hujuſmodi Imaginum uſum minime expedire; & Joannes Heſſelius, Catholicus itidem Scriptor, *Catechiſmi ſui lib.* 1. *cap.* 65., huic opinioni favere videatur, dum ait innocuas quidem fore hujuſmodi picturas, ſi ea doctis tantummodo Viris conſpici deberent; ſed quum ſapientium & inſipientium oculis expoſitæ eſſe debeant, facile evenire poſſe, ut indoctis per eas male de Deo credendi occaſio præbeatur.

Auctoritates Theologorum. §. 13. Nihilominus communiter Catholici Theologi aliter docent. Petavius *Theologicorum Dogmatum lib.* 15. *De Incarnatione cap.* 14. *ut videre eſt ipſius Operum Tomo VI.*, licitum eſſe demonſtrat, Deum ſub ea forma depingere, qua ipſum accepimus ſemetipſum conſpiciendum præbuiſſe: *Communi Catholicorum aſſenſu inveteravit opinio, nimirum ut eatenus figurari Deus poſſit, qua ſub externa aliqua ſpecie aſpectabilem ſe præbuit hominibus.* Molanus doctus auctor, *Hiſtoriæ ſacrarum Imaginum lib.* 2. *cap.* 3. hanc ipſam ſententiam confirmat: Eandemque quæſtionem duo alii clari nominis Theologi egregie illuſtrarunt, nimirum Suarez *in* 3. *part. D Thomæ tom. I. qu.* 25. *art.* 3. *diſp.* 54. *ſect.* 2. *pag.* 793. & Valentia *tom.* IV. *ſuorum Operum pag.* 284. Quibus addendi ſunt duo S. R. E. Cardinales, Bellarminus, & Gotti, a Nobis alias citati in Opere Noſtro *De Canonizatione Sanctorum lib.* IV. *part.* 2. *cap.* 20. *num.* 2.

Concilii Tridentini & Sedis Apoſt. decreta. §. 14. Imagines Deum ita repræſentantes minime reprobat ſacra Tridentina Synodus *ſeſſ.* 25. *De Invocatione, veneratione, & Reliquiis Sanctorum, & ſacris Imaginibus*, ſed Epiſcopis mandat, ut Populos edoceant, per hujuſmodi Picturas erudiri & confirmari Gregem Chriſti *in articulis Fidei commemorandis & aſſidue recolendis.* Si quis vero privatus hujuſmodi Imaginum uſum opinione ſua reprobare auſus eſt, Eccleſiaſtico judicio damnatus fuit, ut indicat Propoſitio XV. inter damnatas a fel. rec. Prædeceſſore Noſtro Alexandro Papa VII. die 7. Decembris 1690. quæ ſic habet: *Dei Patris ſedentis ſimulacrum nefas eſt Chriſtiano in Templo collocare.*

Ratio. §. 15. Et profecto quum in Sacris Literis legatur, Deum ipſum ſub hac, aut illa forma hominibus ſe videndum exhibuiſſe, cur ſub eadem forma eundem pingere non lice-

licebit? *Si ergo literæ legentibus permittuntur; cum tamen sacræ Litteræ in maxima veneratione habeantur, cur non etiam Imagines permittentur?* Verba sunt Alphonsi de Castro *lib.* 8. *adversus Hæreses*; quo etiam argumento strenue usus est Cardinalis de Richelieù in suo Tractatu, *De faciliori ratione reducendi eos, qui se ab Ecclesia segregarunt lib.* 3. *pag.* 439.

§. 16. His positis principiis minime dubiis, facile patebit, qua ratione Imago Spiritus Sancti a Pictoribus efformari debeat, & quænam ipsius Imagines approbari debeant, aut reprobari. In Sanctis Evangelis a BB. Matthæo, Marco, & Luca conscriptis, ubi Baptismus enarratur, quem Dominus Noster Jesus Christus a Joanne accipere voluit, legitur, apertum fuisse Cœlum, & Spiritum Sanctum corporali specie, sicut Columbam, super eum descendisse. Quod cur factum fuerit, mirifice explicat Dionysius Alexandrinus in Epistola adversus Paulum Samosatenum; quæ extat in Collectione Conciliorum Labbei *tom.* 1. *p.* 867. ita: *Cur vero in specie Columbæ Spiritus Sanctus descendit? scilicet ut nos doceret, qui misit illum, quique eum, quem misit, accepit. Sicut enim Noe dimisit ex Arca Columbam, & ipse illam recepit; ad eam similitudinem intelligendum Nobis est, ipsius Christi esse Spiritum Sanctum coæternum, & quod erat ipsius, hoc dedisse Nobis; dividens, & effundens super omnem carnem credentium, quia Deus est & Dominus, qui divisit Nobis suum Sanguinem & Spiritum.* *Spiritus Sanctus licite pingitur sub specie Columbæ.*

§. 17. Non hic opus est in eam controversiam ingredi, quæ inter eruditos Criticos agitur, super illius Columbæ natura. De hac olim egimus in Nostro Tractatu *De Festis Domini Nostri Jesu Christi, Editionis Patavinæ* §. LIV. qua editione absoluta, recentiorem quamdam super hoc argumento vidimus Dissertationem inter *Discursus Historico-Criticos ad illustrationem veteris & novi Testamenti* Typis editos *Hagæ Comitum an.* 1737. *pag.* 148. *De natura Columbæ in Jordane visæ remissive?*

§. 18. Quod autem ad præsentem quæstionem attinet, quum Spiritus Sanctus in Columbæ specie olim visibiliter apparuerit; profecto illius Imago sub eadem specie depingi debet. Qua in re vetus Ecclesiæ disciplina nostrorum temporum consuetudini adstipulatur. De ea siquidem testatur S. Paulinus Episcopus Nolanus, qui, sæculo Christi quinto ineunte, in epistola ad Severum, describens Picturas in Basilica S. Petri jam tunc existentes ita cecinit. *Antiquus Ecclesiæ mos pingendi Spiritum Sanctum in Specie Columbæ.*

Pleno coruscat Trinitas Mysterio:
Stat Christus Agno, vox Patris Cœlo tonat.
Et per Columbam Spiritus Sanctus fluit.

§. 19. Pariter Christi anno DXVIII. Antiocheni Clerici & Monachi, in precibus Joannis Patriarchæ, & Synodo adversus Severum congregatæ exhibitis, hæc habent, apud Labbeum *Conciliorum tomo* 5. *pag.* 159. *Columbas aureas & argenteas in figuram Spiritus Sancti super Divina Lavacra & Altaria appensas, una cum aliis, sibi appropriavit; dicens, non oportere in specie Columbæ Spiritum Sanctum nominare:* Damnatus etiam fuit in Concilio Niceno Secundo habito anno Domini DCCLXXXVII. Xenaias Catechumenus, quum ausus esset asserere, non licere Spiritum Sanctum sub Columbæ forma repræsentare: *Inter cætera autem dicebat, & hoc esse puerilis animi factum, fingere in Columbæ Idolo ter adorabilem Spiritum Sanctum*: ut videre est in Collectione Conciliorum, Regia nuncupata, Parisiis impressa anno 1644. *tomo* 18. *pag.* 458., & apud Cardinalem Baronium ad annum Christi 485. *In Conciliis assertus.*

§. 20. In Opere quoque Italica lingua scripto Philippi Bonarotæ Senatoris Florentini, quod inscripsit, *Observationes in antiqua vitrea vasa*, ex Urbis Cœmeteriis effossa, *pag.* 125. plures asseruntur Imagines Spiritus-Sancti, sub Columbæ specie in nobilibus illis sacræ antiquitatis fragmentis expressæ. Cum vero recentiores sectarii, Calvinus, Lutherus, Zuinglius, mox relatum Severi errorem renovare contenderint, neminem latet, quid de illorum deliriis Ecclesia judicaverit; quorum ampla refutatio videri potest apud Gretserum in Tractatu *De Sacris Imaginibus cap.* 9. impresso *in tomo* 17. novissimæ Editionis ipsius Operum. *Et ex antiquis monumentis comprobamus.*

§. 21. Legitur insuper in sacris Novi Testamenti paginis, quod quum post Christi in Cœlum Ascensionem congregati essent Apostoli & Discipuli, una cum Maria Matre Jesu, solemni die Pentecostes *apparuerunt illis dispertitæ linguæ, tanquam ignis, sedit-* *In figura Linguarum Ignis super Apostolos descendentium.*

feditque fupra fingulos eorum; & repleti funt omnes Spiritu Sancto. De quo Myfterio fufe egimus in prædicto Opere Noftro *De feftis Domini Noftri Jefu Chrifti* §. 480. *& fequentibus*, Editionis Patavinæ, ubi *fub §*. 492. docuimus, licere Pictoribus, ad repræfentandum id, quod in folemniis Pentecoftes ab Ecclefia recolitur, Apoftolos pingere, aliofque cum iis in Cœnaculo congregatos, & flammulas ignis in linguarum e Cœlo demiffas, eorum omnium capitibus implucntes; quoniam in facra Apoftolicorum Actuum Hiftoria *cap*. 2. refertur, Paraclitum Spiritum Sanctum hoc vifibili figno adventum fuum ea occafione hominibus manifeftaffe. Verum fi quis extra hanc occafionem eundem Spiritum Sanctum pingere velit, non aliter ipfum, quam fub Columbæ forma poterit repræfentare; ut etiam recte monuit eruditus auctor Ayala in Tractatu, cui Titulus eft *Pictor Chriftianus*, ubi *lib*. 2. *cap*. 3. *num*. 7. fcribit: *Cum vero Spiritus Sanctus depingendus venit, non alia fpecie pingendus eft, nifi illa, qua in Jordane nimirum apparuit, quamque docet Divinus Textus his verbis: Et defcendit Spiritus Sanctus corporali fpecie ficut Columba in ipfum*. In Catechifmo autem auctoritate facri Concilii Tridentini edito, fuper eo Decalogi Præcepto: *Non habebis Deos alienos coram me*: ubi agitur de pingendis Divinis Perfonis, hæc habentur: *Columbæ vero fpecies, & linguæ tamquam ignis, in Evangelio, & Actis Apoftolorum, quas Spiritus Sancti proprietates fignificent, multo notius eft, quam ut oporteat pluribus verbis explicari*.

Idque dumtaxat in repræfentatione Pentecoftes.

Imago Divinæ Perfonæ præter formam ab ipfa affumptam affingi nequit.

§. 22. Quod fi dicatur, minime reprobari, immo libenter admitti ufum pingendi Spiritum Sanctum in Columbæ fpecie; verum id agi, ut præterea poffit fub fpeciofi Juvenis, aut Viri forma repræfentari; Nos contra jure refponderi poffe contendimus, quod quum aliter non liceat Divinæ Perfonæ Imaginem humanis oculis intuendam exhibere, quam fub ea forma, fub qua in Scripturis Sanctis narratur eandem Perfonam fe olim hominibus afpectabilem præbuiffe; fequitur inde, non modo licitum effe Spiritum Sanctum, vel die Pentecoftes in myftica figura linguarum ignis fuper Apoftolos defcendentium, vel alias in Columbæ fpecie, depingere; propterea quod uterque ejufdem pingendi modus in Divini Textus hiftoria & auctoritate fundantur; fed hoc infuper recte colligitur, minime licere, eundem Spiritum Sanctum fub Adolefcentis, aut Viri fpecie figurare; quum nullibi inveniatur in Divinis Scripturis ipfum fub hujufmodi forma hominibus apparuiffe.

Imagines erroris occafionem præbentes, & infolitæ, a Conc. Trid. vetantur. Error, qui ex prædicta Imagine erui poffet.

§. 23. Huic autem rationi addenda eft auctoritas facrofanctæ Tridentinæ Synodi, quæ *loco fuperius citato*, prohibet, Fidelium oculis exhiberi *ullas falfi dogmatis Imagines, aut rudibus periculofi erroris occafionem præbentes*; & generaliter, ullam infolitam poni, aut ponendam curari Imaginem, tam in Ecclefiis, quam in aliis quibufcumque locis, directe vetat. Imago autem, de qua agimus, præterquamquod infolita eft, impium etiam, atque damnatum a Patribus errorem in animos intuentium revocare poffet; eorum videlicet, qui afferuerunt, Divinam Spiritus Sancti Perfonarum humanæ conditionis naturam affumpfiffe, de quibus loquitur Sanctus Cyrillus Hierofolymitanus *Catechefi* XVI. *tomo* 4. *Bibliothecæ Maximæ SS. Patrum Lugduni impreffæ anno* 1677. *pag*. 523. & S. Ifidorus Pelufiota *Lib*. 1. *Epift*. 243. ejufdem Bibliothecæ *Tomo* VII., præter Auctorem Notarum ad Concilium Conftantinopolitanum I. in *Collectione Conciliorum Labbei tom*. 2. *pag*. 976.

Objicitur Imaginis exemplum SS. Trinitatis fub figura trium hominum æqualium & fimilium.

§. 24. Equidem ex Epiftola Fraternitatis Tuæ fatis intelleximus, hujufce argumenti vim ab iis quoque agnitam fuiffe, qui de præfenti quæftione apud te verba fecerunt; qui tamen eam fe declinare poffe putarunt, adductis exemplis quarumdam Imaginum Sanctiffimæ Trinitatis, quibus ea fub figura trium hominum æqualis, & undequaque fimilis afpectus repræfentatur. Id quod alterius difquifitionis occafionem Nobis aperit; ut fcilicet examinemus, an liceat Sanctiffimam Trinitatem coloribus pingere; &, quatenus id licitum fit, quænam illius Imagines damnatæ fint; quænam haud omnino approbatæ, & permiffæ; denique an ex hujufmodi Picturis ullum argumentum trahi poffit, ut Imago Spiritus Sancti, de qua nunc agimus, vitio carere oftendatur.

Licitum eft pingere SS. Trinitatem.

§. 25. Porro licere Sanctiffimam Trinitatem coloribus pingere, communis eft Theologorum opinio quam copiofe propugnant Valdenfis, Molanus, Catharinus, Conradus Brunus, Nicolaus Sanderus, Francifcus Turrianus, Suarefius, Vafquez; quos fequitur

Theophilus Raynaudus in Libro cui titulus *Heteroclita Spiritualia Cœlestium, & Infernorum pag.* 23. inter ipsius Opera *Tomo* 15., inscribens: *Ex usu Ecclesiæ, & ex consensu potiorum Theologorum, fas est pingere Sanctissimam Trinitatem*, ubi etiam Durandum impugnat inter Scriptores Catholicos contra opinantem. Thuanus quidem *Lib.* 18. refert Decretum quoddam, cujus Auctorem Espencæum fuisse asserit: *Ut Sanctæ Trinitatis Effigies, tamquam Sac. Scripturæ, Conciliis, & Veterum Patrum testimoniis prohibita, tollatur*; ac reprehendit Decanum Collegii Theologici Parisiensis, Nicolaum Malardum, eo quod hujusmodi Decreto obstitisset. Verum in hac re Thuani dicta refellit Gretserus *in Thuano Pseudotheologo pag.* 57. *tom.* 17. novissimæ editionis Ratisponensis Operum ejusdem Gretseri, Christianus Lupus Vir non vulgaris eruditionis *in Notis ad Canones septimæ Synodi cap.* 5., admittens piam consuetudinem pingendi Sanctissimam Trinitatem, quærit quo tempore eadem introducta fuerit, seque id reperire non potuisse ingenue fatetur; quod idem Nos quoque, pari sinceritate, professi sumus *Lib.* 4. *de Canoniz. Sanctor. p.* 2. *cap.* 20. *num.* 3.

§. 26. Illud tamen a Theologis Nostris communiter traditur, minime permittendum esse Pictoribus, ut Sanctissimam Trinitatem quilibet forma pro ipsorum libito repræsentare audeant: quin adversus eorum licentiam invehuntur Vasquez *Tom.* 1. *pag.* 676., & Cardinalis Bellarminus *Controversiarum tom.* 2. *cap.* 8. *de Imaginibus Sanctorum*; qui sic ait: *Notandum non debere ejusmodi Imagines multiplicari, nec tolerandum esse, quod Pictores audeant ex capite suo confingere Imagines Trinitatis; ut cum pingunt unum hominem cum tribus faciebus, vel unum hominem cum duobus capitibus, & in medio eorum Columbam: ista enim monstra quædam videntur, & magis offendunt deformitate sua, quam juvent similitudine*; eademque docet Sylvius *Tom.* 4. *in tertiam partem Divi Thomæ q.* 25. *art.* 3, *q.* 2. *pag.* 111. *editionis Antverpiæ anni* 1714. Non tamen sub qualibet forma.

§. 27. Inter reprobatas Imagines Sanctissimæ Trinitatis ea procul dubio recensenda est, quam pluribus insectatur Joannes Gerson *Tomo* 3. *ipsius Operum Antuerpiæ editarum anno* 1706., quamque narrat se vidisse in quadam Domo Regularium; ubi nimirum repræsentabatur Deipara Virgo Trinitatem ipsam in utero gerens, quasi vero tota Trinitas humanam carnem ex Virgine assumpsisset. Addit vero Molanus *Historiæ Sacrarum Imaginum lib.* 2. *cap.* 4. se numquam satis intellexisse id, quod apud Gersonem legerat, donec hujuscemodi Sanctæ Trinitatis Imagines in Belgio pluribus locis expositas conspexerit; quas quidem se quoque damnare & reprobare profitetur. Non in utero Beatissimæ Virginis.

§. 28. Humani corporis figuram tribus capitibus instructam, tamquam Imaginem Sanctissimæ Trinitatis repræsentandæ aptam, tueri quodammodo conatur Valentia *Tom. II. ipsius Operum pag.* 389. Verum super hujusmodi Imaginibus solemne Judicium fel. record. Urbani Papæ VIII. Prædecessoris Nostri prodiisse referunt, Macri in *Vocabulario Ecclesiastico*, verbo, *Icona*, & Episcopus Sarnellus *Epistolarum Ecclesiasticarum Tom. IV. Epist.* 13. qui testantur prædictum Urbanum comburi jussisse Picturas quasdam, Sanctissimam Trinitatem exhibentes sub specie hominis triplici facie instructi: idque factum fuisse *die* 11. *Augusti anno* 1628. Sed & longe ante ipsius Urbani, & Bellarmini supra laudati tempora, S. Antoninus *in Summa Theologica part.* 3. *tit.* 8. *cap.* 4. §. 11. ita scriptum reliquit: *Reprehensibiles etiam sunt*, Pictores videlicet, *cum pingunt ea, quæ sunt contra Fidem, cum faciunt Trinitatis Imaginem unam Personam cum tribus Capitibus, quod monstrum est in rerum natura.* Non sub figura hominis tricipitis.

§. 29. Sequitur ut videamus quid sentiendum sit de Imagine Sanctissimam Trinitatem exhibente in Tribus Personis, statura, ætate, omnibusque aliis lineamentis omnino æqualibus. Tomas Valdensis suorum *Operum Tomo III. Tit.* 29. *de Sacramentalibus cap.* 131. hujusmodi Picturam approbare non dubitat. Nec dissentit Molanus *Historiæ Sacrarum Imaginum lib.* 2. *cap.* 3. Verum Ayala in aliam abire videtur sententiam, in præcitato Opere *Pictor Christianus lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 8. de ea Imagine sic loquens: *Aliam alicubi conspeximus pingendæ Sanctissimæ Trinitatis rationem, hanc scilicet. Depingebantur in tabula tres Viri perquam similibus faciebus, æquali prorsus statura, & æqualibus atque omnino similibus coloribus, vestibus, ac lineamentis. Non quidem hoc tam absurde; sed tamen non omnino recte: etsi enim hac ratione servetur repræsentatio qualitatis & coæternitatis Divinarum Personarum*, An sub figura trium hominum æqualium & similium, disputatur.

deficit tamen Character, & actio, ut ita loquamur, Divinæ Personæ; præterquam quod in his rebus, quæ sunt dignitate sua gravissimæ, vitanda & fugienda est omnis & quæcumque novitas.

Argumentum pro affirmativa ex tribus Angelis Abrahamo visis.

§. 30. Ut autem variarum hujusmodi opinionum fundamenta paullo accuratius exploremus, innititur sententia Valdensis apparitioni Abrahamo factæ, quæ *Genesis cap.* 18. refertur his verbis: *Apparuit ei Dominus in Convalle Mambre sedenti in ostio Tabernaculi sui, in ipso fervore diei*; statimque subjicitur: *Cumque elevasset oculos, apparuerunt ei tres Viri stantes prope eum, quos cum vidisset, cucurrit in occursum eorum de ostio Tabernaculi, & adoravit in terram*. Post quæ animadvertere licet, quod Abraham unum tantummodo alloquitur. *Et dixit, Domine, si inveni gratiam in oculis tuis, ne transeas servum tuum*; atque vicissim unus dumtaxat Abrahamo respondet. *Dixit autem Dominus ad Abraham, &c.* In hac itaque apparitione S. Augustinus *lib.* 11. *de Trinitate cap.* 20. *tomo* 8. *pag.* 784. *Editionis Monachorum Congregationis Sancti Mauri*, agnoscit Sanctissimæ Trinitatis Imaginem, ita scribens: *Cum vero tres Viri sunt, nec quisquam in eis vel forma, vel ætate, vel potestate major cæteris dictus est, cur non hic accipiamus visibiliter insinuatam per creaturam visibilem Trinitatis æqualitatem, atque in tribus Personis unam eandemque substantiam?* Augustini opinionem amplexi sunt Rupertus *Lib. V. Commentariorum in Genesim cap.* 37., Suarez *de Angelis lib.* 9. *cap.* 20. *n.* 10. & *sequentibus*. Cornelius a Lapide, & Du Hamel in idem *Caput* XVIII. *Geneseos*, aliique.

Et ex interpretatione S. Augustini, aliorumque.

Hebræorum opinio diversa.

§. 31. Sunt tamen, a quibus eadem S. Doctoris interpretatio non recipitur. Prætermissa siquidem Hebræorum opinione, qui putant, tres illos Abrahamo visos, non alios fuisse, quam Angelos Michaelem, Gabrielem, & Raphaelem, quorum primus, Dei partes gerens, venerit, ut inquirat in scelera Sodomæ, & justum in meritam Civitatem supplicium statueret; at reliqui duo, jussu prioris, Civitatem ipsam everterint, Lot vero liberaverint, uti narratur *sequenti Capite ejusdem Libri Geneseos* XIX. quam Hebræorum opinionem referentes Tostatus, atque Tirinus, in eandem propendere se ostendunt; ut videre est in ipsorum Commentariis in præmissum Genesis *Cap.* XVIII. Sane non pauci ex Sanctis Patribus existimarunt, duos ex tribus, qui tunc Abrahamo apparuerunt, Angelos extitisse, tertium vero fuisse Filium Dei, Secundam nimirum Sanctæ Trinitatis Personam: atque hanc sententiam frequenti expositorum calculo comprobatam, ab ipsa Ecclesia adoptatam fuisse putat Augustinus Calmet; idque deducit ex iis verbis, quæ licet non habeantur in Sacro Textu, in Divinis tamen Officiis leguntur, videlicet: *Tres vidit, & unum adoravit*: Videatur ipse Calmet in præcitatum *Genesis caput* XVIII. necnon *Discursus* XVII. *in idem Caput* XVIII. *Genesis*, inter *Discursus Historico-Criticos Theologico Morales in Vetus, & Novum Testamentum*, Antverpiæ editos *anno* 1736. *Tom.* II.

Aliis SS. Patrum interpretatio.

Imagines SS Trinitatis tuto permittendæ.

§. 32. Imagines itaque Sanctissimæ Trinitatis communiter approbatæ, & tuto permittendæ, illæ sunt, quæ vel Personam Dei Patris exhibent in forma Viri senis, desumpta ex *Dan. cap.* 7. *vers.* 9. *Antiquus dierum sedit*, in ejus autem sinu Unigenitum ipsius Filium, Christum videlicet Deum & Hominem; & inter utrosque Paraclitum Spiritum Sanctum in specie Columbæ, vel duas Personas modico intervallo sejunctas repræsentant, unam Senioris Viri, nimirum Patris, alteram Christi, medium autem inter ipsos Spiritum Sanctum, in Columba, ut præfertur, expressum: *Imagines ergo Trinitatis, quæ ab Ecclesia probantur, sunt illæ, quæ Deum Patrem continent in forma Hominis Senis, in cujus sinu sit Christus, & inter utrumque Spiritus Sanctus in forma Columbæ; vel Imagines, in quibus seorsim Deus Pater in forma Hominis Senis, & seorsim Christus, sed propinqui ambo, & inter utrumque Spiritus Sanctus in forma Columbæ efformentur*. Verba sunt Cardinalis Capisucchi, qui plures annos munere Magistri Sacri Palatii Apostolici laudabiliter functus fuit; *in Controversiis Theologicis*, *Controv.* XXVI. *de Cultu Sacrarum Imaginum §.* 11. *circa finem*. Similia peti possunt ex prædicto Opere Nostro *de Canonizatione Sanctorum lib.* 4. *part.* 2. *cap.* 20 *num.* 3. Et quamvis Molanus loquens de hac ratione repræsentandi Sanctissimam Trinitatem, ac præsertim ubi Christus in sinu Patris, veluti mortuus, depingitur, dubitare videatur, an approbari possit, propterea quod Christum mortuum nemini apparuisse legitur; attamen facile dignoscitur quam levis mo-

De Imagine Christi mortui.

men-

menti sit hujusmodi difficultas. Licet enim Salvatoris nostri mortui nullam apparitionem factam fuisse legamus; mortuus est tamen, & palam in conspectu innumerabilis Populi expiravit. Cur igitur ea forma, qua olim Hierosolymis a tot millibus hominum visus est, depingi nequit etiam in sinu Patris? aut cur sub eadem specie exponi nequit publicæ adorationi Fidelium? Quocirca facile Molani dubium resolvitur, ut observat etiam laudatus Ayala, supradicto Libro, cui Titulus *Pictor Christianus lib. 2. cap. 3. num. 12.*

§. 33. His itaque præmissis, quoniam potissimum fundamentum pro sustinenda Imagine Spiritus Sancti sub humana Juvenis specie, in usu prædictarum Tabularum statuitur, quæ Sanctissimam Trinitatem exhibent in tribus Personis, statura, vultu, & lineamentis æqualibus; harum vero Tabularum legitimus usus desumitur ex trium Virorum apparitione Abrahamo facta, de qua *Genesis cap.* 18. juvat nunc ita ratiocinari. Aut usus pingendi Sanctissimam Trinitatem in tribus Personis undequaque similibus, canonicus est, & in Ecclesia pacifice receptus; sicuti etiam sententia de indicato Trinitatis mysterio in tribus Viris, qui Abrahamo apparuerunt, satis tuta est, & solidis rationibus innixa; aut usus hujusmodi Tabularum, ut nonnulli putant, canonicus non est, nec ab Ecclesia probatus; & relatæ pariter opinionis fundamenta nutant, ut aliqui superius citati arbitrantur. Si nec canonicus est usus memoratæ Imaginis, nec opinio de figurato in prædicta apparitione Trinitatis mysterio tuta est, nec solidis rationum momentis suffulta; nequaquam permitti potest, ut super debilibus hisce infirmisque fundamentis tamquam certum stabiliatur, quod licitum sit sub Viri aut Juvenis specie Spiritus Sancti Imaginem exhibere.

Effigies trium hominum similium si approbata non est, frustra allegatur.

§. 34. Quod si usus pingendi Sanctissimam Trinitatem in tribus personis æqualibus & similibus, canonicus esset, legitimus, & ab Ecclesia probatus; atque etiam tutissima foret præfata opinio, quod apparitio trium Angelorum Abrahamo facta mysterium adorandæ Trinitatis significaverit; nihil aliud ex his inferri posset, nisi prædictum Trinitatis repræsentandæ modum, hoc est pingendi tres Viros æquali specie, & simili vultu, licitum esse & tolerandum; numquam vero ex iisdem rite colligeretur, licere Spiritum Sanctum, seorsim a duabus aliis Personis, humana facie, & sub speciosi Juvenis forma depictum exhibere. Nec enim apparitio Abrahamo facta unius Angeli fuit, sed trium; nec ullibi in Sacris Literis narratur, Spiritum Sanctum in forma Viri, aut juvenis, seorsim a duobus aliis, qui reliquas duas Trinitatis Personas repræsentarent, hominibus apparuisse. Singulas vero Sanctissimæ Triadis Personas non alio modo pingi posse, quam quo earum quælibet hominum se aspectibus exhibuerit, jam supra a Nobis probatum est; Idemque in Catechismo Romano, *loco superius cit.* his verbis traditur: *Nemo tamen propterea contra Religionem, Deique legem quicquam committi putet, cum SS. Trinitatis aliqua Persona quibusdam signis exprimitur, quæ tam in Veteri, quam in Novo Testamento apparuerunt.*

Et etiamsi toleranda sit, non servet picturæ, de qua hic agitur.

§. 35. Denique Imago Spiritus Sancti, de qua est quæstio, insolita est, & inusitata in Ecclesia; & consequenter nullo modo recipienda, juxta mentem Sacræ Tridentinæ Synodi supra relatæ, & Conciliorum Provincialium post Tridentinum coactorum, quorum Decreta collegit Thers in suo Tractatu *de Superstitione to.* 1. *lib.* 2. *c.* 1. *pag.* 214.

Quæ etiam tamquam insolita, reiicienda est.

§. 36. Pingitur Imago Sanctissimæ Trinitatis, Patris, Filii, & Spiritus Sancti, repræsentando vel Patrem juxta Filium, vel Filium in sinu Patris; simulque cum iis, Spiritum Sanctum in Columbæ forma, ut antea diximus. Pingitur & Pater solus, seorsim ab aliis Personis, quoniam vocem Domini Dei deambulantis in Paradiso audivit Adam, *Genesis cap.* III. innixus mysticæ scalæ, visus est Jacob, *Genesi* XXVIII. 13. Moysi quoque miro modo conspiciendum se præbuit, *Exod.* XXXIII. 23. tum etiam Isaiæ, tamquam Rex in Solio sedens *Isaiæ* VI. 1. & Danieli, veluti senex albo vestimento amictus, *Dan.* VII. 9. Pingitur etiam æternus Filius seorsim a Patre & Spiritu Sancto, quoniam is homo factus, in diebus carnis suæ cum hominibus conversatus, atque etiam postquam a mortuis resurrexit, non semel Apostolis aliisque manifestus apparuit. Repræsentatur idem Cruci, quam pro Nobis pertulit, affixus: Quam quidem Crucifixi Effigiem nec impius Lutherus e medio tolli posse putavit; & Elisabetha Angliæ Regina nuncupata, Henrici VIII. & Annæ Bolenæ Filia, licet Sacr. Imaginibus bellum indixerit, eam tamen in Regio suo Oratorio retinere voluit; ut vide-

De ratione pingendi SS. Trinitatem. Tum Personam æternam Patris. Item Filii.

videre est apud Bossuetum Meldensium quondam Episcopum *tom. 1. ipsius Operum Gallico Auctoris Idiomate Venetiis editarum anno* 1738. *pag.* 237. *&* *pag.* 460. Pingi quoque consuevit in forma Agni; atque huic Imagini fundamentum præbet Prophetia *Isaiæ*, Testimonium Baptistæ, Evangelistarum dicta, Apocalypsis Johannis Apostoli, & Epistola prima B. Petri: quapropter eandem Salvatoris Nostri Imaginem approbat Hadrianus Pontifex in Epistola ad Tharasium conscripta, quæ lecta est in Synodo septima, *Actione II.* & vetustissima occurrunt hujusmodi picturarum exempla in Sacris Cœmeteriis, & in Basilicis hujus Nostræ Romanæ Urbis expressa. Pingitur denique Spiritus Sanctus, vel tamquam de Cœlo descendere die Pentecostes in figura linguarum ignis, vel alias in Columbæ specie, seorsim pariter ab aliis Divinis Personis; quia sub his figuris factæ sunt ejusdem apparitiones, quarum Scriptura meminit; Nusquam vero invenire est in Sacris Literis, Tertiam Personam absque aliarum consortio, in similitudinem Viri, aut Juvenis apparuisse. Quapropter argumenti superius expositi vis immota manet; nimirum quod etiamsi per tres Angelos Abrahamo visos Divina Trinitas repræsentata fuerit, non ideo tamen Spiritus Sanctus seorsim a duabus aliis Personis, humana specie, seu Viri, seu Juvenis depingi potest.

Et Spiritus Sancti.

Suadetur Episcopo constantia in proposito, cum exhibitione Pontificiæ auctoritatis &c.

§. 37. Atque hæc privatis Nostris studiis colligere, & paucis illis subsecivis horis, quæ Nobis ab ingruentibus undique negotiis publicis vix supersunt, ut peculiarem Bibliothecam nostram ingredi possimus, præsentibus ad Fraternitatem tuam Literis complecti voluimus; ut initam abs te rationem prohibendi prædictas Imagines Spiritus Sancti, earumque usum & cursum intercipiendi, comprobaremus. Neque porro dubitamus, quin, pro magna laudis existimatione, quam Tibi peperit egregia tua Apostolici muneris administratio, & pro ea rationum gravitate, cui innititur hujusmodi Imaginum prohibitio, debita mandatis tuis obedientia ab omnibus exhibeatur. Verum ubi, instigante humani generis hoste, contrarium eveniret, tuum erit de omnibus Nos certiores facere; Nos etenim ministerii Nostri partes esse reputabimus, Apostolicam, qua Deo volente fungimur, auctoritatem interponere, ut & refractarii meritis pœnis afficiantur, & pravæ consuetudines adversus Ecclesiæ instituta ac disciplinam invectæ, penitus eliminentur.

De aliis superstitionibus divulgatis.

§. 38. Prætermittenda autem non sunt alia quædam, quæ in eadem Epistola tua legimus: spargi nimirum, ac dispensari complures præfatæ Sororis Crescentiæ effigies; necnon coronas precatorias, earumque grana, Cruces, Scapularia, Oleum, Pulverem, Aquam, Manus denique, vel pictas, vel ex ligno effictas, cum pollice inter indicem & medium inserto; existimantibus plerisque de vulgo, prædictas Cruces, & Coronas a Deo benedictas, & Indulgentiis ditatas fuisse; earum vero Manuum simulacra ad fugandos Dæmones plurimum valere; cum aliis hujusmodi nugis, quæ ab iis disseminantur, qui venditandis hujus generis superstitionibus temporalia sibi lucra comparare student.

Prudentia Episcopi commendatur.

§. 39. Et quidem ex eadem Epistola tua optime agnoscimus, Tibi satis consilii, & prudentiæ in temetipso esse, ad rectum de hujusmodi rebus judicium ferendum; nec aliud Nobis reliquum esse videtur, quam ut Fraternitatem tuam hortemur, ut quam ingressus es viam, insistere pergas; inepta nimirum, quæ diximus, deliria non approbando, sed fidem auctoritatemque omnem iis derogando.

De Indulgentiis falso jactatis, judicium S. Sedis.

§. 40. Ut tamen circa similia Apostolicæ hujus Sedis sensum atque judicium agnoscas, consilio judicioque tuo per omnia consentaneum; notum Tibi esse volumus, fuisse olim piam Dei Ancillam, nomine Joannam a Cruce, magna Sanctitatis fama illustrem, cujus vita conscripta est ab Antonio Daca. Ferebatur in vulgus, quædam Coronarum precatoriarum grana, ipsius intercessione a Jesu Christo benedicta fuisse, pluribusque aucta Indulgentiis. Verum hujusmodi Indulgentiæ ab hac Sancta Sede apocryphæ declaratæ fuerunt, quemadmodum videre est apud præcitatum Thiers *de Superstitione tom. 2. cap. 12.*, qui etiam refert Decretum de iis prolatum anno 1678. a Congregatione S. R. E. Cardinalium Sacris Indulgentiis præposita, eodem *tom. 2. cap. 12. pag. 17. & sequentibus*; & signanter *pag. 25.* Cumque introducta esset Causa de illius Ancillæ Dei Beatificatione, & ob ejusdem præclara merita, eo usque feliciter processisset, ut jam ab Auditoribus Rotæ confecta esset ipsius Relatio, juxta morem ea ætate vigentem, quum deinde eadem Causa post Decreta Urbani Pa-

pæ

pæ VIII. reassumenda esset, cito consepulta remansit, propter excitatas objectiones ex præfatis granis benedictis, & prætensis Indulgentiis eisdem adnexis desumptas, ut ostendit Pontificium Decretum anno 1664. editum, & a Nobis relatum in *Opere de Canonizazione Sanctorum lib. 2. cap. 36. num. 18. Editionis Patavinæ*; præter ea, quæ in Regestis Congregationis Sacrorum Rituum adnotata reperiuntur, quæque eo loci in medium afferre opportunum non duximus.

§. 41. In eodem tamen Opere *lib. 2. cap. 8. n. 3.* videre poteris Decretum Prædecessoris Nostri Urbani Papæ V., prohibens distribui numismata in eorum honorem conflata, quibus aut Beati, aut Sancti cultus ab Apostolica Sede tributus antea non fuerit. Item de Imaginibus eorum, quorum cultus non est approbatus.

§. 42. Demum quod attinet ad expulsionem Dæmonum a corporibus obsessis, inter plura remedia in eum finem ab Ecclesia recepta, quorum copiosam seriem exhibent diligens Scriptor Martinus del Rio *Disquisitionum Magicarum cap. 2. sect. 3. quæst. 3.* locum profecto non habet incompositus ille, & parum verecundus gestus, in præfatis manuum figuris expressus. Porro an Dæmones naturalium rerum virtute a corporibus obsessis expelli queant, Nos etiam disputavimus in sæpecitato Opere *de Canonizatione Sanctorum lib. 4. part. 1. cap. 29. n. 7.* partemque negantem amplexi sumus, cum majori Theologorum numero; quorum auctoritates ibi retulimus, quibusque addi potest Theophilus Rainaudus in Libro inscripto *Theologia naturalis, Tom V. ipsius Operum pag. 55.* quem Librum videre Nobis contigit, dum hanc ipsam Epistolam dictaremus. Naturalia remedia ad fugandos Dæmones inutilia.

§. 43. In exorcizandis energumenis, illud potissimum interest, ut ante omnia dignoscatur, an revera obsessus sit a Dæmone is, qui talis esse affirmatur; ubi vero ita esse constiterit, eligatur ab Ordinario Sacerdos perspectæ pietatis, vitæ integritatis, atque prudentiæ; hic autem ad expellendum Dæmonem, non quidem picta, vel lignea Manu, aliisve ineptis hujusmodi nugis utatur; sed præscriptas in Rituali Romano regulas adamussim servet. Magnus ille Mediolanensis Antistes S. Carolus Borromæus, quum rectam ac tutam exorcizandi rationem in Libro a se probato tradidisset, in quarta Diœcesana Synodo a se habita anno 574. *Decreta* 18. prohibuit, ne quis, occasione oblata, aliis quibuscumque exorcismis, precationibus, aut ritibus uteretur, quam quę haberentur in prædicto Libro; *cui nihil ab eo*, nimirum ab exorcizante, *addi*, *detrahi*, *ac ne mutari quidem fas sit*. Postmodum vero a recol. mem. Paulo Papa V. Prædecessore Nostro, anno Domini 1614. publicatum fuit Rituale Romanum, in quo adest peculiaris Titulus *de exorcizandis Obsessis*. Ac fel. record. Prædecessor pariter Noster Clemens Papa XI. in quadam Epistola Encyclica data die 21. *Junii* 1710. districte mandavit, ut nemo exorcizans a norma in prædicto Rituali Romano præscripta ulla ex parte discedere præsumat. Disciplina Ecclesiæ in exorcismis servanda.

§. 44. Præclarum tandem Fraternitatis tuæ propositum, Nos satis pro merito commendare & collaudare non valemus; quod scilicet scribis, operam Te daturum, ut in Clero regimini tuo commisso, una cum Religionis ac Pietatis cultu, Sacrarum Literarum studia conserventur, atque in dies incrementum accipiant, additis ad Theologiam Scholasticam, Ecclesiasticæ Historiæ, & Canonicæ Jurisprudentiæ disciplinis. Sane hoc Tibi non exiguam in præsentia laudem, perennem vero in Ecclesiæ monumentis nomini tuo gloriam comparabit; quodque pluris est, ingens apud Pastorum Principem meritorum pondus tibi acquiret. Nec illud prætereundum est;, quod si Clerum ita instructum, sanaque doctrina eruditum habueris, non ita facile te hujusmodi molestiis vexari continget, quales nuper ex tuis Literis intelleximus, animum tuum veritati & Ecclesiasticæ Disciplinæ integritati inhærentem fatigasse. Interea Fraternitatem tuam sincero caritatis affectu complectimur, ac Tibi, totique Gregi tibi concredito, Apostolicam Benedictionem impertimur. Collaudatur Episcopi cura in Sacris studiis fovendis, & promovendis.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem die prima Octoribus MDCCXLV. Pontificatus Nostri Anno Sexto. Dat. die 1. Oct. 1745.

PRI-

CXLII.

PRIVILEGIUM FORI

Et Conservatoriæ, Scholaribus, Professoribus, Doctoribus, aliisque *Universitati Avenionensi* addictis, asseritur: Primicerii, & Judicum Conservatorum Jurisdictio præfinitur.

BENEDICTUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium ab amore Pontificis erga literas, & scientias.

BONARUM artium ac scientiarum studia, quibus & mentes hominum, depulsa ignorantiæ caligine, illustrantur, & mores a vitiis semoti, ad virtutem traducuntur, plurimum semper ad Ecclesiæ utilitatem & optimum Reipublicæ statum conferre judicantes; ea Nos quidem omni tempore pro viribus excolere, & juvare curavimus; præcipue vero ex quo Romanam Cathedram salutaris doctrinæ ac veritatis magistram, Deo vocante, conscendimus; singulari favore prosequi, ac Pontificiæ auctoritatis præsidio tueri & promovere non destitimus, non modo in hac Nostra Romana Curia & Urbe, verum etiam in aliis Christiani Orbis Civitatibus & Provinciis, ac potissimum in iis, quæ sub immediato Nostro & S. R. E. dominio degunt.

Avenionen. Universitatis decora & merita.

§. 1. Eapropter insignem Universitatem Studii generalis in Civitate Nostra Avenionensi existentem, quæ a recol. mem. Prædecessore Nostro Bonifacio Papa VIII. inibi erecta & instituta, pluribus aliis Studiorum Universitatibus antiquitatis vetustate, & Pontificiæ fundationis prærogativa antecellit; scientiarum vero gloria, & clara præstantium Virorum fama, tam eorum, qui successivo ætatum decursu Professoris munus in eadem obtinuerunt, quam eorum, qui disciplinarum Studiis in ipsa imbuti, Ecclesiasticis, Publicisque muneribus & dignitatibus præclare gestis, aut utilibus editis Libris, egregiam Ecclesiæ, Reipublicæ, aut Literariæ rei operam navarunt; ac potissimum intemeratæ doctrinæ integritate, & constanti erga Apostolicam Sedem devotionis studio, cum cæteris omnibus per Orbem Universitatibus jure comparari potest; peculiarem solicitudinis Nostræ curam promereri existimavimus; ut quæ ex Apostolica plurium Prædecessorum Nostrorum liberalitate Privilegia & jura eidem concessa dignoscuntur, auctoritate quoque Nostra stabiliantur & confirmentur, sublatisque dissidiis & controversiis; certam atque inviolabilem formam per opportuna providentiæ Nostræ consilia tandem accipiant.

Privilegium Conservatoriæ, & habendi Judices particulares.

§. 2. Sane inter alia Privilegia, favores, & gratias, quibus plures, ut præfertur, Prædecessores Nostri Romani Pontifices prædictam Universitatem Avenionensem respective cumularunt, Privilegium quoque Fori seu Conservatoriæ eidem Universitati, ejusque Primicerio, Magistris, Doctoribus Licentiatis, Baccalaureis, Scholaribus, & Ministris concessum, certique Judices Conservatores, & jurium prædictæ Universitatis, ac Personarum eidem aggregatarum & addictarum Defensores, cum diversis facultatibus, auctoritatibus, & jurisdictionibus, deputati dignoscuntur.

A Jo: 23. primitus concessum.

§. 3. Dudum siquidem, ut accepimus, rec. mem. Prædecessor Noster Joannes Papa XXIII. per quasdam suas Apostolicas Literas datas apud Sanctum Antonium extra muros Florentiæ VIII. Idus Septembris Pontificatus sui Anno IV. hujusmodi Privilegium Fori seu Conservatoriæ, prædictæ Universitati, ac personis, ut supra, eidem adscriptis, pro defensione & conservatione bonorum tam mobilium, quam immobilium, & jurium eidem Universitati, ac præfatis Personis conjunctim seu divisim competentium contra quoscumque, in amplissima forma concessit & indulsit; ideoque Abbatem Sancti Andreæ, & Præpositum Majoris, ac Decanum Sancti Petri Avenionen. Ecclesiarum, hujusmodi Bonorum & jurium Conservatores & Defensores, atque etiam Judices in omnibus & quibuscumque Causis & controversiis super

iisdem motis & movendis, etiam ex tunc coram alio quolibet Judice cœptis & contestatis, cum latissimis facultatibus ibidem expressis, dedit & deputavit. Idemque per alias similes Literas, sub ejusdem diei data expeditas, aliud Privilegium de non evocandis coram alio quocumque Judice Ordinario vel Delegato, ejusdem Universitatis Magistris, Doctoribus, Licentiatis, Baccalaureis, & Scholaribus in ea degentibus, quacumque de Causa, tam Civili, quam Criminali, & qualibet actione, reali, vel personali, dum tamen Conservatores dicti Studii ipsis in prædicta Civitate Avenionensi justitiam ministrarent, concessit pariter & indulsit. Id quod a piæ memoriæ Sixto Papa IV. per similes Apostolicas Literas datas Anno Domini MCCCCLXXIX. xv. Kalen. Septembris, & die xxiii. Maji Anni MCCCCLXXXIV. cum opportunis clausulis, & derogationibus confirmatum extitit, & innovatum: Ac deinde a fel. pariter rec. Innocentio Papa VIII. per suas Anno Domini MCCCCLXXXV. aliasque Anno MCCCCLXXXVIII. pridie Idus Decembris expeditas Literas, pari Apostolica auctoritate roboratum fuit, ac de novo concessum; cum omnium actorum adversus hujusmodi Privilegia postmodum factorum, aut exinde faciendorum annullatione & irritatione, prout in singulis dictorum Prædecessorum Nostrorum Joannis, Sixti, & Innocentii Literis plenius & uberius continetur.

Et de non evocando &c.

Confirmationes Sixti IV. & Innoc. VIII.

§. 4. Postea vero recol. mem. Prædecessor pariter Noster Leo Papa X. per suas Apostolicas Literas Anno MDXIII. v. Nonas Martii datas, inter prædictæ Universitatis Conservatores, ut supra, deputatos, ejusdem Primicerium pro tempore, utpote ipsius Universitatis Caput, dummodo Clericus existeret, perpetuo adjunxit, & pariformiter deputavit, cum omnibus facultatibus, jurisdictione, præeminentiis, & prærogativis, eisdem Conservatoribus alias concessis; cui quidem Primicerio parem jurisdictionem, auctoritatem, præeminentiam, & prærogativam in Doctores, Licentiatos, Scholares, & alios dictæ Universitatis suppositos attribuit, ac Priores seu Rectores Universitatum Studiorum Italiæ & Galliæ, in earum Doctores, Licentiatos, Scholares, & alios sibi suppositos, tam de jure communi, quam speciali, haberent, & habere soliti essent, itaut dictus Primicerius, ejusmodi jurisdictione etiam per censuras, & pœnas Ecclesiasticas, aliaque juris remedia, ad instar aliorum Conservatorum & Priorum, seu Rectorum prædictorum, respective ut posset & valeret; necnon Magistratibus dictæ Civitatis Avenionen., & cuilibet eorum, Apostolica Auctoritate inhibuit, ne eumdem Primicerium ab exercitio dictæ jurisdictionis in personas eidem Universitati addictas, quoad primam Causarum cognitionem, quovis modo impedirent.

Leo X. Primicerium adjungit Judicibus Conservatoribus.

§. 5. At vero considerans, quod Primicerius prædictus non semper Clericus, sed ut plurimum Laicus de Collegio Doctorum dictæ Universitatis singulis annis eligebatur; prædictæ vero Universitati nedum Laici, sed etiam majori ex parte Clerici, & Religiosi, & exempti, subjecti existebant, idem Leo Prædecessor Anno proximo sequenti MDXIV. per alias suas Apostolicas Literas, eisdem Primicerio & Doctoribus tunc existentibus, & pro tempore futuris, licentiam concessit & facultatem, ut cum Virum Laicum in Primicerium eligi contigisset, alium aliquem Doctorem de eodem Collegio Clericum eligere ac deputare possent, qui vice & loco ejusdem Primicerii Laici, donec ipse in Officio hujusmodi existeret, jurisdictionem prædictam exerceret, & alias, prout in utriusque memoratis Leonis Prædecessoris Literis latius exprimitur.

Cum facultate subrogandi pro exercitio jurisdict. in Clericos & Exemptos.

§. 6. Licet autem hujusmodi Privilegium Fori seu Conservatoriæ, prædictæ Universitati ac Personis eidem addictis ita, ut præfertur, concessum, & confirmatum, a præfatis temporibus ut plurimum servatum fuisse, memoratamque jurisdictionem a Primicerio, seu alio Conservatore in ejus locum electo & subrogato, multimode exercitam fuisse constet; attamen plures lites & controversiæ circa ejusdem Privilegii & prædictæ Jurisdictionis respective limites, excitatæ, & coram diversis Judicibus, potissimum vero coram Congregatione Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, pluries & vario eventu discussæ & agitatæ fuerunt: dum eadem Congregatio, quæ primo, & usque de Anno MDXCVII. fuerat in sensu, hujusmodi Privilegium competere dumtaxat iis Doctoribus, *qui in* Universitate prædicta legendi munere fungerentur, iisque Scholaribus, *qui actu ibi-*

Controversiæ super limitibus Jurisdictionis & Privilegii.

Alia de anno 1599.

dem Studiis operam darent; postmodum vero, cognitis specialibus Indultis eidem Universitati, ut præfertur, ab Apostolica Sede concessis, Anno MDXICX. declaravit, ab ejusmodi Conservatoriæ beneficio minime excludendos esse alios Doctores, qui licet actu munus legendi in Universitate non obirent, in ipsa tamen Avenionensi Civitate commorantes, alia ipsius Universitatis munera sustinerent: Quapropter Avenionensi Archiepiscopo, & Vice Legato Literas commisit, ut dispiceret, quinam Doctores essent, qui revera prædictæ Uuniversitatis munia obtinerent, & actu exercerent.

Sententiæ Archiepiscopi Avenionen. favore Universitatis.

§. 7. Hujus autem Commissionis vigore, cum tunc existens Archiepiscopus Avenionen. bo. me. Joannes Franciscus Bordinus, qui una simul Apostolici-Vice Legati partes gerebat, demandatum sibi examen explevisset; duas sub die IV. Decembris ejusdem anni MDXCIX. sententias tulit, per quas pronunciavit, omnes Doctores in prædicta Universitate Laureatos, Avenione commorantes, tam Collegio aggregatos, quam non aggregatos, ejusdem Universitatis munia exercere; proindeque omnibus hujusmodi Doctoribus prædictum Conservatoriæ Privilegium æque competere; Jurisdictionem Primicerii, sive Conservatorum, ad omnes Doctores prædictos, eorumque Causas, extendi: Super quarum Sententiarum viribus, & executione octoginta ferme annorum spatio, nulla mota fuit controversia.

Resolutio Con. Conc. excludens Doctores non aggregatos.

§. 8. Verum cum de anno MDCLXXIX. apud eandem Cardinalium Congregationem promota fuerit Instantia pro prædictarum Sententiarum declaratione, & infrascripta proposita Dubia. Primum: *An iis, qui gradum susceperunt in dicta Universitate, & Causas patrocinantur in Civitate Avenionensi, intelligantur exercere, & obire munia Universitatis*. Secundum: *An Doctores Collegio aggregati, qui cæteroquin non exercent munus aliquod particulare, & necessarium Universitatis, intelligantur munera Universitatis obire*. Eadem Congregatio die XII. Augusti, in contumaciam, ut fertur, ipsius Universitatis, rescripsit ad Primum *Negative*; ad Secundum distulit Resolutionem. Cujus tamen Decreti vis & executio suspensa fuit speciali Rescripto Venerabilis memoriæ Innocentii Papæ XI. Prædecessoris Nostri, qui eandem Causam & Controversiam eorundem Cardinalium Congregationi ex integro cognoscendam, & ipsa] Universitate audita, sub generali Dubio: *An & qui Doctores vigore Indultorum gaudeant prætensis Privilegiis*, decidendam remisit.

Innoc. XI. suspendit executionem, & Causam ex integro revidendam committit.

Recens controversia de an. 1738.

§. 9. Dilato tamen per alium octoginta circiter annorum lapsum hujusmodi examine, atque interim præfatis omnibus Doctoribus in supradicti Privilegii, Primicerio autem, & Conservatoribus in memoratæ Jurisdictionis exercitii pacifica possessione, seu quasi, ut accepimus, remanentibus; tandem Anno MDCCXXXVIII. pro parte tunc existentis Auditoris Generalis Curiæ Legationis Avenionensis, præsentatum fuit Primicerio & Conservatoribus prædictis Monitum a Causarum Curiæ Cameræ Nostræ Apostolicæ Auditore Generali expeditum, super executione supradictæ Resolutionis Anno MDCLXXIX. a Congregatione Concilii editæ. Verum attento, quod Causa hujusmodi ab Innocentio Prædecessore præfato jamdudum, ut supra diximus, ad eandem Congregationem ex integro remissa fuerat, præfatum Monitorium Decreto bon. mem. Cardinalis Marcelli Passari tunc Pro Auditoris fin. mem. Decessoris Nostris Clementis Papæ XII. moderatum extitit, & Causa ipsa iterum remissa fuit ad eandem Congregationem Concilii; In qua, utraque Parte jure suo deducente, & propositis quinque Dubiis, tam super Personis, quibus præfata Privilegia competerent, quam super qualitate Causarum, ad quas Primicerii & Conservatorum prædictorum Jurisdictio se extenderet, necnon super hujusmodi Jurisdictionis privativa, die XI. Martii Anni MDCCXLI a Venerabilibus Fratribus Nostris prædictæ Congregationis Cardinalibus talis capta fuit resolutio, per quam & omnes Doctores ipsius Universitatis Collegio non aggregati, etiamsi Causas in Civitate Avenionensi patrocinarentur, & iis quoque ex aggregatis, qui cæteroquin aliquod munus particulare, & necessarium prædictæ Universitatis non exercerent; ipsique Lectores, aliique Universitatis munia exercentes, hujusmodi exercitio finito, a prædicti Privilegii beneficio exclusi fuerunt; & Primicerii, atque Conservatorum Jurisdictio restricta fuit ad Causas tantummodo Civiles, in quibus ii, qui Privilegio gaudere deberent,

Novissima Resolutio Congregat. Universitati contraria.

rent,

rent, essent Rei conventi; ita tamen ut in iisdem Causis, de ipsorum Privilegiatorum consensu, aliorum quoque Judicum Jurisdictio posset prorogari.

§ 10. Et nos quidem hujusmodi Resolutionem per Nostras in forma Brevis Literas Apostolicas confirmare, cum clausula tamen, *Salva in præmissis auctoritate memoratæ Congregationis*, minime recusavimus. Verum cum deinde pro parte Primicerii Universitatis prædictæ, aliorumque Judicum Conservatorum, & ipsius quoque Civitatis Avenionensis, porrecta Nobis fuerit Commissio, per quam humiliter petebatur, ut prævia, quatenus opus esset, aperitione Oris adversus prædictas Nostras Literas in forma Brevis, cognitionem hujusmodi Causæ iterum eidem Congregationi Concilii, quæ procederet cum Voto Rotæ, committere dignaremur; Nosque de hujusmodi Commissione, & petita remissione, in Signatura Gratiæ coram Nobis habenda deliberare statuissemus; dum, præviis studiis, totam hujus Causæ summam ejusque merita distinctius animo concepissemus, animadversis amplissimis Prædecessorum Nostrorum Privilegiis supra relatis, necnon diuturna possessione, seu quasi, quæ pro eorundem executione tam Primicerio & Conservatoribus præfatis, quam Doctoribus, aliisque Personis dictæ Universitati adscriptis respective favere dicebatur; Attendentes quoque exemplum san. mem. Benedicti Papæ XIII. Prædecessoris pariter Nostri, qui ad afferendum prædictæ Universitatis decorem, per suas Litteras Apostolicas datas die XVII. Septembris Anni MDCCXXVIII. (quas etiam Nos ipsi approbamus, & confirmamus, cum conditionibus & clausulis ibi latius expressis) decrevit & declaravit, ipsius Universitatis Primiceriatum tam de præterito, quam in posterum esse & fuisse, constituere & constituisse Titulum primordialem veræ Nobilitatis ad descendentes transmissibilem, & ad omnes & quoscumque effectus allegabilem; ac dignum, & congruum reputantes, prædictæ Universitatis de Apostolica Sede, ac de litteraria Reipublica optime meritæ, Jura, Privilegia, & ornamenta Nostris temporibus augmentum potius, quam detrimentum accipere, nec, diuturniori concertatione permissa, in dubium atque discrimen adduci, aliquam viam atque rationem excogitandam Nobis esse duximus, qua & ejusdem Universitatis, ac Primicerii, Conservatorum, aliarumque Personarum prædictarum indemnitati, & simul Auditoris Generalis Curiæ Legationis Avenionensis, Ministri Nostri, aliorumque Judicum a Nobis & ab hac Apostolica Sede in ea Civitate deputatorum juribus & jurisdictioni consultum foret.

Confirmatur per Breve.

Instatur pro nova Causæ revisione.

Primiceritus importat Titulum Nobilitatis transmissibilis, &c.

Pontifex deliberat extinctiones litis.

§. 11. Quocirca in prædicta Signatura Gratiæ coram Nobis habita die XII. Januarii proxime elapsi, responsum interim dedimus, quod *provisum foret in Camera*: deinde vero negotium hoc universum examinandum commisimus Dilecto Filio Magistro Clementi Argenvillers Auditori Nostro. cujus prudentia & consilio res tota feliciter explicata fuit. Pervento siquidem ad Urbem Dilecto Filio Josepho Testa Juris Utriusque Doctore in eadem Universitate Avenionensi aggregato, & publico Professore, a Dilectis Filiis ipsius Universitatis Primicerio, & Collegii Doctoribus, ad hoc negotium tractandum ablegato, eoque simul cum prædictæ Universitatis, aliisque ex adverso Patronis & Defensoribus, coram præfato Magistro Clemente Auditore non semel convenientibus, nonnulla capita concordata & communi Partium consensu laudata fuerunt; quæ deinde Nobis exhibita, cum rationi, & honestati consentanea, & tam Auditoris præfatæ Curiæ Legationis, quam Primicerii & Conservatorum prædictorum, Jurisdictioni atque ipsius Universitatis Privilegiis conservandis, & certo fine stabiliendis, opportuna esse dignoverimus; eidem inhærendo, decrevimus præsentibus Nostris Litteris, omnia in posterum dissidiorum germina super his amputare, & prædictarum Jurisdictionum limites præfiniendo, ut infra, statuere.

Rescriptum editum in Signatura Gratiæ.

Negotium examinatur coram R.P. Auditore Sanctissimi.

§. 12. Volentes igitur prædictam Universitatem, ejusque Primicerium, Conservatores, Magistros, Licentiatos, Baccalaures, Scholares, & Ministros, gratiæ favore cumulare, atque omnium prædictorum singulares Personas a quibusvis Excommunicationis, Suspensionis, & Interdicti, aliisque Ecclesiasticis Sententiis, Censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum Præsentium tantum consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes; Nec-

Avocatio Causæ cum clausulis opportunis.

non prædictarum Litterarum Joannis, Sixti, Innocentii, & Leonis Prædecessorum Nostrorum; Resolutionum quoque a præfata Congregatione Concilii diversis temporibus editarum; ac Sententiarum, ut supra, ab Avenionensi Archiepiscopo & Vice-Legato latarum, tenores etiam veriores, præsentibus pro plene, ac de verbo ad verbum expressis habentes; Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione Nostris, & de Apostolicæ potestatis plenitudine, memoratam controversiam, & quaslibet alias Lites, & Causas, si quæ sint, occasione Privilegii Fori, & Conservatoriæ hujusmodi quomodolibet suscitatis, & in quibusvis Tribunalibus pendentes (illarum omnium, & singularum statum, & merita, nominaque & cognomina Judicum, & Collitigantium quorumvis, etiam speciali mentione dignorum, & alia etiam de necessitate specialiter exprimenda; præsentibus pariter pro plene & sufficienter expressis habentes,) ad Nos avocamus, illasque penitus & omnino supprimimus & extinguimus; ac Partibus perpetuum desuper silentium imponimus.

Confirmatur Privil. Fori pro Professoribus, Scholaribus, & Salariatis.

§. 13. Porro quod pertinet ad Personas in sæpedicto Privilegio Fori seu Conservatoriæ comprehensas, ac deinceps comprehendendas, decernimus primo atque statuimus, quod tam Primicerius, quam omnes & singuli Magistri, & Lectores, qui in dicta Universitate studii Generalis Avenionen. actu legunt, omnesque & singuli Scholares in ea actu pro tempore studentes, item Bidelli, & quicumque alii Ministri servitiis dictæ Universitatis actualiter addicti, vel ab ipsa Universitate Salaria & stipendia recipientes, hujusmodi Privilegio perpetuis futuris temporibus omnino frui & gaudere debeant.

Decernitur competere etiam aliis Doctoribus Avenione commorantibus.

§. 14. Præterea reliquos quoque Doctores, & Graduatos, sive de numero aggregatorum Collegio prædictæ Universitatis existant, sive de eodem numero non existant, dummodo in eadem Universitate Lauream susceperint, & in Civitate Avenionensi stabiliter commorentur, quamvis in ipsa Universitate actu non legant, nec peculiaria, & necessaria ejusdem Universitatis munia re ipsa exerceant, aut etiam nunquam ante legerint, vel hujusmodi peculiaria, & necessaria munia exercuerint; pro eo tamen, quod ipsi omnes prompti & parati esse debeant ad quamcumque Commissionem subeundam, quam Primicerius pro tempore in ejusmodi Universitatis commodum eis demandaverit, proindeque ipsius Universitatis onera, & officia, habitu saltem, sustinere dicendi sunt; ac in certis quibusdam functionibus, & publicis Universitatis actibus, omnes simul frequenter convenire soleant, unumque corpus cum Doctoribus de Collegio, & Magistris atque Lectoribus in dicta Universitate actu docentibus constituant; Volumus imposterum eodem Privilegio Fori & Conservatoriæ pariformiter frui & gaudere, ad formam Sententiarum anno MDXCIX., a tunc existente Archiepiscopo Avenionen., tamquam prædictæ Congregationis Concilii Commissario, & Delegato, ut supra diximus, prolatarum, non obstantibus relatis resolutionibus ab ipsa Congregatione postmodum emanatis, a quibus in hac parte recedere opportunum ducimus.

Idque in Causis Civilibus passivis in prima Instantia.

§. 15. Quod autem pertinet ad genera & qualitates Causarum, in quibus Personæ prædictæ Privilegio Fori aut Conservatoriæ gaudere debebunt, Nos in Civilibus quidem Causis, passivas ab activis, in Criminalibus vero, leviores a gravioribus distinguentes; volumus pariter & statuimus, quod in Causis Civilibus, Privilegium Fori seu Conservatoriæ, memoratis Personis nullatenus in activis, sed in passivis dumtaxat Causis hujusmodi, & in prima tantum Instantia, suffragetur: Declarantes nihilominus, eas quoque Causas passivas censendas esse, in quibus Privilegiatus petat alicujus spolii reintegrationem, vel refectionem alicujus damni in propriis bonis sibi quomodolibet ab aliis illati.

Actiones pro reintegra. spolii, aut refect. damnorum habentur pro Causis passivis. Item in Causis Criminal. levioribus, activis, passivis.

§. 16. Insuper Causarum Criminalium leviorum cognitionem, earum nempe, in quibus secundum juris, aut statutorum Civitatis, vel Bannimentorum Legationis Avenionen. respective dispositionem, alia gravior pœna, quam pecuniaria, vel simplicis exilii, constituta non reperitur, Primicerio, aliisque Judicibus Conservatoribus prædictis attribuimus; sine ulla differentia, vel distinctione, utrum Causæ hujusmodi activæ sint, vel passivæ, & an inter duos Privilegiatos, an vero inter Privilegiatos, an vero inter Privilegiatum ex una, & extraneum non Privilegiatum

ex altera parte introductæ existant; Reservato tamen semper reo condemnato appellationis beneficio, prout de jure, & quatenus de jure.

§. 17 Contra vero Causarum Criminalium graviorum, in quibus nempe secundum juris, ac statutorum, vel Bannimentorum prædictorum dispositionem, pœna Corporis afflictiva reorum criminibus imposita reperitur; omnimodam cognitionem, Processusque desuper habendos, Nostro & Sedis Apostolicæ pro tempore Vice-Legato, ejusque Congregationi Criminali, omnino reservamus, ita tamen ut in causis gravioribus hujusmodi, in quibus Privilegiatus sit Reus, vel Inquisitus, (non autem in quibus Privilegiatus ipse actor existat, vel Fisco adhærens), eidem Primicerio, aut, eo impedito, alteri ex Judicibus Conservatoribus prædictis, jus competat & facultas interessendi eidem Congregationi Criminali, suumque consultivum dumtaxat, nunquam vero decisivum, suffragium ferendi. Graviores reservantur Vice-Legat, ejusqueCongregatio. Si agatur de Causis pass. Privilegiati. Conservator intersit Congreg. cum Voto consultivo.

§. 18. In omnibus autem superius expressis Causis, quas Primicerii, aliorumque Judicum Conservatorum Foro in prima Instantia cognoscendas & decidendas attribuimus, volumus, quod eisdem Primicerio, & Conservatoribus, non cumulativa tantum, sed privativa vere competat Jurisdictio; salvo tamen jure Ordinarii in iis, quæ pertinent ad morum correctionem. Verumtamen postquam Primicerius, aut alius ex Judicibus Conservatoribus prædictis, super hujusmodi Privilegiatorum Causis Civilibus in prima Instantia definitive pronunciaverint, si contingat easdem Causas in secunda Instantia, vel in gradu appellationis, vel in gradu recursus, adhuc revidendas, sive retractandas esse; volumus, & per easdem præsentes mandamus, ut eædem Causæ tam appellabiles, quam recurribiles, ad Auditorem Generalem Curiæ Legationis Avenionensis, cujus jurisdictionis, & dignitatis æquum est rationem haberi, semper & omnino pertinere censeantur; itaut illæ per Nostrum & Sedis Apostolicæ Vice-Legatum in dicta Civitate Avenionensi pro tempore commorantem, alteri cuicumque Judici, nisi quatenus eundem Auditorem Generalem suspectum allegari contingat, in secunda Instantia, ut præfertur, nullatenus committi valeant. Jurisdictio Primicerii, & Conservatorum in præmissis privativa declaratur. Secunda instantia Auditori Generali privative attribuitur.

§. 19. Cæterum ipsis Primicerio, aliisque Judicibus Conservatoribus prædictis districtius inhibemus, ne ipsi in Causis Fiscalibus, & interesse Fisci quomodolibet tangentibus, quas a Privilegio Fori, & Conservatoriæ hujusmodi penitus excludimus, & excipimus; Nec in aliis quibuscumque Causis, præter superius expressas, etiam de consensu Partium, ullatenus se intromittere, vel ingerere quovis modo audeant, seu præsumant. Causæ Fiscales, & aliæ præter præmissas, excipiuntur a jurisdictione Primic., & Conservatorum.

§. 20. Præsentes quoque Nostras Literas semper firmas, validas, & efficaces esse & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab omnibus & singulis, ad quos spectat, & pro tempore quomodocumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime, & inviolabiliter observari, & ita ab omnibus censeri; Sicque non aliter per quoscumque Judices Ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales etiam de Latere Legatos, Vice-Legatos, & Sedis prædictæ Nuncios, aliosque quoslibet quacumque præeminentia, & potestate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere; Et si secus super præmissis, vel eorum aliquo, a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane decernimus. De perpetuo Litterarum vigore. Decreta irritantia.

§. 21. Non obstantibus omnibus illis, quæ Joannes, Sixtus, Innocentius, & Leo Prædecessores prædictiis in singulis superius relatis Literis voluerunt non obstare; Necnon, quatenus opus sit, Nostra, & Cancellariæ Apostolicæ regula *de jure quæsito non tollendo*, ejusdemque Congregationis Concilii Tridentini interpretis resolutionibus prædictis, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quibusvis Civitatis, & Universitatis Avenionen. prædictarum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, Consuetudinibus, usibus, Stylis, & stabilimentis, Privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis Clausulis, irritantibusque, & aliis Decretis, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus, in genere, vel in Derogationes.

specie

ſpecie, ſeu alias quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione, de illis, eorumque totius tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris ad præmiſſorum omnium & ſingulorum effectum, hac vice duntaxat ſpecialiter, & expreſſe, motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Fides præſtanda tranſumptis. §. 22. Volumus autem ut earumdem præſentium tranſumpta ſive exempla, etiam impreſſa, manu alicujus Notarii publici ſubſcripta, & ſigillo Perſonæ in Dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munita, eamdem ubique fidem, & auctoritatem obtineant in judicio, & extra, quæ ipſis præſentibus haberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

§. 23. Nulli ergo omnino Hominum liceat paginam hanc Noſtrarum abſolutionis, avocationis, extinctionis, ordinationis, deliberationis, Conſtitutionis, irritationis, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire; Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Sanctio Conſtitutionis. Dat. die 10. Oct. 1745. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ſeptingenteſimo quadrageſimo quinto, ſexto Idus Octobris, Pontificatus Noſtri Anno Sexto.

J. Datarius.

D. Cardinalis Paſſioneus.
Joannes Florius Subſtitutus.

VISA DE CURIA.

J. C. Boſchi.

L. Eugenius.

Loco ✠ Plumbi.

Regiſtrata in Secretaria Brevium.

DE USURIS

CXLIII.

Aliiſque injuſtis quæſtibus.

Venerabilibus Fratribus Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & Ordinariis Italiæ.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Venerabilis Frater, ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Erroneæ ſententiæ diſſeminantur. Vix pervenit ad aures noſtras, ob novam controverſiam (nempe, an quidam contractus validus judicari debeat) nonnullas per Italiam diſſeminari ſententias, quæ ſanæ doctrinæ haud conſentaneæ viderentur; cum ſtatim noſtri Apoſtolici muneris partem eſſe duximus, opportunum afferre remedium, ne malum ejuſmodi, temporis diuturnitate, ac ſilentio, vires magis acquireret; aditumque ipſi intercludere, ne latius ſerperet, & incolumes adhuc Italiæ Civitates labefactaret.

Pontifex deliberat cum conſilio &c. §. 1. Quapropter eam rationem, conſiliumque ſuſcepimus, quo Sedes Apoſtolica ſemper uti conſuevit: Quippe rem totam explicavimus nonnullis ex Venerabilibus Fratribus Noſtris Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, qui Sacræ Theologiæ ſcientia, & Canonicæ Diſciplinæ ſtudio ac peritia plurimum commendantur. Accivimus etiam plures Regulares in utraque facultate præſtantes; quorum aliquos ex Monachis, alios ex Ordine Mendicantium, alios demum ex Clericis Regularibus ſelegimus; Præſulem quoque Juris utriuſque laurea præditum, & in Foro diu verſatum

ſatum adhibuimus. Diem quartam indiximus Julii, qui nuper præteriit, ut coram Nobis illi omnes convenirent, quibus naturam totius negotii declaravimus; quod illis antea cognitum perſpectumque deprehendimus.

Doctrinam de uſuris exponi jubet.

§. 2. Poſt hæc præcepimus, ut omni partium ſtudio, omnique cupiditate ſoluti, rem tota accurate perpenderent, ſuaſque opiniones ſcripto exararent; non tamen expetivimus ab ipſis, ut judicium ferrent de contractu, qui controverſiæ cauſam initio præbuerat, cum plura documenta non ſuppeterent, quæ neceſſario ad id requirebantur; Sed ut certam de uſuris doctrinam conſtituerent, cui non mediocre detrimentum inferre videbantur ea, quæ nuper in vulgus ſpargi cœperunt: Juſſa fecerunt univerſi; nam ſuas ſententias palam declararunt in duabus Congregationibus, quarum prima coram Nobis habita eſt die 18. Julii, altera vero die prima Auguſti, qui menſes nuper elapſi ſunt; ac demum eaſdem ſententias Congregationis Secretario ſcriptas tradiderunt.

Canones.

§. 3. Porro hæc unanimi conſenſu probaverunt.

Uſura lucrum ſupra ſortem, ex mutuo.

I. Peccati genus illud, quod uſura vocatur, quodque in contractu mutui propriam ſuam ſedem, & locum habet, in eo eſt repoſitum, quod quis ex ipſomet mutuo, quod ſuapte natura tantundem dumtaxat reddi poſtulat, quantum receptum eſt, plus ſibi reddi velit, quam eſt receptum; ideoque ultra ſortem, lucrum aliquod, ipſius ratione mutui, ſibi deberi contendat. Omne propterea hujuſmodi lucrum, quod ſortem ſuperet, illicitum, & uſurarium eſt.

Quantitas lucri, vel qualitas mutuatarii lucrum hujuſmodi ab uſuræ labe non liberant.

II. Neque vero ad iſtam labem purgandam, ullum arceſſiri ſubſidium poterit, vel ex eo, quod id lucrum non excedens, & nimium, ſed moderatum; non magnum, ſed exiguum ſit; vel ex eo, quod is, a quo id lucrum ſolius cauſa mutui depoſcitur, non pauper, ſed dives exiſtat; nec datam ſibi mutuo ſummam relicturus otioſam, ſed ad fortunas ſuas amplificandas, vel novis coemendis prædiis, vel quæſtuoſis agitandis negotiis, utiliſſime ſit impenſurus. Contra mutui ſiquidem legem, quæ neceſſario in dati atque redditi æqualitate verſatur, agere ille convincitur, quiſquis, eadem æqualitate ſemel poſita, plus aliquid a quolibet, vi mutui ipſius, cui per æquale jam ſatis eſt factum, exigere adhuc non veretur: proindeque ſi acceperit, reſtituendo erit obnoxius, ex ejus obligatione Juſtitiæ, quam commutativam appellant, & cujus eſt, in humanis contractibus æqualitatem cujuſque propriam & ſancte ſervare, & non ſervatam exacte reparare.

Quidam Tituli, vel contractus a mutuo diverſi juſtum reddere poſſunt proventum ultra ſortem.

III. Per hæc autem nequaquam negatur, poſſe quandoque una cum mutui contractu quoſdam alios, ut ajunt, titulos, eoſdemque ipſimet univerſim naturæ mutui minime innatos & intrinſecos, forte concurrere, ex quibus juſta omnino legitimaque cauſa conſurgat quiddam amplius ſupra ſortem ex mutuo debitam rite exigendi. Neque item negatur, poſſe multoties pecuniam ab unoquoque ſuam, per alios diverſæ prorſus naturæ a mutui natura contractus, recte collocari & impendi, ſive proventus ſibi annuos conquirendos, ſive etiam ad licitam mercaturam, & negotiationem exercendam, honeſtaque indidem lucra percipienda.

Vitandi tamen exceſſus contra juſtitiam.

IV. Quemadmodum vero in tot ejuſmodi diverſis contractuum generibus, ſi ſua cujuſque non ſervatur æqualitas, quidquid plus juſto recipitur, ſi minus ad uſuram, (eo quod omne mutuum tam apertum, quam palliatum abſit), at certe ad aliam veram injuſtitiam, reſtituendi onus pariter afferentem, ſpectare compertum eſt; Ita ſi rite omnia peragantur, & ad Juſtitiæ libram exigantur, dubitandum non eſt, quin multiplex in iiſdem contractibus licitis modus & ratio ſuppetat humana commercia & fructuoſam ipſam negotiationem ad publicum commodum conſervandi, ac frequentandi. Abſit enim a Chriſtianorum animis, ut per uſuras, aut ſimiles alienas injuſtitias, florere poſſe lucroſa commercia exiſtiment; cum contra ex ipſo Oraculo Divino diſcamus, quod *Juſtitia elevat gentem, miſeros autem facit populos peccatum*.

Nec tituli legitimi cum mutuo, nec juſtæ cauſæ iecundi contractus a mutuo diverſi ubique ſuppetunt.

V. Sed illud diligenter animadvertendum eſt, falſo ſibi quemquam, & nonniſi temere perſuaſurum, reperiri ſemper, ac præſto ubique eſſe, vel una cum mutuo titulos alios legitimos, vel ſecluſo etiam mutuo, contractus alios juſtos, quorum vel titulorum, vel contractuum præſidio, quotieſcumque pecunia, frumentum, aliudve id generis alteri cuicumque creditur, toties ſemper liceat auctarium moderatum, ultra ſortem integram ſalvamque recipere. Ita ſi quis ſenſerit, non modo Divinis Documen-

mentis, & Catholicæ Ecclesiæ de Usura judicio, sed ipsi etiam humano communi sensui, ac naturali rationi procul dubio adversabitur. Neminem enim id saltem latere potest, quod multis in casibus tenetur homo, simplici ac nudo mutuo alteri succurrere, ipso præsertim Christo Domino edocente: *Volenti mutuari a te, ne avertaris*: & quod similiter multis in circumstantiis, præter unum mutuum, alteri nulli vero justoque contractui locus esse possit. Quisquis igitur suæ conscientiæ consultum velit, inquirat prius diligenter, oportet, vere ne cum mutuo justus alius titulus; vere ne justus alter a mutuo contractus occurrat, quorum beneficio, quod quærit lucrum, omnis labis expers & immune reddatur.

Pontifex relatam doctrinam probat.

§. 4. His verbis complectuntur, & explicant Sententias suas Cardinales, ac Theologi, & Viri Canonum peritissimi, quorum consilium in hoc gravissimo negotio postulavimus; Nos quoque privatum studium nostrum conferre in eandem causam non prætermisimus, antequam Congregationes haberentur, & quo tempore habebantur, & ipsis etiam peractis; Nam præstantium Virorum Suffragia, quæ modo commemoravimus, diligentissime percurrimus. Cum hæc ita sint, adprobamus, & confirmamus quæcunque in Sententiis superius expositis continentur; cum Scriptores plane omnes, Theologiæ, & Canonum Professores, plura Sacrarum Literarum testimonia, Pontificum Decessorum Nostrorum Decreta, Conciliorum, & Patrum auctoritas, ad easdem Sententias comprobandas pene conspirare videantur. Insuper apertissime cognovimus Auctores, quibus contrariæ Sententiæ referri debent; & eos pariter, qui illas fovent, ac tuentur, aut illis ansam, seu occasionem præbere videntur; Neque ignoramus quanta Sapientia, & gravitate defensionem veritatis susceperunt Theologi finitimi illis Regionibus, ubi controversiæ ejusmodi principium habuerunt.

Eamque deceri & servari jubet.

§. 5. Quare has literas Encyclicas dedimus, universis Italiæ Archiepiscopis, Episcopis, & Ordinariis, ut hæc Tibi, Venerabilis Frater, & cæteris omnibus innotescerent; & quoties Synodos celebrare, ad Populum verba facere, eumque sacris doctrinis instituere contigerit, nihil omnino alienum proferatur ab iis Sententiis, quas superius recensuimus. Admonemus etiam vehementer, omnem solicitudinem impendere, ne quis in vestris Diœcesibus audeat Literis, aut Sermonibus contrarium docere: Si quis autem parere detrectaverit, illum obnoxium & subjectum declaramus pœnis per Sacros Canones in eos propositis, qui mandata Apostolica contempserint ac violaverint.

De peculiaribus contractibus nihil nunc decernit.

§. 6. De contractu autem, qui novas has controversias excitavit, nihil in præsentia statuimus; Nihil etiam decernimus modo de aliis contractibus, pro quibus Theologi, & Canonum Interpretes in diversas abeunt Sententias; Attamen pietatis vestræ Studium ac Religionem inflammandam existimamus, ut hæc, quæ subjicimus, executioni demandetis.

Usuram & avaritiam caveri; sapientum consilia exquiri admonet.

§. 7. Primum gravissimis verbis Populis vestris ostendite, usuræ labem ac vitium a Divinis Literis vehementer improbari; illud quidem varias formas atque species induere, ut Fideles Christi Sanguine restitutos in libertatem & gratiam, rursus in extremam ruinam præcipites impellat; Quocirca si pecuniam suam collocare velint, diligenter caveant, ne cupiditate omnium malorum fonte rapiantur: sed potius ab illis, qui doctrinæ ac virtutis gloria supra cæteros efferunt, consilium exposcant.

Consultos caute pronunciare, & dissentientes moderate agere jubet.

§. 8. Secundo loco; qui viribus suis, ac sapientiæ ita confidunt, ut responsum ferre de iis quæstionibus non dubitent, (quæ tamen haud exiguam Sacræ Theologiæ, & Canonum scientiam requirunt;) ab extremis, quæ semeper vitiosa sunt, longe se abstineant: Etenim aliqui tanta severitate de iis rebus judicant, ut quamlibet utilitatem ex pecunia desumptam accusent, tamquam illicitam, & cum usura conjunctam; Contra vero nonnulli indulgentes adeo, remissique sunt, ut quodcunque emolumentum ab usuræ turpitudine liberum existiment. Suis privatis opinionibus ne nimis adhæreant; sed priusquam responsum reddant, plures Scriptores examinent, qui magis inter cæteros prædicantur; Deinde eas partes suscipiant, quas tum ratione, tum auctoritate plane confirmatas intelligent. Quod si disputatio insurgat, dum contractus aliquis in examen adducitur, nullæ omnino contumeliæ in eos confinganrur, qui contrariam Sententiam sequuntur, neque illam gravibus Censuris notandam afferant, si præsertim ratione, & præstantium Virorum testimoniis minime careat; Si-

qui-

quidem convicia, atque injuriæ vinculum Christianæ charitatis infringunt, & gravissimam Populo offensionem, & scandalum præseferunt.

§. 9. Tertio loco, qui ab omni usuræ labe se immunes & integros præstare volunt, suamque pecuniam ita alteri dare, ut fructum legitimum solummodo percipiant, admonendi sunt, ut contractum instituendum antea declarent, & conditiones inferendas explicent, & quem fructum ex eadem pecunia postulent: Hæc magnopere conferunt non modo ad animi sollicitudinem & scrupulos evitandos, sed ad ipsum contractum in Foro externo comprobandum: Hæc etiam aditum intercludunt disputationibus, quæ non semel concitandæ sunt, ut clare pateat, utrum pecunia, quæ rite data alteri esse videtur, revera tamen palliatam usuram contineat. Contractuum naturam & conditiones aperiri suadet.

§. 10. Quarto loco vos hortamur, ne aditum relinquatis ineptis illorum Sermonibus, qui dictitant, de usuris hoc tempore quæstionem institui, quæ solo nomine contineatur; cum ex pecunia, quæ qualibet ratione alteri conceditur, fructus ut plurimum comparetur. Etenim quam falsum id sit, & a veritate alienum plane deprehendimus, si perpendamus, naturam unius contractus ab alterius natura prorsus diversam & sejunctam esse; Et ea pariter discrepare magnopere inter se, quæ a diversis inter se contractibus consequuntur. Revera discrimen apertissimum intercedit fructum inter, qui jure licito ex pecunia desumitur, ideoque potest in utroque Foro retineri; Ac fructum, qui ex pecunia illicite conciliatur; ideoque Fori utriusque judicio restituendus decernitur. Constat igitur haud inanem de usuris quæstionem hoc tempore proponi ob eam causam, quod ut plurimum ex pecunia, quæ alteri tribuitur, fructus aliquis excipiatur. Temeraria dicteria comprimi mandat.

§. 11. Hæc potissimum vobis indicanda censuimus, sperantes fore, ut mandetis executioni quæcumque per has Literas a Nobis præscribuntur: Opportunis quoque remediis consultetis, uti confidimus, si forte ob hanc novam de usuris controversiam in Diœcesi vestra turbæ concitentur, vel corruptelæ ad labefactandum sanæ doctrinæ candorem & puritatem inducantur. Postremo vobis, & Gregi curæ vestræ concredito, Apostolicam Benedictionem impertimur. Præsentium executionem Episcopis commendat.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem die primo Novembris 1745. Pontificatus Nostri Anno VI. Dat. die 1. Nov. 1745.

DIEBUS FESTIS CXLIV.

Prohibentur haberi *Mercatus* rerum venalium. Tolerantur vero *Nundinæ* sub certis conditionibus.

Venerabilibus Fratribus Archiepiscopis, Episcopis, & Ordinariis Ditionis Ecclesiasticæ.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Venerabiles Fratres, salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Ab eo tempore, quo copiosus in misericordia Dominus, Nos, licet immeritos, ad summum Catholicæ Ecclesiæ Pontificatum evexit, complures diversi ordinis illustres Viri, itemque Episcopi, & Archiepiscopi in Italia, & extra commorantes, iteratis precibus institerunt, ut Dies Festos, ubique fere nimis auctos, quibus Christianus Populus feriatur, Apostolica auctoritate, imminueremus. Hoc enim prudenti temperamento, Pauperibus, qui quotidiano labore sibi victum quærunt, facile consuleretur, ac simul gravia adimerentur absurda, quæ ex Festorum dierum multitudine, ac frequenti violatione oriri solent, non sine aperto Religionis dispendio. Re expensa, negotii difficultatem probe intelleximus: quare peculiari Scripto, publicis etiam typis vulgato, rationes varias indicavimus, quibus ea immutatio fieri poterat: consilium pariter exquirentes nonnullorum S. R. E. Cardinalium, Episcoporum Italiæ, alia- De reductione dierum Festorum alias deliberatum. Et requisita Antistitum aliorumque consiliis.

aliarumque Regionum, Ecclesiasticorum Præsulum, Theologorum, Jurisconsultorum, aliorumque Virorum Doctorum, humanas, civilesque res callentium, an hujusmodi petitio esset exaudienda: Si vero illam exaudiri æquum esset, & congruens, ipsi quoque rationes significarent, quibus utiliter, ac prudenter imminutio præscriberetur.

Quibus Inter se non convenientibus, resolutio dilata.

§. 1. Petita responsa tam varia, ut solet contingere, suo tempore accepimus, ut fere sua cuique fuerit sententia. In aliud proinde tempus negotium rejecimus, eam in spem adducti, ut Episcopi cujusque Provinciæ, vel Ditionis, unanimi voto in sententiam imminuendi Dies Festos primum convenirent; deinde vero, quo commodius id fieri posset, concordi pariter suffragio medium aliquod suggererent ex tot memoratis in Scripto Nostro, ac pro illius executione Pontificum assensum exposcerent. Hoc sane pacto inita ab Ordinariis consilia in re tanti momenti non illorum voluntati referri potuissent, sed tantum Supremæ Apostolicæ Sedis auctoritati, quam fel. record. Urbanus Papa VIII. Prædecessor Noster integram esse voluit in decernenda imminutione dierum Festorum, qui in sua Constitutione recensentur. Denum una eademque Episcoporum deliberatio, Apostolicæ auctoritatis tecta munimine, nedum plurimum valuisset ad compescenda Censorum ingenia; sed etiam sublata fuisset disparitas illa ritus, quæ hodie viget, Disciplinæ Ecclesiasticæ injuriosa, ut intra paucorum milliarium ambitum, & inter finitimos Populos, unus idemque dies ab aliquibus Festus de præcepto, & aliquibus vero ferialis heberetur.

Hispaniæ Populis interim provisum.

§. 2. Hæc methodus feliciori sorte in universa fere Hispania excepta est: Cum enim postremi Tarraconensis Concilii Patres regulam quandam constituerint Dierum Festorum, quibus, pro illorum conditione, atque discrimine, Populi Divino interesse Sacrificio, & servilibus operibus abstinere debent; & aliorum, quibus Missæ tantum interesse debent, tributa postmodum libertate vacandi operibus servilibus; fel. record. Benedictus XIII. Decessor, & Benefactor Noster dispolita in eadem Provinciali Synodo ad preces Episcoporum approbavit. Quo exemplo alii subinde Hispaniarum Antistites excitati, Nobis humiliter supplicarunt, ut ad minuendum nimis auctum Festorum numerum, liceret ipsis etiam servare regulam in præfato Tarraconensi Concilio provide constitutam. Annuimus instantiæ, exindeque omnium fere Hispaniarum Diœceseon uniformitas in dierum Festorum celebratione, & ritu exorta est.

Item aliquot Poloniæ Diœcesibus.

§. 3. Aliis quoque Catholici Orbis Regionibus servata a Nobis in hoc negotio conficiendo matura dilatio profuit. Interea siquidem aliquot Regni Poloniæ Episcopi, mentis aciem ad substantiam, & modum imminuendi dies Festos dirigentes, per Literas Nobis significarunt, in illis Diœcesibus, suos late fines protendentibus, æstivo tempore Incolas, Agrorum culturæ, & aliis servilibus operibus, quibus vivunt, & sustentantur dantes operam, difficillime ab illis abstinere posse diebus festis inter hebdomadam occurrentibus: Enixe propterea Nos rogarunt, ut quæ per hebdomadam æstivo tempore occurrunt Festa, in Dies Dominicos transferremus, excepto Festo Assumptionis B. Mariæ Dei Genitricis, quæ quovis die accideret, religiose ab universis celebraretur. Quorum petitio per Nos, maturo præmisso examine, exaudita, in Regionibus illis optatam ab Episcopis, & Populis tranquillitatem peperit.

Pontifex optat Episcopos utriusque Siciliæ in unam sententiam convenire.

§. 4 Quo vero ad Italiam pertinet, credi vix potest, quam prudens, ac religiosus de re ipsa fuerit sermo, quem Nobiscum instituit Charissimus in Christo Filius Noster Carolus utriusque Siciliæ Rex Illustris. Non sine intimo, ac plane acerbo animi sui mœrore Nobis exposuit, Dies Festos, quibus Christiani Populi feriari debent, in subjectis sibi regionibus passim violari, ob nimis auctum illorum numerum; huic porro malo non aliam adhiberi posse medelam, præter diminutionem Suprema Auctoritate Nostra opportune faciendam. Significare illi non omisimus gravem ac molestam utrique solicitudinem obortituram, si rem tanti ponderis inconsultis Episcopis conficere vellemus. Idcirco ut omnia feliciter procederent, non solum exquirendas esse illorum sententias; sed oportere, ut Antistites finitimi, vel Metropolita cum suis Provincialibus, studia, & voluntates in eundem scopum dirigentes, quid tandem facto opus esset, ad Nostri deferrent Apostolatus auditum. Per omnium suffragium communem tranquillitatem subjectis Populis allaturum, & quod potissime in rebus sacris quærendum est, ritus uniformitatem, & disciplinæ concordiam.

§. 5. I

§. 5. Id ipsum significavimus Episcopis temporalis nostræ Ditionis, quorum nonnulli privato sermone Nobiscum habito, nonnulli vero suis ad Nos datis Literis, Apostolicam auctoritatem ad Festos dies imminuendos enixe implorarunt. At cum ipsi nihil hactenus præstiterint, nihil & Nos egimus; liberam, prudentemque Episcoporum concordiam in hoc negotio præstolantes, non imperantes, & exigentes. Etenim moderatio numeri Dierum Festorum non a voluntate, sed a sola pendet necessitate, quam nemo melius, quam Episcopi norunt; ideoque ad eos potissimum pertinet, mali conditionem, & apta eidem remedia proferre: Nec facile adduci possumus, ut in hoc adeo gravi, & implexo negotio quidquam decernamus, nisi audita prius concordi quoad *substantiam*, & quoad *modum*, Episcoporum sententia. Idipsum suadet Episcopis Status Ecclesiastici. Nihil sine eorum consilio acturus.

§. 6. Hæc Vobis, Venerabiles Fratres, eum in finem scribimus, ut non solum cuique Vestrum plane cognita, ac perpecta sit agendi ratio a Nobis inita in hac gravi causa imminutionis Dierum Festorum; verum etiam opportune nunciaremus, si vestra consilia ex voto nostro Nobiscum communicavissetis, vel sublata prorsus, vel saltem magna ex parte submota fuissent mala, quibus curandis congruum, ac salutare remedium non semel a Nobis expostulastis.

Complures etenim vestrum voce, aut scripto improbarunt abusum Mercatuum, & Nundinarum, quæ fieri solent Diebus Festis, quibus feriari oportet, ut Populus unice in res sacras incumbat, rationem a Nobis poscentes, qua grassanti in diem malo occurri possit. Abusus in celebratione Nundinarum diebus Festis.

§. 7. Inter modos propositos, atque servandos in imminutione, ac celebratione Festorum, præcipuus ille est, quo inter ipsos Festos dies discrimen constituitur. Etenim in diebus Dominicis, itemque in Celebritatibus Domini, Beatæ Mariæ semper Virginis Dei Genitricis, ac in aliis solemnioribus in memorato Scripto Nostro indicatis, debet Christianus Populus nedum interesse Divino Sacrificio, sed etiam abstinere ab operibus vetitis; In cæteris vero minus solemnibus, qui tamen ex præcepto celebrari consueverunt, imposita est Christifidelibus obligatio interessendi Missæ Sacrificio, tradita in reliquis cuique illorum potestate ea faciendi, quæ fieri solent diebus ferialibus. Dierum Festorum non par solemnitas.

§. 8. Quo cautius, ac tutius incederemus, consulere voluimus Chirographa Summorum Pontificum Decessorum Nostrorum, quibus peculiaribus Urbibus, & Oppidis temporalis suæ Ditionis habendarum Nundinarum facultatem tribuerunt. Multi iis diebus Nundinas fieri permiserunt, quibus Christifideles (juxta propositum Thema) servilibus operibus abstinere debeant, divinoque adesse Sacrificio; sed numerum longe majorem illarum comperimus, quæ incidunt in eos Dies Festos ex Præcepto, quibus, si expetita fieret illorum imminutio, satis fuisset Missam audire, excluso debito abstinendi ab operibus servilibus, sublatoque onere peragendi, quæ in aliis superioris ordinis Festis Christianus Populus debet implere. Nundinæ in dies minus solemnes plerumque incidunt.

§. 9. Hac via, si non omni, magna certe ex parte sublata essent mala, quibus, memorata de causa, congruens & opportunum a Nobis remedium postulastis. Enimvero bifariam divisis, ut præmonuimus, diebus Festis, affixoque inferiori ipsorum ordini debito interessendi dumtaxat Divino sacrificio; celebratæ in illis Nundinæ nullum deinceps peperissent absurdum, nec libertas operum servilium, cum interessentia Missæ compatibilis, refragari potuisset præcepto ab Ecclesia Fidelibus injuncto. Præterea nullus Urbibus, & Oppidis relictus fuisset timor, ne, cum Incolarum, & Concurrentium detrimento, Nundinarum frequentia imminueretur. Quippe juxta hypothesim præmissam, recolente adhuc Clero solemni ritu diem Festum intra Ecclesiam, sumptuoso ornatu, omnique nitore instructam; in ipsa Sacri concentus Musices haberi de more potuissent; permitti quoque potuissent citatorum Equorum cursus, aliaque id genus, quæ Populi augere solent numerum, Mercatorum frequentiam, & Nundinarum celebritatem. Sed de re hujusmodi, veluti extranea, sermone relicto, ad propositæ quæstionis examen progredimur, dierum Festorum imminutione seclusa. Quibus Divini simul cultus & commerciorum ratio haberi posset.

§. 10. Eruditioni vestræ, Venerabiles Fratres, ignotum non erit quod hac de re Theologi tradunt. S. Thomas *in 2. 2. quæst. 122. art. 4. ad quartum* docet, arctiorem in antiqua lege fuisse observantiam Sabbati, quam sit in nova observantia diei Do- De Festorum dierum observantia, Theologorum sententiæ.

Dominici; dieque Sabbato vetita fuisse opera, quæ non vetantur die Dominico. Cardinalis vero Cajetanus in Commentario ad hunc locum asserit, licere Villicis diebus Festis Urbem petere, ut calceos emant, & his similia. De Alma vero Urbe sermonem instituens, morem profert hac tempestate jam obsoletum; Inquit enim: *Licitum est diebus Festis emere, ac vendere Asinos, Equos, quia sic est consuetudo in publico foro in diebus Festis, spectante Mundo; hæc enim omnia ubi antiquata consuetudo, ac per hoc a Prælatis scia, cum sint omnibus notoria, licita sunt ex ipsa consuetudine, fundata super libertate Evangelica, qua non tenemur stricto jure Veteris Legis de observatione Festorum*. Cajetano subscribunt *Sylvestr. in Summ. Verb. Negotium §. 2. Sylvius ad S. Thom. 2. 2. tom. 3. q. 122. art. 4. §. Ad prius, Suarez de Relig. tom. 1. lib. 2. c. 29. n. 3. ad plur. sequen. Giballin. de Negotiation. tom. 1. lib. 2. cap. 3. art. 2. n. 9. in fin.*

Item Canonistarum.

§. 11. Ejusdem sententiæ sunt etiam Ecclesiastici Juris Interpretes, ut videre licet apud *Fagnan. in cap. Multa n. 54. & seqq. ne Cleric. vel Monac.* idemque sentiunt *Gonzal. in cap. Omnes n. 8. de Fer. Pirhing. ad Tit. Decretal. de Feriis num. 18., Anaclet. eod. tit. n. 22. Engel. ibid. §. 2. 13. Pikher. num. 9. Schmalzgrueber n. 23.* aliique multi, qui facile citatis addi possent. Nonnulli vero ex Doctoribus Sacrorum Canonum inter *Mercatus*, & *Nundinas* discrimen constituunt; Ac primos quidem Diebus Festis ex præcepto observandis permitti non posse censent, secus tamen alias; quoniam nonnisi Diebus Festis Populi habetur frequentia, celebrationi Nundinarum congrua & necessaria, teste *Cappon. discept. 91. art. ult. n. 4.* Alii tandem docent, quavis consuetudine minime obstante, posse Episcopum in sua Diœcesi vetare, ne Mercatus, aut Nundinæ Festis Diebus habeantur; idque præter alios asserunt *Cappon. loco cit. n. 6. Gratian. decis. Marchiæ 21. Ventrigl. in Prax. Rer. Eccl. tom. 1. Amot. 16. §. 1. n. 19. Zaul. ad Statut. Favent. tom. 1. l. 7. observat. ad rubric. 2. n. 24. Nicol. in Prax. Canonic. tom. 1. lit. C. §. 1. num. 41.*

Qui distinguunt inter Mercatus, & Nundinas.

Quid in Synodalibus Constitutionibus decretum.

§. 12. Ne quid præteriremus, consuluimus etiam illustriores Synodos Diœcesanas, habitas ab Episcopis Ditionis nostræ temporalis. In celeberrima Farfensi Synodo Cardinalis Caroli Barberini anni 1684. & in Cesenatensi Cardinalis Denhoff anni 1693. interdicitur quidem Mercatus diebus Festis, nihil tamen de Nundinis constituitur. In aliis nullo discrimine Mercatus prohibentur, & Nundinæ, ut constat ex Synodo Lauretana Cardinalis Romæ anni 1626. maxime vero deficiente Indulto, ut expresse decernitur in Senogalliensi Cardinalis Antonii Barberini anni 1627. innovata anno 1737. ab Episcopo Isolano. Senogalliensi præterea Synodo Cardinalis Barberini consonat etiam Synodus Ariminensis Cardinalis de Via, edita anno hujus sæculi vicesimo quarto.

Responsa Congreg. Concilii.

§. 13. Congregationis Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum Responsa ad Episcopos, qui de suis Diœcesibus retulerunt, pari cura a Nobis perlecta sunt. De re ipsa consulta, rescripsit Episcopo Placentino, ut juxta antiquam consuetudinem sineret haberi Nundinas rerum parvi pretii die Festo S. Bartholomæi Apostoli, dummodo id non fieret in Atrio Ecclesiæ ut ex *lib. Decret. anni 1629 lib. 14. pag. 207.* Episcopo Casalensi anno 1665. responsum fuit: curaret sedulo, ne Mercatus haberentur Festis diebus, sed transferrentur in diem sequentem; omnemque pro viribus impenderet sollicitudinem, ut id ipsum impostcrum fieret, *si privilegium, vel immemorabilis consuetudo non adsit*. Anno 1697. Episcopo Theanensi respondit: *Tolerari posse Mercatus Diebus Festis, dummodo ad alium diem transferri nequeant; & ex eorum omissione jurgia, & scandala exoriri possint*.

Nundinæ celebrantur diebus Festis solemn.

§. 14. Probe insuper scientes, fieri non posse Nundinas sine expresso Supremi Principis permissu, cum id juris pertineat *ad Regalia, & quid majora*, ad tradita per *Sixtin. de Regal. lib. 1. cap. 6. num. 30.* hac etiam in parte opportunæ doctrinæ lumina quæsituri, non omisimus (ut paulo ante monuimus) inspicere Chirographa Summorum Pontificum Decessorum Nostrorum, qui veluti Supremi Provinciarum suarum Domini, eam facultatem multis Urbibus, & Oppidis concessere, haberique Nundinas indulserunt etiam diebus Festis institutis in honorem D. N. J. C., B. M. Genitricis ejus, frequentissime vero Sanctorum Patronorum Principalium, vel Titularium locorum, & Ecclesiarum, ad majorem Populi frequentiam, atque celebritatem conciliandam.

§. 15. Quæ

§. 15. Quæ omnia vel secum pugnantia, vel implexa, viam propositæ dissolvendæ quæstioni non compararunt, immo potius difficiliorem, & abstrusiorem reddiderunt. Ne igitur ullæ diligentiæ Nostræ partes deessent pietati, & zelo vigilum Antistitum Responsa Nostra cupientium; his omnibus seorsim positis, manus admovimus Ecclesiasticis Historiis, & Conciliis, e privatæ Bibliothecæ Nostræ penu depromptis. Quibus pressius insistentes, semper tamen præ oculis habito præsenti rerum statu, longo usu & antiquitate fulto, significandum Vobis esse censemus. Pontifex rei naturam sedulo scrutatur.

§. 16. PRIMO, Mercatus, & Nundinas Festis diebus non licere. Nundinas autem intelligimus, *quæ sunt de rebus majoribus, & semel in anno fiunt, vel raro in eodem loco, & de longinquo ibidem conveniunt homines: Mercatus vero, qui fiunt in rebus minoribus, ad quotidianas necessitates pertinentibus, & fiunt singulis septimanis, & ab Hominibus de vicino ibidem convenientibus*: Verba sunt Venerab. Servi Dei Umberti de Romanis, Quinti Magistri Generalis Ordinis Prædicatorum, in egregio opere *de eruditione Religiosorum Prædicatorum lib. 2. n. 91. pag. 351. editionis Romanæ*. Id autem pronunciamus, non quia vendere, ac emere sit opus servile, ideoque vetitum diebus Festis; sed quia actiones hujusmodi impediunt & distrahunt Christifideles a cultu divino, ad quem dies Festi sunt instituti. Nundinæ diebus Festis celebrari non debent.

SECUNDO, Antiquum profecto esse abusum Mercatuum, itemque Nundinarum iisdem diebus. Sed esse abusum consuetudine firmatum.

TERTIO, Ecclesiasticis legibus quovis tempore illas fuisse vetitas.

QUARTO, Hujusmodi justas sanctasque leges caruisse effectu.

QUINTO tandem, quia malum universale est, ac alte radices egit; opus est prudentia, & maturitate, ne fructu careat medela, ac vulnus exasperet: Quod possumus exigendum est, non quod optamus. Admonitionibus proinde uti satius videtur, quam minis, & si minæ quandoque intententur, servandum est exacte monitum sapientissimum S. Augustini in Epistola 22. ad Aurelium Carthaginensem Episcopum, qui agens de auferenda Conviviorum licentia totam passim Africam fœde occupante sub inani obtentu honorandi Festa Sanctorum Martyrum, scripsit: *Non aspere, quantum existimo, non duriter, non modo imperioso ista tolluntur; magis docendo, quam jubendo; magis monendo, quam minando; sic enim agendum est cum multitudine. Severitas autem exercenda est in peccata paucorum. Et si quid minamur, cum dolore fiat, de Scripturis comminando vindictam futurorum; nec nos ipsi in nostra potestate, sed Deus in nostro sermone timeatur. Ita prius movebuntur spirituales, vel spiritualibus proximiores; quorum auctoritate, & lenissimnis quidem, sed instantissimis admonitionibus, cætera multitudo frangatur.* Nec nisi prudentia & maturitate corrigi posse.

§. 17. Ad propositam a Nobis rationem firmandam, sufficit legere Catechismum Tridentini Concilii *part. 3. præcept. 3. num. 3.* ut simul addiscatur, in quæ opera Christifideles festis diebus debeant incumbere. Ea nimirum sunt, Divino Sacrificio reverenter adesse; Dei verbum attente, pioque corde audire; Ecclesias frequentare; mundare conscientiam; Deo laudes persolvere, aliasque salutares exercitationes obire. Diu ante Romanum Catechismum idipsum feliciter enunciatum fuit a Sancto Nicolao Papa hujus nominis I. in Responsis ad Consulta Bulgarorum *Tom. 22. Collect. Concilior. editionis Regiæ num. 10. pag. 441. Sane* inquit, *sciendum est, quoniam idcirco in diebus Festis ab opere humano cessandum est, ut liberius ad Ecclesiam ire, psalmis & hymnis, & canticis spiritualibus insistere, orationi vacare, oblationes offerre, memoriis Sanctorum communicare, ad imitationem eorum assurgere, eloquiis divinis intendere, eleemosynas indigentibus ministrare valeat Christianus*: Inde etiam coacti in Conciliis Patres rationem potissimam hausere denunciandi, illicitam esse diebus Festis celebrationem Mercatus, & Nundinarum. Qua de re videnda Concilia Rhemense, ac Turonense habita an. Domini 1583. In eandem sententiam Narbonense anni 1609. decrevit: *Mercatus, Emporia, & Nundinæ nusquam fiant diebus Festis, sed in antecedentem, vel subsequentem Festivitatis diem transferantur*; Eorum porro Conciliorum verba fideli calamo recensentur a *Pouget in Institutione Catholic. Tom. 1. pag. 724. & sequentibus.* Festi dies in pietatis operibus, non in negotiis sæculi transigendi.

§. 18. Cæterum habendarum Nundinarum, & Mercatuum diebus festis corruptelam antiquo jam tempore invaluisse, plurima evincunt monumenta. S. Basilius Cæsareen- De abusu Nundinarum diebus Festis pridem inducto, Testimonium S. Basilii.

sareensis Archiepiscopus, qui quarto Christianæ Ecclesiæ sæculo vixit, in Regula Monachorum *interrogatione* 38. post stabilitum ipsorum laborem, propriis manibus dietim absolvendum, indicavit in *sequenti interrogatione*, quomodo peracta opera vendi deberent, ut eorum pretio sustentarentur. Mox *in interrogatione* 40. scripsit: *Neque vero quoniam alii jam eam, quæ apud Sanctos obtinebat, consuetudinem violavere, qui cum pro se invicem orare debuissent, & una cum pluribus Deum adorare, & cum lacrymis implorare, ipsumque pro peccatis propitium reddere, gratias pro beneficiis rependere, ac verbis hortativis sese ædificare (quod adhuc nostra etiam memoria usitatum, & observatum fuisse novimus); pro his omnibus forum, Nundinasque, ac commune emporium & tempus illud, & locum efficiunt; continuo nos etiam hos imitari par est, ejusque rei participatione absurda, & inepta confirmare*: ut videre licet *in Tom.* 2. *Operum* ejusdem S. Basilii *editionis Parisien. pag.* 346. Aurelius Cassiodorus Senator, & ab Epistolis Theodorici Regis Gothorum, qui vivebat sæculo sexto *in Epistola* 33. *lib.* 8. *tom.* 1. Festum celeberrimum describens, quod in Lucania agebatur in honorem S. Cypriani Martyris, itemque Miraculum a Deo hac occasione edi solitum ad Fontem Marcilianum, mentionem pariter ingerit de Nundinis longe frequentissimis ad augendam Festi celebritatem ibidem institutis. *Quidquid enim* (inquit) *præcipuum aut industriosa mittit Campania, aut opulenti Brutii, aut Calabri pecuniosi, aut Apuli idonei, vel ipsa potest habere Provincia, in ornatum pulcherrimæ illius venalitatis exponitur, ut merito tam ingentem copiam judices de multis Regionibus congregatam*. Jubet deinde Severo Provinciæ Præsidi, ut vim tumultuariam Villicorum quorundam comprimat, qui commeantes Mercatores spoliabat. Ad finem ejusdem sæculi vixit S. Gregorius Turonensis Episcopus. Is autem *in lib.* 1. *de gloria Martyrum cap.* 32. *editionis Parisien. pag.* 758. describit nobile Festum, quod in honorem S. Thomæ Apostoli fiebat Edessæ, ubi sacræ illius exuviæ ex India translatæ quiescebant. Fontem mirifice scaturientem memorat, potum confluentibus ad Festum, quod triduo agebatur, tribuentem: nec reticet liberas a vectigalibus Nundinas, quæ sacram celebritatem illustriorem reddebant: *In superdicta igitur Urbe, in qua beatos artus diximus tumulatos, adveniente Festivitate, magnus aggregatur Populorum Cœtus, ac de diversis Regionibus cum votis, negotiisque venientibus, vendendi, comparandique per triginta dies sine ulla telonii exactione licentia datur*. Theodoricus Ruinartius in notis ad hunc locum animadvertit, in quibusdam exemplaribus legi: *Negotiatoribusque venientibus*; in aliis vero: *Negotiisque venientes*: negotiique nomine res venales indicari: Tandem undecimo ineunte sæculo, cum Mediolani in Templo S. Mariæ ad Portam septimo Idus Maji aliquot insignes Sanctorum Reliquiæ fuissent inventæ, constitutum est a Clero, ut ad perennem rei memoriam Dies ipse quotannis Festus haberetur, Populusque universus feriaretur, *tamquam in die Resurrectionis, & Nativitatis Domini Nostri Jesu Christi. Quo etiam die, ad frequentationem solemnitatis, statutum est, annuale esse Mercatum*, teste Landulpho Juniore *capit.* 2. suæ Historiæ, apud Muratorium *tom.* 2. *Collect. Scrip. rer. Italicar.*

Cassiodori. S. Gregorii Turonensis. Landulphi Junioris. (marginal notes)

Ecclesiasticæ Leges adversus pravam consuetudinem Laicæ.

§. 19. Quod autem vigiles Ecclesiarum Præsides nunquam omiserint, in hujusmodi abusum celebrandarum Nundinarum atque Mercatuum diebus Festis, invehere, agnoscere potestis ex *tom.* 4. *Anecdotorum Parisiis editorum* a Martene, & Durand. *pag.* 335. & 1133. Ex amplissima collectione Scriptorum, & monumentorum ab iisdem publicata, præsertim *tom.* 7. *pag.* 1401. & *tom.* 8. *pag.* 1006., 1560. & *seq.*; Itemque ex Labbeana Collectione Conciliorum editionis Parisiensis *tom.* 7. *pag.* 1177. *tom.* 8. *pag.* 111. & 127. *tom.* 9. *pag.* 422. & 584. *tom.* 13. 1380. & *tom.* 13. *pag.* 702. Inter Acta Mediolanensis Ecclesiæ idipsum liquet ex Tertio Provinciali Concilio, & Undecima Synodo Diœcesana S. Caroli. Quod si id genus testimonia ex Canonico quoque Jure petenda sint; in prima Decretali sub *Titulo de Feriis* vobis occurrit præceptum, quo jubentur Christifideles *diebus Dominicis ab omni illicito opere abstinere, ut in eis Mercatum minime fiat*. Quo nomine comprehenduntur etiam Nundinæ, ut in Commentariis ad allegatum Textum docent plerique Canonici Juris Interpretes. Præterea in Bullario Romano extat Constitutio quinta S. Pii V. in cujus §. 8. Pontifex vigilantissimus cavit: *Ut omnes Dies Dominici, &*

præ-

præcipue in honorem Dei, Beatæ Mariæ Virginis, Sanctorum Apostolorum feriati, cum omni veneratione observentur, & omnes in diebus præfatis Ecclesias frequentent, Divinis Officiis devote intendant, ab omni illicito, & servili opere abstineant, Mercatus non fiant, profanæ negotiationes, & judiciorum strepitus conquiescant.

§. 20. Adversus tot saluberrimas Ecclesiæ Sanctiones provide editas, suborta jam diu corruptela adhuc perseverat, & a Populis pertinaciter retinetur non in nostra solum temporali Ditione, verum etiam in tota Italia, ut testatur Muratorius *tom.* 2. *Antiquitatum Italicarum dissert.* 32. ubi postquam asseruit magnis Mercatibus tributum fuisse nomen *Feriæ*, vulgo *di Fiera: Hisce vero hoc nomen inditum, quod plerumque diebus feriatis haberentur, hoc est, in Natali alicujus Sancti, aut Dominicis Festivitatibus*, opportune ad rem prosequitur: *Quem morem parum alioqui laudabilem adhuc Italia servat:* In Transalpinis quoque Provinciis idem abusus, antiquo tempore invectus, hodie viget; quemadmodum videre licet apud Theologos, & Sacri Juris Interpretes a Nobis paulo ante memoratos, quitamen patrium morem, etsi minus probum, excusant colore obtenti Indulti, vel consuetudinis antiquæ constanter toleratæ. Quapropter suspicari merito possumus, toti fere Orbi Christiano accidisse, quod in Anglia contigit duodecimo Christi Sæculo. Abbas Flajensis, ut refert Matthæus Parisius, subectæ sibi regionis populis vetaverat Mercatus, & Nundinas diebus Dominicis, quamvis illæ in tota Anglia fierent; sed vix aliquandiu relicto abusu, in vetitum morem Gentes illæ rediere. *Verumtamen tempore procedente, plerique, ut canes, ad vomitum sunt reversi.* Etiam extra Italiam.

§. 21. Reliquum modo est, ut dispiciamus, quod ultimo tandem loco expendendum proposuimus, quo scilicet remedio prudenter ac salubriter uti debeamus, ut grassans ætate nostra tollamus absurdum. Pontificis consilium.

§. 22. Debito procedentes ordine, *Mercatus* a Nundinis distinguimus. Textus Juris Canonici paulo ante allegatus in *cap.* 1. *de Feriis* loquitur de *Mercatu*. Idem quoque Verbum in Constitutione sua usurpat S. Pius V. Communis præterea sententia est, (quidquid sit de Nundinis) Mercatum haberi non posse Diebus Festis, sed esse transferendum in antecedentem, vel in subsequentem diem, si in Festum inciderit. Huic regulæ Nos inhæsimus, facultatem tribuentes die 9. Maji 1742. Viro Nobili Ferrariensi habendi Mercatum in suo Rure qualibet feria V. dummodo in illam non incideret Festum servandum ex præcepto, quo casu Mercatus transferretur in feriam quartam. Quia de re omnem dubitandi ansam præcidentes, Vobis per hæc Apostolica scripta mandamus, ne in Diœcesium Vestrarum Urbibus, & Locis, *Mercatus* fieri Festis Diebus patiamini. Mercatus omnino prohibent diebus Festis.

§. 23. Libentius præterea id Vobis præcipimus, quia post sedulum ac maturum examen, consentanee idipsum decrevit die 2. Maji 1711. Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini Interpres in Causa *Ripana Mercatus*, ut *ex lib.* 61. *Decretor. pag.* 103. *a terg.* Quod Decretum Apostolica auctoritate Nostra comprobantes, instar regulæ esse volumus, ac in omnibus Temporalis Ditionis Nostræ Provinciis, Urbibus, ac Locis S. Sedi Apostolicæ mediate, vel immediate subjectis, inviolabiliter observari præcipimus. Decreti hujusmodi sequens est exemplum: *Cum modernus Episcopus Ripanus die mense Septembris* 1709. *edictum typis mandaverit super observantia dierum Festorum, in quo signanter illud præscripsit* §. 2. *Le fiere, che sogliono farsi in alcune Feste determinate dell' Anno, si tollerano dopo celebrata la Messa Maggiore. Ma i Mercati, che si fanno in giorno fisso della settimana, cadendo in questo qualche Festa, si trasferiscano nel giorno antecedente, o susseguente non festivo, secondo la disposizione di tutti i Sinodi Diocesani da' nostri Antecessori stampati sotto le infrascritte pene &c. Nihilominus Civitas, & Homines Ripani ad impediendam ejusdem Edicti promulgationem, ex asserta immemorabili consuetudine habendi Mercatum in die Sabbathi, etiamsi in eum incidat dies Festus, obtinuerunt ab A. C. Monitorium super manutentione cum inhibitione. Sed R. P. Auditoris Sanctissimi Decreto Causa remissa fuit ad hanc Sacram Congregationem, in qua concordato infrascripto Dubio, contingit hodie ex deducendis hinc inde a Partibus momentis disputari: An liceat Communitati, & Hominibus Ripæ habere Mercatum die Sabbathi, intus, vel extra Civitatem, quando occurrit quod sit dies festivus in casu &c.* Eaque de re confirmat Decretum Concilii in Ripana Mercatus. Tenor Decreti.

&c. Die 2. Maii 1711 Sacra Congregatio Concilii respondit NEGATIVE, & hujusmodi causam amplius non proponi mandavit.

Consuetudinem immemorabilem non suffragari decernit.

§. 24. Et sane nullum hic locum habet quævis consuetudo, etiam immemorabilis, ut, omissis generalibus jurisprudentiæ regulis, perspicue liquet ex aliis momentis mox adducendis. Ante memoratam Causam Ripanam, proposita in Congregatione Concilii fuit alia, inscripta *Barchinonen. Observationis Festorum*: Contendebant Mercatores Barchinonenses, vendere posse Merces suas diebus Festis, consuetudine fulti immemorabili, rite probata, ac etiam speciem, & imaginem necessitatis præferente. Finitimorum siquidem Locorum Incolæ reliquis hebdomadæ diebus victui quærendo, ac laboribus intenti, nonnisi die Festo ad Urbem accedebant. Adversante nihilominus Episcopo, Causa proposita fuit in Congregatione, quæ die 13. Maji 1669. respondit: Id Mercatoribus non licere, quacumque consuetudine immemorabili nequaquam obstante. Putarunt tamen Mercatores succumbentes, hujuscemodi rescripto fundamentum præbuisse opinionem ingestam forte Partibus: *Se distrahere velle Merces apertis Apothecarum foribus*. Instaurato proinde judicio, ac mente patefacta, validiore conatu objectæ consuetudini immemorabili institerunt; Congregatio tamen die 27. Martii 1683. in priori sententia, & decreto perstitit, silentiumque Mercatoribus imposuit.

Ejusdem Congreg. judicium in Causa Barchinonen.

De Nundinis.

§. 25. Mercatibus succedunt *Nundinæ*, quarum respectu propositum nostrum esset ea decernere, quæ Mercatibus statuimus, pleno corde illis inhærentes, qui Festos Dies, qua decet cura ac sedula religione, sanctificari a Christifidelibus cupiunt, & pro viribus enituntur. Sed ne pejora contingant absurda, præcipimus quod possumus, non quod optamus.

Observantia dierum Festorum remittitur, necessitate id exigente, ab Alex. III.

§. 26. Neminem certe latet, quo flagraverit zelo, quantumque divini honoris fuerit studiosus, celebratissimus Pontifex Alexander III. Noster Prædecessor; Ratione tamen pari, ac necessitate compulsus, indulsit quibusdam Populis, ut diebus Dominicis, aliisque Festis, piscarentur, majoribus dumtaxat Solemnitatibus exceptis; dummodo piscatione peracta, congruentem eleemosynam impertirent vicinis Ecclesiis, & pauperibus Jesu Christi, ut habetur *in Cap. licet de Feriis*.

Similiter a Sixto V.

§. 27. Dum in minoribus constituti a Secretis eramus memoratæ Congregationis Concilii Tridentini Interpretes; præ manibus habuimus Indultum fel. record. Sixti Papæ V. Prædecessoris Nostri, qui ad preces cujusdam Abbatis Ordinis S. Benedicti Diœcesis Gerunden. facultatem impertitus est piscandi Diebus Festis Habitatoribus Castri, mari adjacentis, post auditam Missam, & post meridiem, adjecto onere tribuendi Abbati, ejusque Monasterio tertiam lucri partem, in Ecclesiæ instaurationem pie erogandam. Quæ conditio progressu temporum cum nimis onerosa visa sit Piscatoribus, paupertate pressis, & exhaustis dispendio, quod Naves Piscatoriæ exigebant; re ad Sacram Congregationem delata, imminutum fuit primævum onus ad septimam partem, ut ex *Decreto edito die 14. Augusti 1710.*

Rationes indulgendi celebrationem Nundinarum diebus Festis.

§. 28. Fatemur sane, necessitatem, quæ sese Alexandro III. objecerat, cum illa, in qua versamur, non esse conferendam. Nostra tamen gravis est, si illa fuit gravissima. Durum enim est, atque asperum a Populis adimere, quod Decessores Nostri peculiaribus Literis indulserunt: Res præterea hujusmodi conditionis est, quæ pluries vetita, atque sublata, denuo in pristinum morem emersit: De ipsa non una est Theologorum, & Canonistarum sententia: Quinimo aliquot doctrina, & pietate illustres illam illicitam non habent. De re tandem agitur, qua sublata, minuerentur Populorum commoda, atque commercia, humanæ vitæ longe opportuna. E contra vero retineri alio modo non potest, quam quo viget; Etenim difficillimum, ne dicamus impossibile, deprehenditur, frequentes haberi posse Nundinas extra dies Festos, quibus confertim Populi confluunt, quovis alio soluti labore, ac negotio.

Conditionis adjectæ pro Nundinis Senogalliensibus.

§. 29. Inter Nundinas, quæ in Provinciis nostris aguntur, Illustriores, ut bene nostis, sunt Senogallienses protractæ multis diebus. Cum Anconitanam Ecclesiam Senogalliensi finitimam regeremus, non sine mœrore intelleximus, tempore Nundinarum ea omnia fieri Festo etiam die, quæ aliis hebdomadæ diebus Divino cultui non consecratis, peragebantur. Huic malo occurrere satagentes, die 14. Augusti superioris anni Constitutionem Nostram de Nundinis Senogalliensibus publicavimus,

qua

qua præter cætera jussimus, ut Diebus Festis Apothecæ clauderentur; Neque matutinis horis, aut vespertino tempore, quibus Divina Officia in Ecclesiis celebrantur, vel Dei verbum Populo nuntiatur, Contractus fierent. Imminutum vero hac de causa sæcularibus negotiis tempus compensaturi, Nundinarum dies, cum iisdem Privilegiis & immunitatibus, opportune multiplicavimus. Exequutioni debitæ jussa nostra hoc anno mandata, meliorem atque utiliorem rerum ordinem pepererunt, magno omnium Civium, & bene moratorum hominum solatio. Compensatio.

§. 30. Id ipsum, Ven. Fratres, & vos agite. Constituite, Auctoritate Nostra, matutinas & vespertinas horas, quibus Festo Die, quo Nundinæ habentur, claudi debeant Apothecæ, nec publica possint exerceri commercia, ut qui ad Nundinas confluxerunt, Missæ Sacrificio, & Divinis Officiis intersint, aliisque Christianis operibus Festum sanctificent. Vigilate, ut omnia plene, & exacte impleantur. Nos autem per Publicum Edictum non prætermittemus extendere Nundinarum privilegia ad diem sequentem, qui Festus non erit; ut temporalia negotia paucarum horarum spatio, propter Dei cultum & animarum salutem, intermissa, integri diei accessione commode peragantur. Ne certis per diem Festum horis commercia agantur;

§. 31. Hæc sunt, Ven. Fratres, quæ post maturum examen, auditamque gravium atque doctorum Virorum sententiam, de proposita quæstione Vobis significanda censuimus, quibus omnibus Apostolicam benedictionem peramanter impertimur. Dies Nundinarum prorogatur.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem die quinta Novembris MDCCXLV. Pontificatus Nostri Anno Sexto. Dat. die 5. Nov. 1745.

DIVISIO MATERIARUM CXLV.

Et Gratiarum Apostolicarum, quæ per Datariam Apostolicam, quæque per Secretariam Brevium Secretorum sunt expediendæ.

BENEDICTUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

GRAVISSIMUM Ecclesiæ Universæ reique publicæ regimen humilitati Nostræ concreditum, optima, quantum Nobis ex alto conceditur, ratione moderari; simulque ab omnibus iis, quorum opera ac ministeriis utimur, concordibus atque in unicum publicæ utilitatis scopum collineantibus studiis procurari cupientes; id maxime interesse arbitramur, ut singulis Officiis, quibus tam Justitiæ administratio, quam Gratiarum dispensatio continentur, proprias atque distinctas in Republica partes, certosque tum auctoritatis tum jurisdictionis limites designemus: Constat enim, non aliunde certiorem gubernii concordiam, quam ex recta divisione munerum, & Officiorum partitione coalescere; nec magis firmam corporis stabilitatem, quam ex apta atque ordinata membrorum omnium distinctione consistere. Quapropter, cum anno proxime elapso editis Apostolicis Literis XII. kalendas Januarii, quarum initium est: *Romanæ Curiæ præstantiam*, hujusmodi munerum & jurisdictionum divisionem pro Judicibus & Tribunalibus hujus Nostræ Curiæ, in iis, quæ pertinent ad legitima Causarum judicia, opportune statuerimus: animum in præsentia adjicimus ad certos constituendos, intra quos ea quoque Officia se in posterum continere debeant, quibus demandata est expeditio Gratiarum, quæ de Apostolicæ Sedis liberalitate tam in universos Christifideles, quam in Subditos Ditionis Nostræ Populos, assidue diffunduntur. Officiorum & jurisdictionum distinctio regimini necessaria. Reformatio Tribunalium a Sanctissimo Domino Nostro peracta.

§. 1. Porro ad expedienda complura hujusmodi Gratiarum genera, inter cæteros Apostolicæ Sedis Ministros & Officiales, unus in Dataria Apostolica ab immemorabili tempore, Magister Brevium nuncupatus, cujus electionem ante Pontificatum fe- De Officio Magistri Brevium in Dataria Apostolica.

 licis

licis recordationis Prædecessoris Nostri Pauli Pauli Papæ V. ad Collegium Secretariorum Apostolicorum absque controversia pertinuisse dignoscitur. Verum quum de anno 1614. post obitum olim Joannis Mileti ad hujusmodi Officium Magistri Brevium a prædicto Collegio Secretariorum Apostolicorum electi, super jure novum Magistrum Brevium eligendi & deputandi, triangularis orta esset lis & controversia; num scilicet ad Datariam Apostolicam, an vero ad prædictum Collegium Secretariorum Apostolicorum, vel potius ad Collegium Scriptorum Brevium, prædicti Officialis electio & deputatio spectaret: eaque Lis & Causa coram bon. mem. Marco Aurelio Maraldo tunc temporis Datario discuteretur, atque adhuc indecisa penderet, idem Prædecessor Paulus hujusmodi Litem & Causam auctoritate Apostolica ad se avocavit, atque omnibus rite perpensis, per suam Schedulam Motus proprii decrevit & declaravit, electionem personæ, quæ Officium Magistri Brevium exerceret, a prædicto Collegio Secretariorum Apostolicorum semper faciendam esse & fore, factamque tunc ab ipso Collegio electionem in persona Joannis Jacobi Bulgarini ratam habuit, approbavit, & confirmavit.

Quod a Gregorio XV. in Officium Vacabile erectum fuit.

§. 2. Postea recolendæ memoriæ Prædecessor pariter Noster Gregorius Papa XV. Anno MDCXXII. Officium hujusmodi Magistri Brevium in Officium Vacabile sub eodem titulo, cum adnexis Prælaturæ insigniis & honoribus, & cum facultate illud resignandi pro justo pretio, ad instar aliorum Officiorum Vacabilium, erexit, ipsique pro tempore Prælato hujusmodi Officii possessori, omnia & singula emolumenta, quæ de cætero in Gratiarum expeditionibus a Magistro Brevium percipi & exigi consueverant, perpetuo cessit & assignavit; atque ità de una in alteram personam transeundo, Officium prædictum in proprietatem devenit Venerabilis Fratris Alexandrini de Abbatibus, nunc Viterbiensis Episcopi. Cum autem Nos, conservandis augendisque Apostolici Ærarii utilitatibus solicite intenti, uberes ejusdem Officii redditus, cum primum illud ex persona moderni ipsius Possessoris vacare contigisset, Cameræ Nostræ Apostolicæ in perpetuum applicare & appropriare statuissemus; ut etiam citius hujusmodi applicatio & appropriatio suum sortirentur effectum, Officium ipsum a prædicto Alexandro Episcopo pro competenti pretio resignari curavimus. Quod quum ipse de facto in manibus Nostris sponte resignasset; Nos resignationem hujusmodi admittentes ad commodum & favorem ejusdem Cameræ Apostolicæ, per speciale Chirographum manu Nostra signatum sub die 6. Junii Anni Domini MDCCXLII. mandavimus, ipsi Resignanti persolvi ex pecuniis prædictæ Cameræ tredecim millia scutorum monetæ Romanæ de juliis decem pro quolibet scuto, pro pretio convento prædicti Officii, quemadmodum soluta fuerunt; & ex tunc hujusmodi Officii Magistri Brevium nuncupati annuum fructum, & emolumenta ex ipsius Officii exercitio pro tempore redigenda, eidem Cameræ Apostolicæ applicavimus, & perpetuo incorporavimus; ita tamen, ut a Nostro & Pontificum Successorum Nostrorum pro tempore Datario, unus aliquis Officialis eligi, & cum congrua mercedis assignatione deputari debeat, ad hoc ut sub ejusdem Datarii directione, nomine vero Cameræ Apostolicæ, Officium ipsum fideliter exerceat, & administret, prout supradictus Alexander Episcopus ejusque in dicto Officio Prædecessores pro tempore exercuerunt; ac de perceptis seu exactis emolumentis, statutis temporibus, quandocumque opportunum visum fuerit, rationem reddat, prout in prædicto Chirographo manu Nostra signato, & in Instrumento indidem per acta dilecti Filii Gregorii Castellani unius ex ejusdem Cameræ Apostolicæ Secretariis sub die quinta Julii ejusdem anni confecto, & stipulato, latius & uberius continetur.

Ipsius redditus Cameræ Apostolicæ applicati a SummoPontifice.

Qui separari jubet gratiarum genera per dictum Officium expedien. ab aliis, quæ per Secretariam Brevium expediri possunt.

§. 3. Ut autem certa ratione constet, quænam gratiarum, & concessionum genera per Datariam prædictam, & per organum hujusmodi Magistri Brevium in posterum expediri oporteat; quænam vero sint expeditiones, quæ per Literas sub Annulo Piscatoris, & per Secretariam Brevium Nostrorum Secretorum fieri permittuntur; omnisque inordinatio & confusio tollatur, quæ ex promiscuo recursu ad prædictas Datariam, & Secretariam Brevium, alias usitato, oriebatur; non sine fraudum periculo, & Officiorum Vacabilium de expeditionibus participantium, adeoque ipsius Cameræ Nostræ Apostolicæ detrimento; mandavimus Dilecto Filio Nostro Dominico Titu-

Tituli Sancti Bernardi ad Thermas Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbytero Cardinali Passioneo nuncupato Brevium Nostrorum secretorum Secretario, necnon dilecto Filio Magistro Joanni Jacobo Millo Datario Nostro, ut unanimi studio, perpensis veteri stylo & consuetudine, atque etiam ipsa multiplicis gratiarum & concessionum natura, consilium suum Nobis aperirent super hujusmodi negotiorum divisione & congrua partitione inter prædicta Officia inviolabiliter in posterum stabilienda & respective servanda.

§. 4. Ipsi vero præmissa omnia sedulo & accurate pensantes, auditis etiam utriusque Officii prædicti Ministris in eorum praxi, stilo, & consuetudinibus, respective peritis, post maturum examen, Elenchum quendam, communi ipsorum consensu conceptum, & utriusque subscriptione signatum Nobis obtulerunt, in quo sigillatim continebantur materiarum seu gratiarum Apostolicarum genera: Primo quidem earum, quarum expeditionem ad dictam Secretariam Brevium Secretorum privative; secundo earum, quarum expeditionem, tam ad ipsam Secretariam, quam ad Datariam Apostolicam promiscue; tertio demum earum, quarum expeditionem ad ipsam Datariam privative spectare debere convenientius judicarunt.

§. 5. Porro concessiones, & gratiæ, quarum expeditio, juxta prædictum Elenchum, Secretariæ Brevium Secretorum privative tribuitur, tales sunt: *Altaria portatilia: Altaria privilegiata: Concessiones habitus Militiæ Domini Nostri Jesu Christi, aut alterius Militiæ similis: Avocationes Causarum, & extinctiones Litium: Abbreviatoriæ Nuntiaturarum: Indulta gaudendi privilegio antianitatis pro Advocatis Consistorialibus Coadjutoribus: Creationes in Militem auratæ Militiæ, & in Comitem Palatinum: Licentiæ ingrediendi in Monasterium educationis causa: Facultates permanendi in Monasterio in habitu sæculari: Capiendi possessionem nomine Cameræ: Vescendi prohibitis: Brevia facultativa Magnis Magistris cujuslibet Ordinis Equestris, vel Militiæ: Benedictiones Agrorum contra Animalia nociva: Commutationes voluntatis: Confirmationes Decretorum Congregationum, & Literarum patentium Nuntiorum, aut Legatorum Sedis Apostolicæ: Commutationes Officii Divini in alias preces: Creationes in Generalem, aut alios Officiales Regulares: Clericatus Cameræ: Admissiones ad privilegia Civitatis, vulgo Cittadinanze: Deputationes Coadjutorum in Officiis & muneribus sæcularibus: Communicationes privilegiorum & Indulgentiarum: Confirmationes electionum Personarum, non tamen super re Beneficiaria: Creationes Magistrorum, Abbatum, & aliorum Graduatorum Regularium: Commissiones contra Episcopos: Dispensationes super defectu ætatis tredecim mensium, vel alterius temporis, ad effectum suscipiendi Ordines: Declarationes Cappellæ publicæ: Derogationes Fideicommissorum: Doctoratus: Deputationes Fideicommissorum, Visitatorum, Collectorum, Auditorum, & Notariorum Nuntiaturarum & aliorum similium: Dispensationes super Bigamia, aut alio simili impedimento obsistente receptioni in Militiis, & Ordinibus Equestribus: Licentiæ concedendi Bona Ecclesiastica in emphyteusim ad tempus, & ad tertiam generationem, dummodo tamen Canon, aut Census annuus, summam decem ducatorum auri de Camera non excedat, prout reperitur in regestis: Erectiones Marchionatus in Principatum, aut Ducatum vel Comitatum: Erectiones Montium, Collegiorum & Provinciarum pro Regularibus: Dismembrationes Conventuum pro Regularibus: Dismembrationes Conventuum ab aliqua Provincia ad effectum erigendi aliam: Oeconomatus: Erectiones Archiconfraternitatum cum facultate aggregandi: Facultates Universitatibus studiorum: Facultates Episcopis suscipiendi munus Consecrationis: Licentia patrocinandi in Causis Civilibus: Retinendi Famulam in Monasteria: Facultates absolvendi a casibus reservatis: Retinendi Sacrum Oleum Infirmorum: Et asservandi Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum: Facultates S. R. E. Cardinalium, Legatorum, Nuntiorum, & Episcoporum Pontificio solio assistentium: Facultates assumendi nomen & Titulum Archiepiscopi, etiamsi Pallium quis non habeat: Gubernia: Indulgentiæ ordinariæ, & extraordinariæ: Indulta emittendi professionem ante completum annum Novitiatus: Emittendi pariter professionem in Conventu non destinato: Utendi Birettino: Non incedendi in habitu, ratione pensionum, juxta Constitutionem Sixti V. ad triennium: Impositiones super Ecclesiasticis: Cruciatæ: Prorogationes pensionum: Exemptio-*

Elenchus Gratiarum per Secretariam Brevium privative expedien.

xemptiones a vectigalibus, Processionibus, & oneribus : Licentiæ ingrediendi Monasteria & pernoctandi in eis : Creandi Census, eosque extinguendi : Permutationes Bonorum, non tamen super materia beneficiali vel Ecclesiastica : Indulta capiendi possessionem post signatam supplicationem, & ante expeditionem Literarum, tam pro Episcopis, quam pro quocumque Beneficio Ecclesiastico, ad sex menses : Percipiendi fructus in absentia & non residendo : Permanendi extra Statum Ecclesiasticum : Habendi Fenestram, Cancellos, & Januam in publicis Ecclesiis : Recipiendi Sacram Communionem in privatis Domus Oratoriis : Retinendi, & legendi Libros prohibitos : Exercendi Opera servilia diebus festivis : Celebrandi in loco patrati delicti : Incedendi in habitu laicali, ad effectum dumtaxat gaudendi privilegio Fori, & retinendi pensiones, ut supra. Legitimationes : Concessiones habendi locum in Consilio Ferrarien., aut alterius Civitatis, & Terræ Status Ecclesiastici : Dispensationes Matrimoniales pro Principibus Supremis : Oratoria privata : Creationes Protonotariorum Apostolicorum non participantium : Prohibitiones extrahendi Libros, Paramenta, & utensilia sacra : Revocationes talium prohibitionum : Prorogationes ad tempus, non tamen ad præsentandum, aut publicandum, vel ad suscipiendos Ordines, sive aliquem gradum, juxta decretum appositum in supplicatione per Datariam : Facultates privativæ imprimendi Libros : Revalidatoriæ, seu Perinde valere super Brevibus jam expeditis : Loca seu Officia Quadraginta Virorum Reformatorum status libertatis Civitatis Bononien., & resignationes eorumdem Locorum seu Officiorum : Restitutiones in integrum, dummodo non sint in materia beneficiaria : Reductiones onerum & Missarum : Concessiones privativæ venationis : Provisiones Ecclesiarum in Partibus Infidelium ad instantiam vel commodum Congregationis de Propaganda Fide, favore Vicariorum, necnon Ecclesiarum Scotiæ & Hiberniæ, quæ a prædicta Secretaria gratis conceduntur : Auditoratus Rotæ Maceraten., Ferrarien., & Bononien. : Officia Signaturæ : Alia Officia, & munera secularia, quæ a Romano Pontifice Sæcularibus conferuntur, & quæ per Breve expediri consueverunt, & similia, quæ respiciunt secularitatem sine ulla connexione cum re beneficiaria, cujusmodi sunt Capitaneatus, Baroncellatus, Fiscalatus, & similia; necnon Deputationes Coadjutorum in ejusdem : Licentia Personis Ecclesiasticis suscipiendi tutelam Minorum, & nobilibus Mulieribus viduis suscipiendi tutelam Filiorum : Item Personis Ecclesiasticis, studendi Juri in publicis Studiorum Universitatibus : Extrahendi Reliquias : Versandi cum Hæreticis : Locandi ad tempus : & Indulta liberandi Reos pro Confraternitatibus.

Item earum, quæ tam per Datariam, quam per Secretariam Brevium expediri possunt.

§. 6. Gratiæ autem & concessiones, quæ tam per Secretariam Brevium prædictorum, quam per Datariam Apostolicam promiscue, juxta dictum Elenchum, poterunt expediri, sunt quæ sequuntur. *Confirmationes Contractuum, Statutorum, Privilegiorum, Ordinationum, Concordiarum, & Transactionum, tam in forma communi, quam in forma specifica : Absolutiones cum dispensationibus ad Ordines super Irregularitate proveniente ex defectu corporis, vel ex delicto, non tamen homicidii in Statu Ecclesiastico commissi : Confirmationes Decreti Judicis : Derogationes Statutorum Urbis, Spoletan., & aliarum Civitatum super excessu Dotis : Dispensationes super præmissis Irregularitatibus cum prædictis restrictivis : Extra Tempora, tam pro Italis, quam pro Ultramontanis : Erectiones Confraternitatum : Indulta medendi, & exercendi Chirurgiam : Indulgentiæ perpetuæ pro Confraternitatibus : Licentiæ transeundi ad Ordinem strictiorem : Licentiæ se immiscendi in Criminalibus, & restitutiones adversus lapsum quinquennii.*

Quænam per Datariam tantum expediri debent.

§. 7. Demum Concessiones, & Gratiæ, quarum expeditio, juxta relatum Elenchum, Datariæ Apostolicæ privative quoad Secretariam prædictam reservatur, sunt generaliter quæcumque aliæ Concessiones & gratiæ in superioribus non comprehensæ nec expressæ; & signanter illæ omnes, in quarum expeditione, de stilo & consuetudine immemorabili, solvenda est Compositio in ipsa Dataria, aut Taxa Cancellariæ, sive Jocalium.

Pontifex confirmat relatam divisionem, & privativam inter dicta Officia respective constituit.

§. 8. Nos igitur, quum præmissam materiarum, & gratiarum Apostolicarum divisionem & partitionem justa lance libraverimus, eamdemque rationabilem, & æquitati consonam, & tam Secretariæ & Datariæ prædictarum juribus congruentes

distin-

distinguendis, quam Cameræ & Cancellariæ Apostolicarum, illarumque respective Ministrorum, Officialium, & Collegiorum indemnitatibus conservandis & stabiliendis, aptam opportunamque agnoverimus; non modo ipsam, prout superius expressa est, ratam & gratam habemus; verum etiam perpetuæ ipsius firmitati, & observantiæ consulere & providere volentes, motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione Nostris, eamdem, Apostolica Auctoritate, tenore præsentium, in perpetuum approbamus & confirmamus, illique inviolabilem Sanctionis Nostræ firmitatem & robur adjicimus. Decernentes, & eadem auctoritate statuentes, quod gratiæ & concessiones Apostolicæ alterutri ex Secretaria Brevium, & Dataria prædictis privative, ut præmisimus, attributæ, si quas forte per alterum ex dictis Officiis, contra hujusmodi partitionis & divisionis præscriptum, expediri quandocumque in posterum contingat; necnon ipsæ Literæ Apostolicæ super iisdem confectæ, nullitatis & invaliditatis vitio subjaceant: prout nos illas ex nunc, prout ex tunc, & e contra, tamquam non rite & legitime, seu etiam nullo modo expeditas, processusque forsan habitos vel habendos per easdem cum omnibus & singulis inde quomodolibet secutis & sequendis, dicta Apostolica auctoritate, ipsarum tenore præsentium, annullamus, irritamus, & invalidamus, neminique ad quemcumque effectum ullatenus suffragari posse decernimus. Sub pœna nullitatis expeditionum.

§. 9. Quamobrem iisdem Dominico Cardinali, & Magistro Joanni Jacobo Datario, eorumque pro tempore in muneribus hujusmodi respective Successoribus, per easdem præsentes districte præcipimus & injungimus, ut ipsi in posterum in quarumcumque gratiarum & concessionum Apostolicarum expeditione, superius præscriptam divisionem & partitionem præ oculis habentes, eam firmiter observent, ac ab omnibus & singulis sibi respective subjectis Personis, Officialibus, vel Ministris inviolabiliter observari faciant. Et pro hujusmodi observantia, omnes & quascumque petitiones, aut supplicationes pro impetratione gratiarum in alterutro ex dictis Officiis per Solicitatores Agentes, negotiorum Expeditores, aut alios quoscumque, contra præscriptæ petitionis normam, forsan porrectas & præsentatas, seu quandocumque porrigendas & præsentandas, ad alterum ex eisdem Officiis, ad quod, juxta præmissæ partitionis continentiam, pertinere dignoscuntur, fideliter dirigant, & remittant: Non obstantibus aliis quibuscumque ipsarum petitionum, aut supplicationum remissionibus, quæ forsan ab alio quolibet ex Nostris Administris & Officialibus, etiam a Secretaria Nostra supplicum Libellorum, ac Nostro & Romani pro tempore Pontificis nomine, ac etiam a quacumque ex Congregationibus Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium emanaverint, vel extortæ fuerint. Nos etiam remissiones ejusmodi, contra memoratæ partitionis præscriptum quomodolibet pro tempore emanatas, vel obtentas, nisi illæ de speciali Nostro aut Successorum Nostrorum mandato, expressam ipsarum præsentium derogationem contineant, tamquam per errorem factas, sive per subreptionem aut obreptionem obtentas, ab ipsis Brevium Secretario, atque Datario, eorumque Successoribus prædictis, omnino spernendas, & nullatenus attendendas fore declaramus. Jubet supplicationes dirigi ad quem de jure. Non obstantibus remissionibus aliunde obtentis, nisi præsentibus legitime derogatum fuerit.

§. 10. Præsentes quoque Literas de subreptionis, obreptionis, aut cujuscumque nullitatis vel invaliditatis vitio, intentionisque Nostræ, ac quocumque alio defectu, etiam ex eo, quod in præmissis quomodolibet interesse habentes, vel habere prætendentes, illis non consenserint, ac ad ea vocati, & auditi non fuerint, vel quocumque alio colore, prætextu, occasione, vel causa, a quoquam notari, impugnari, in jus vel controversiam revocari nullatenus unquam posse, sed eas semper & perpetuo validas, firmas, & efficaces esse & fore, suosque plenarios & integros effectus sortiri & obtinere, ac ab omnibus & singulis, ad quos spectat & spectabit quomodolibet in futurum, inviolabiliter observari: Sicque & non aliter in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios aut Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac prædictæ Sanctæ R. E. Cardinales, & alios quoscumque quavis auctoritate & potestate fungentes & functuros, sublata eis & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, declarandi, & interpretandi facultate, judicari, declarari, & interpretari debere, & si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum & inane decernimus. Clausulæ salutaris.

§. 11.

Derogationes. §. 11 Non obstantibus quibusvis Constitutionibus & Ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit, de non tollendo jure quæsito, aliisque Nostris & Cancellariæ Apostolicæ Regulis, necnon Privilegiis, Indultis, facultatibus, & Literis Apostolicis ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, Cardinali Brevium prædictorum Secretario, ac Datario seu Pro Datario pro tempore existentibus, quomodolibet, & ex quacumque causa hic forsan de necessitate exprimenda, respective forsan concessis, approbatis, & innovatis, usibus quoque, stilis, tolerantiis, permissionibus, & consuetudinibus etiam diuturnis & inveteratis, in contrarium præmissorum quomodolibet forsan facientibus, vel extantibus. Quibus omnibus & singulis, illorum omnium & singulorum tenores etiam veriores præsentibus pro plene & sufficienter expressis & insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, spec aliter & expresse, motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus, derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Sanctio. §. 12. Nulli ergo omnino Hominum liceat paginam hanc Nostræ approbationis, confirmationis, constitutionis, irritationis, annullationis, præcepti, statuti, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Dat. die 26. Nov. 1745. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo quadragesimo quinto, sexto Kal. Decemb. Pontificatus Nostri Anno Sexto.

D. Cardinalis Passioneus.

J. Datarius.

VISA DE CURIA.

J. C. Boschi.

L. Eugenius.

Registrata in Secretaria Brevium.

Public. die 9. Decembris ejusdem Anni.

XLVI.

CIVIUM ROMANORUM

Gradus certa ratione distinguuntur: Nobilium Ordo, & Nobilium Conscriptorum numerus designatur; ac methodus præscribitur in cooptatione aliorum Nobilium deinceps servanda.

BENEDICTUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium. Pontificis studium de Urbis utilitatibus & ornamentis. URBEM Romam Imperii quondam amplitudine toto Terrarum Orbe clarissimam, nunc autem, Sacerdotalis fastigii Sede, atque præcipuo religionis domicilio, longe clariorem, dum, in subeundo Sacrosancti Apostolatus onere, una cum reliquis Ecclesiasticæ Ditionis Civitatibus & Provinciis, in potestatem & fidem Nostram reciperemus; statim intelleximus id Nobis negotii datum esse, ut eam imperio Nostro non modo tutam atque beatam, sed etiam honestam atque omni ex parte illustrem, quantum in Nobis esset, servare & præstare niteremur. Quod quum, pro singulari Nostro erga eandem Almam Urbem amore, vel potius pietate ab ineunte ætate animo Nostro concepta, ac toto vitæ cursu, in ipsa plerumque Urbe a Nobis honorifice jucundeque transacto, in dies aucta & confirmata, libentissime curandum, & pro viribus efficiendum susceperimus; difficile dictu est, & tamen aliqua etiam ex parte fa-

tis.

tis cognitum atque testatum, quot & quam assiduas curas, cognitiones, expensas, in duplicem hujusmodi propositi Nobis Officii scopum ad hunc diem conferre debuerimus. Quoniam vero assumptum paterno studio opus non intermittere, sed ad finem usque urgere & promovere, auxiliante Domino, firmum & constitutum habemus; nunc unum potissimum, ad conservandum augendumque ipsius Urbis Nostræ splendorem & decus, in illius constitutione reformandum Nobis esse, atque emendandum statuimus; quod pluries mirati sumus, non satis distinctos in ea esse Civium gradus, nec certos adesse & præstitutos limites, quibus Nobilium Romanorum Cœtus a reliquis Civium & Incolarum Ordinibus discerneretur. Et sane in omnibus recte constitutis Civitatibus hujusmodi Ordinum & graduum distinctio, tam municipalium Legum & Statutorum præscripto, quam ipsa Principum voluntate & auctoritate diligentissime custodiri, atque servari consuevit: idque ad utilitatem & decus Reipublicæ magnopere pertinere existimatur; propterea quod hominum animis id veluti insitum atque innatum videtur; ut si qua potissimum laus in Familia aliqua floruerit, hanc fere qui sunt ejus stirpis, vel ipso naturæ ductu, vel patriæ virtutis memoria & sermonibus hominum excitati, cupidissime prosequantur. Quapropter non solum decere, sed etiam expedire judicavimus hujusmodi certam in Romana Urbe distinctionem Ordinum a Majoribus neglectam, aut multis modis; hominum fraude, turbatam, accuratius stabilire.

Civium Ordines in Urbe aptius distinguere statuit.

§. 1. Cumque magis aptam viam, atque rationem ad invectas pridem inordinationes tollendas, simulque in posterum præcavendas, inire cuperemus; mandavimus dilecto Filio Nostro Prospero Sancti Georgii in Velabro Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Diacono Cardinali Columna nuncupato, ut ipse cum dilectis Filiis tunc existentibus Conservatoribus Cameræ Urbis prædictæ, & quatuor præterea Romanis Civibus Nobili loco natis, prudentia & rerum usu præstantibus, a Nobis designatis, de tota re maturo consilio deliberaret. Is vero, prædictis omnibus plurium mensium spatio frequenter coram de congregatis, atque auditis, quum eorum sententias diligentissime enucleatas atque digestas, judicio Nostro detulisset; Nos demum, omnibus libratis atque perpensis, motu proprio, & certa scientia, infrascripta mandata atque præcepta inviolabiliter in posterum observanda, ad perpetuam Urbis dignitatem afferendam, Apostolicæ potestatis plenitudine edere atque sancire decrevimus.

Consilia hac de re habita.

§. 2. Cum itaque, sicut accepimus, plures olim fuerint, & nonnulli adhuc forsan existant, qui adeptis tantummodo Romanæ Civitatis juribus, se tamquam de Nobilium Romanorum Cœtu jactare, atque etiam in publicis Actis, & scriptis, seu monumentis, hujusmodi Nobilium titulo & nomine semetipsos decorare, & ab aliis compellari facere non dubitaverint; freti fortasse aliqua expressionum & clausularum exuberantia, qua in concessæ sibi Civilitatis Diplomatibus honestari, & cumulari meruerint; Nos in primis decernimus atque statuimus, nemini licuisse, aut licere, Nobilis Romani gradum aut honores & privilegia sibi arrogare, quem constet a Conservatoribus pro tempore Cameræ Urbis prædictæ Romana tantummodo Civitate donatum fuisse, neque deinceps ad superiores honores, ut infra, adscendisse; sed illos dumtaxat, & non alios, pro veris Nobilibus Romanis nunc quidem haberi volumus, & reputari, quorum infra seriem & qualitates exhibebimus; non obstante quacumque hujusmodi nominis usurpatione, vel prætensa etiam longissimi temporis possessione, seu quasi; & non attenta qualibet expressionum amplitudine aut clausularum exuberantia, quæ in eorum receptionis Diplomatibus, etiam ipsorum, vel Primogenitorum suorum meritorum intuitu, adscripta, inserta, seu adjecta fuerit; quam quidem ipsis decernimus nullum tribuere gradum majorem ea Civilitate, quam ex ipsis Cameræ Capitolinæ Tabulariis, in quæ successivis temporibus, de mandato Concilii Generalis, nomina Civium adscriptorum sive creatorum referuntur, eisdem concessam fuisse dignoscitur. Quapropter volumus & mandamus, novum confici Librum, seu Regestum, in quo omnium hujusmodi creatorum Civium nomina, sub simplici Civium Romanorum denominatione & titulo describantur; atque hujusmodi dumtaxat Librum, seu Regestum, de cætero attendi debere; Nullatenus vero præfata Diplomata; quæ omnia & singula, pro eo quod pertinet ad Patriciatus, sive Nobilitatis concessionem in ipsis forte enunciatam, prædictis motu, scientia, atque auctoritatis Nostræ plenitu-

Adscripti inter Cives non ideo Nobiles censeri debent.

Eorum nomina inter Cives simpliciter referenda.

Diplomata Nobilitatis contra formam Decret. concessa annullantur.

nitudine annullamus, & irritamus, & nemini ad hujusmodi effectum, sive ob nobilitatis probationem, ullibi, aut ullo unquam tempore suffragari decernimus.

Qui Nobiles Romani habendi sint.

§. 3. Porro Nobilitatis Romanæ gradum & honores iis tantummodo jure competere, ac in posterum deferri volumus atque statuimus, qui vel ipsi, vel ipsorum Progenitores ad hunc diem, Conservatorum Cameræ Capitolinæ, aut Priorum Capitum Regionum Urbis, Officia & munera gessisse comperti fuerint; aut qui deinceps ad eandem Romanam Nobilitatem rite admissi, & prævиis probationibus, ut infra, faciendis, adscripti fuerint. Qua de re quum ad habendam certam eorum seriem, qui prædictis Conservatorum aut Priorum muneribus atque honoribus hucusque functi fuerunt, Libros, & Fastos Capitolinos accuratissime inspici & describi jusserimus; infrascriptæque Familiæ Civium Nobilium tam Romanæ, quam aliarum Civitatum Italicarum, repertæ fuerint; Nos easdem Familias ad hujusmodi munera & honores olim admissas, quarum scilicet descendentes masculos, sive fœminas extare accepimus, præsentibus Nostris Literis adnotamus.

Elenchus Familiarum requisitis qualitatibus gaudentium.

4. EARUM IGITUR SERIES HÆC EST.

Abbati.
Acciajuoli.
Accoramboni.
Alberici.
Alqerici.
Alberini.
Aldovrandi.
Amadei.
Americi.
Androsilla.
Androsilla.
de Angelis.
Anguillara.
Annibali.
Antamori.
Aquilani.
Astalli.
d' Aste.
d' Aste.
degli Atti.
Baldassini.
Bentivogli.
Bentivogli.
Bernardini.
Bernini.
Bichi.
Boccapaduli.
Bolognetti.
Bonaccorsi.
Bonarelli.
Bonecchi.
Bufalini.
del Bufalo.
Buratti.
Bussi.
Butti.
Caccia.
Caffarelli.
Capizucchi.
Capponi.
Capranica.
Carandini.
Cardelli.
Carpegna.
Casali.
Cavalieri.
Cavalletti.
Caucci.
Cellesi.
Cenci.
Cenci.
Cerri.
Ceva.
Chigi Montoro.
Ciccolini.
del Cinque.
Ciogni.
Circi.
Collicola.
Colonna.
Correa.
Costaguti.
Cremona.
Crescenzj.
Curti.
Dandini.
del Drago.
Eustachi.
Fagnani.
Falconieri.
Fani.
Fantuzzi.
Febei.
Filonardi.
Fioravanti
Florenzi.
Fonseca.
Frangipani.
Gabrielli.
Gabrielli.
Galli.
Gavotti.
Genga.
Gentili.
Ghislieri.
Ginnasi.
Giori.
Gottifredi.
Grassi.
Grassi.
Grillo.
Gualtieri.
Incoronati.
Inghirami.
Lancetta.
Lercari.
Maccarani.
Macchiavelli.
Mandosi.
Manfroni.
Mantica.
Marciano.
Marcolini.
Marcolini.
Mariscotti.
Massimi.
Massimi.
Melchiorri.
Mellini.
Mignanelli.
Molara.
del Monte.
Montecatino.
Moroni.
Muti.
Muti.

Na-

Nari.
Negroni.
Nunez.
Nunez.
Nuzzi.
Olivieri.
Olgiati.
Origo.
Orsini.
Ottieri.
Palagi.
Paleotti.
Palombara.
Papi.
Paracciani.
Parenzi.
Passerini.
Passionei,
Patrizj.
Petroni.
Pierleoni.
della Porta.
del Pozzo.
Raggi.
Rasponi.
Ravenna.
Ricci.
Roberti.
Rocchi.
Rocci.
Rondanini.
Rosolini.
de Rossi.
de Rossi.
Sacchetti.
Sacrati.
Sacripanti
Sampieri.
Scarlatti.
Serlupi.
de Signoribus.
Sinibaldi.
Soderini.
Sorbolongi.
Spada.
Stati.
Tanara.
Tarugi.
Theodoli.
Testa.
Testa Piccolomini.
Tibaldeschi.
Tomati.
Torres.
Varani.
Vecchiarelli.
Vemiglioli.
Verospi.
della Vetera.
Vettori.
Vidaschi.
Vitelleschi.
Zambeccari.
Zizanni.

§. 5. Itaque volumus & mandamus peculiarem quemdam Librum, seu Regestum confici in Capitolino Tabulario deinceps asservandum, in quo cum assistenti Dilectorum Filiorum Conservatorum Cameræ prædictæ, & Prioris Capitum Regionum Urbis nunc & pro tempore existentium, per manus Dilecti pariter Filii nunc & pro tempore existentis Scribæ Senatus Participantis nuncupati, describantur tam omnes & singuli præmissi, quam alii deinceps in Civium Nobilium Romanorum ordinem rite, ut infra, cooptandi. *Nobilium Liber confici & servari jubetur.*

§. 6. Præterea motu, scientia, & potestate similibus, ex Familiis superius enunciatis certum & constantem numerum sexaginta Familiarum, & non ultra, designari volumus, quas quidem Nos pro prima vice, ut infra, designamus; quæ Familiæ Civium *Nobilium Romanorum Conscriptorum* appellari debeant, quæque per manus prædicti Scribæ Senatus, & cum assistentia, ut supra, describantur in alio peculiari Libro, in Archivo Capitolino pariter asservando; earum vero nomina Tabellis, seu Chartulis inscripta in Urbe quadam, vulgo *Bussolo*, includantur, ad effectus infra dicendos. *Liber quoque & Urna LX Nobilium Conscriptorum instituitur.*

§. 7. Nomina igitur Familiarum Civium Nobilium Romanorum Conscriptorum, quæ a Nobis designantur, sunt quæ sequuntur. *Nobiles Conscripti a Pontifice designati.*

Accoramboni, Marius.
Anguillara, Carolus.
Astalli, Tiberius.
d'Aste, Franciscus.
d'Aste, Mauritius.
Bichi, Carolus.
Boccapaduli, Petrus.
Bolognetti, Jacobus.
Bonarelli, Petrus.
del Bufulo, Hyacinthus.
Bussi, Raynerius.
Capizucchi, Marius.
Capponi, Alexander.
Capranica, Camillus.
Cardeli, Antonius.
Carpegna, Franciscus.
Casali, Alexander.
Cavalieri, Æmilius.
Cenci, Virginius.
Cenci Christophorus.
Ceva, Hortensius.
Chigi Montorio, Joannes.
Casteguti, Joannes Georgius.
Crescenti, Virgilius.
del Drago, Paulus.
Falconieri, Horatius.
Filonardi, Scipio.
Frangipani, Pompejus.
Gabrielli, Angelus.
Gabrielli, Antonius.

Ga-

Gavotti, *Stephanus*.
Grassi, *Marcus Antonius*.
Maccarani, *Joseph*.
Mariscotti, *Horatius*.
Massimi, *Camillus*.
Massimi, *Franciscus*.
Melchiorri, *Joannes Baptista*.
Mignanelli, *Jacobus*.
Molara, *Terentius*.
Muti, *Innocentius*.
Muti, *Vincentius*.
Nari, *Fabritius*.
Olgiati, *Joannes Baptista*.
Origo, *Vincentius*.
Orsini, *Benedictus*.
Ottieri, *Lotarius*.
Palombara, *Maximilianus*.
Patrizj, *Patritius*.
Petroni, *Alexander*.
Raggi, *Thomas*.
Ricci, *Julius*.
Sacchetti, *Joannes Baptista*.
Sampieri, *Joannes Baptista*.
Serlupi, *Hieronymus*.
Soderini, *Nicolaus*.
Spada, *Clemens*.
Teodoli, *Hieronymus*.
Verospi, *Hieronymus*.
Vettori, *Franciscus*.
Vitelleschi, *Franciscus*.

Ratio servanda in adscriptione Nobilium.

§ 8. Ut autem in posterum nulli liceat indigno in Civium Nobilium Romanorum Tabulas irrepere, quoties aliquis ejusdem Urbis, sive alterius Civitatis Civis, petierit se, suamque Familiam in hujusmodi Nobilium Romanorum Ordinem adscribi; volumus, ut quatuor ex præfatis Nobilibus Conscriptis, quorum nomina singulis vicibus, coram Conservatoribus, & Regionum Priore pro tempore existentibus, a Scriba Senatus Participante ex prædicta Urna sorte extracta fuerint, qui nimirum in hujusmodi respective Familiis personam capitis gerere dignoscantur, dummodo tamen xx. ætatis suæ annum expleverint, ipsius postulantis, ejusque Familiæ conditiones & qualitates diligenter inquirant, ac de iis ad Congregationem ex infrascriptis personis compositam, nimirum ex tribus pro tempore Conservatoribus prædictæ Cameræ, & Priore Capitum Regionum Urbis, necnon duobus Sindicis, ipsisque quatuor Nobilibus Conscriptis, ut supra, extractis, & Scriba Senatus Participante, dummodo is ex Civium Nobilium Romanorum cœtu existat, (cui quidem Congregationi privativum jus & auctoritatem cognoscendi de hujusmodi Nobilium receptionibus harum serie perpetuo attribuimus), exactissime & verissime referant. Quod si ab hujusmodi postulante per authentica documenta probatum fuerit, tam suam, suique Patris stirpem, quam Matris, & Aviæ paternæ, atque maternæ Familias, integro centum annorum decursu, sive Romæ, sive in aliis Civitatibus, ut supra, in Nobilitatis splendore & juribus versatas esse, vel etiam, quod attinet ad Familias Matris, aut Aviæ paternæ, sive maternæ, eas de numero Familiarum Nobilium Almæ Urbis prædictæ, juxta præsentium Litterarum tenorem & dispositionem, existere; atque hæc omnia, iis, qui prædictam Congregationem constituent, majori scilicet ipsorum numero per secreta suffragia in affirmativam consentiente, probata fuerint; tunc volumus ipsius postulantis nomen, eadem Congregatione præsente, per manum prædicti Scribæ Participantis, Civium Nobilium Romanorum Albo adscribi, ejusdemque receptionis decretum, una cum omnibus authenticis monumentis ad Nobilitatis probationem ab eo prolatis, in Tabularium Capitolinum inferri. Publicum vero Diploma Nobilitatis Romanæ eidem concessæ, juxta formam inferius præscribendam, confici, ipsique nuper adscripto tradi mandamus.

Probationes ad hunc effectum conficiendæ.

Quomodo suppleri debeat numerus Nobilium Conscriptorum.

§. 9. Nec alia prorsus ratione agendum esse decernimus, quoties, deficiente aliqua ex Familiis Nobilium Conscriptorum superius enunciatis, aliam in eum numerum deinceps adsciscí oporteat. Volumus nimirum, quatuor, ut supra, ex præfata Urna extrahi, qui postulantium qualitates, & probationes ab his afferendas, examinent; & ad prædictam Congregationem de præmissis judicaturam distincte referant; ad hoc ut illius nomen, qui dignus habitus fuerit in locum vacantem subrogari, in præfato peculiari Libro adscribatur, Urnæque prædictæ includatur; ac documentis ab eo productis, Decretoque desuper condito, in Archivium relatis, ipsius Decreti exemplum, juxta aliam formam inferius pariter præscribendam, eidem expediatur.

Requisita.

Verum, ut quis, eveniente hujusmodi loci vacatione, in numerum Civium Nobilium Conscriptorum recipi valeat, hoc insuper requirimus, ut nempe ipsius Familia inter Nobiles Romanas jam pridem adscripta sit, & fixum in ipsa Urbe Domicilium habeat;

beat; ac præterea illibatam ducentorum annorum, tam in paterna, quam in materna, & Aviæ paternæ, maternæque stirpibus Nobilitatem, authenticis, ut supra, probationibus demonstret; Si quis autem requisitas probationes quoad paternam Familiam perfecerit; Matrem vero suam, vel Aviam paternam, sive maternam, ex aliqua ex Familiis Nobilium Conscriptorum esse aut fuisse demonstret, nolumus alias ulteriores probationes, quoad hujusmodi Maternæ, aut alterius Aviæ Familiarum nobilitatem, ad effectum de quo agitur, ab eo requiri. Quod si inter eos, qui se posterosque suos in deficientis Familiæ locum subrogari petierint, aliquis sit, qui ex eadem gente, diversa vero stirpe, originem ducere se ostendat; volumus hunc, modo nullam in sua stirpe labem contra requisitæ Nobilitatis candorem contraxerit, cæteris omnibus postulantibus anteferri. Eos vero, qui non ex defectu probationum repulsam tulerint, sed propter debitam alteri prælationem, in certum illum atque constantem Nobilium Conscriptorum numerum admitti nequiverint, eveniente alterius loci vacatione, ab onere novas conficiendi probationes absolvimus, dummodo relictis in Archivo Capitolino probationibus semel recognitis & approbatis, neque se postmodum, neque Familiam suam dedecore ullo, aut imparis affinitatis contractæ vitio, fœdatam fuisse demonstrent.

§. 10. Qui vero sint Nobilitatis tituli, quibus tam personæ, quam Familiæ illustrantur; quæ probationes legitimam fidem facientes; quidve dicendum sit Familiarum Nobilitati officere, earumque splendorem obscurare; id ex juris communis, Statutorum, & Constitutionum atque Ordinationum Apostolicarum præscripto colligendum, & judicandum decernimus; mandantes, ut Familiæ Romanorum Pontificum Successorum Nostrorum in Petri Cathedra pro tempore sedentium, prædicto Civium Nobilium Romanorum Ordini, nullis requisitis probationibus, quamprimum adscribantur.

De omnibus judicandum ad normam juris, & Constitutionum Apostolicarum. Familiæ Roman. Pontificum pro tempore, Nobilium Ordini adscribuntur.

§. 11. Ut vero hujusmodi Nobilium Romanorum Ordinis decus, adeoque ipsius Urbis dignitatis, firmius stabiliusque consistat, hoc speciali Privilegio universum Civium Nobilium cœtum Apostolica liberalitate donamus, ut ne quis in posterum ad Officia & Munera Conservatorum Cameræ Capitolinæ, aut Prioris Capitum Regionum Urbis, vel Magistrorum Viarum, sive Consulum Artis Agriculturæ, vel demum Curatorum publicorum Ædificiorum Urbis, *Fabriceriorum* nuncupatorum, a Nobis institutorum, eligatur & deputetur, neque in numerum quinquaginta Consiliariorum Sede Apostolica vacante assumatur, nisi de Civium Nobilium Romanorum Superioris enunciatorum, aut deinceps rite adscriptorum, Ordine & cœtu existat; Sindici vero, qui a Conservatoribus prædictis in eorum Congregatione Oeconomica pro tempore eligi & deputari debent, consuetis modo & forma extrahantur ex prædicta Nobilium Conscriptorum Urna, quam quidem subrogari mandamus loco alterius cujuscumque Urnæ, seu *Bussolo*, hactenus ad hujusmodi effectum adhibiti. Mandantes propterea Ven. Fratri Nostro Annibali Episcopo Portuen. S R. E. Cardinali Sancti Clementis nuncupato ejusdem S. R. E. Camerario, necnon Dilecto Filio Nostro Sylvio Tituli Sanctæ Priscæ ipsius S. R. E. Presbytero Cardinali de Valentibus etiam nuncupato Nostro Secretario Status, ipsisque Dilectis Filiis Conservatoribus Cameræ Urbis prædictæ, & Priori Capitum Regionum, eorumque in prædictis Officiis & Muneribus respective Successoribus, aliisque omnibus & singulis, ad quos spectat, seu pro tempore spectabit in futurum, ut in præfatis Electionibus & Deputationibus, hanc Decreti Nostri formam præ oculis habeant, & adamussim observent.

Aliquot Officia Nobilibus privative conferenda. Sindici extrahantur ex Urna Nobb. Conscriptorum. In adscriptione Civium serventur Statuta Urbis.

§. 12. Demum quod pertinet ad creationes Civium Romanorum, volumus, ut ea, quæ in Statutis ejusdem Almæ Urbis a fel. record. Gregorio Papa XIII. aliisque Prædecessoribus Nostris, approbatis & confirmatis, circa largitionem & communicationem Civitatis, præscripta sunt, exacte perpetuo serventur & impleantur.

Mandata pro præmissorum executione.

§. 13. Per hæc autem, quæ ad congruam certamque Civium Nobilium in Urbe Roma distinctionem, eorumque Ordinis decus, provide statuimus, non intendimus peculiare aliquod Corpus, seu Collegium, aut Magistratum Civium Romanorum Nobilium, vel Nobilium Conscriptorum, erigere aut constituere, cujus aliqua esse debeat in Urbe jurisdictio, jus, & auctoritas, extra præmissa; quodque Tribunal aliquod, seu peculiare Sigillum, aut Archivum habere valeat, & retinere; neque de

Nihil innovetur in regimine Urbis, & Cameræ Capitol. &c.

aliis quibuscumque rebus Decreta condere, aut publicare; vel ullum imperii actum in Officiales, & Ministros Cameræ Capitolinæ, sive in alios quoscumque, exercere: Sed ipsius Cameræ Capitolinæ, ejusque Tribunalium, & Officiorum regimen, eodem, quo ad hunc diem, modo, & forma, administrari jubemus. Atque insuper non alios in Consilio Generali (consuetis tantummodo temporibus, & occasionibus, convocando) adesse, aut suffragium ferre permittimus, præter eos, quos retroactis temporibus hujusmodi jure pro tempore gavisos esse dignoscitur: Districte inhibentes, ea lege, quæ de Majestate est, ne ipsi prædicti Cives Nobiles, aut Nobiles Conscripti, conventus communes habere, aut in Consilium, sive in Congregationem, extra casus, & præter numerum superius enunciatos atque præscriptos, convenire, vel aliqua communi nomine statuere aut decernere, sine prævio Nostro, & Successorum Nostrorum assensu & beneplacito, ullo unquam tempore possint, aut valeant.

Clausulæ præservativæ.

§. 14. Decernentes easdem præsentes Literas, & in eis contenta quæcumque, etiam ex eo, quod omnes vel singuli supradicti, ac alii quicumque in præmissis quomodolibet jus vel interesse habentes, seu habere prætendentes, cujusvis status, gradus, ordinis, præeminentiæ, vel dignitatis, etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales prædicti, seu alia specifica, & individua mentione, & expressione digni existant, eisdem præmissis non consenserint, nec ad ea vocati seu auditi fuerint, tametsi suorum indultorum, facultatum, vel privilegiorum vigore consentire, seu vocari semel, vel pluries quoquo modo debuissent, aut ex alia quantumvis juridica & privilegiata causa, colore, prætextu, & capite, etiam in corpore juris clauso, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, seu nullitatis vitio, aut intentionis nostræ, vel interesse habentium consensus, aliove quolibet, etiam quantumvis magno, ac formali, & substantiali defectu, notari, impugnari, infringi, seu in controversiam vocari nullatenus posse, sed semper & perpetuo validas, firmas, & efficaces existere & fore, suosque plenarios & integros effectus sortiri & obtinere debere, & ab omnibus, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, inviolabiliter observari.

Aliter judicari prohibetur, cum Decreto irritanti.

§. 15. Sicque, & non aliter per quoscumque Judices Ordinarios, vel Delegatos, quavis auctoritate, præeminentia, aut potestate fungentes & functuros, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, sublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, judicari, & definiri debere; irritum quoque, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis quibuscumque expresse derogatur.

§. 16. Non obstantibus Nostra, & Cancellariæ Apostolicæ regula *de jure quæsito non tollendo*, nec non aliis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac prædictæ Almæ Urbis Nostræ, ejusque Cameræ, & Magistratuum Populi Romani, Statutis, usibus, stylis, & consuetudinibus etiam immemorabilibus, Privilegiis quoque, Facultatibus, Indultis, seu Diplomatibus, quibuslibet personis sub quacumque forma, & expressione concessis; omniumque præmissorum, etiam juramento, vel Apostolica Auctoritate, seu quavis firmitate alia roboratis, confirmationibus, & innovationibus; quibus omnibus, & singulis, ad præmissorum effectum dumtaxat, illis alias in suo robore permansuris, motu, & scientia, & potestate prædictis, amplissime ut præfertur, derogamus, & derogatum esse volumus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Diplomatum expediendorum certa forma statuitur.

§. 17. Cæterum Diplomatum, quæ in concessione Civitatis, quæque in adscriptione Nobilium, expedienda erunt, exempla subjicimus, quæ quidem sub eadem invariabili forma Typis imprimi, & in singulis respective casibus tum a Conservatoribus pro tempore Cameræ Urbis prædictæ, tum etiam a Scriba Senatus Participante subscribi, & publico S. P. Q. R. signo muniri mandamus. Decretorum quoque in Nobilium Conscriptorum cooptatione conficiendorum authentica exempla, juxta aliam formam pariter infra subjectam, ab eodem Scriba Participante subscribi, eodemque publico signo firmari volumus, & jubemus.

Diploma in creatione Civis Romani.

§. 18. Forma igitur Literarum seu Diplomatum in Creatione Civium Romanorum expedien., hæc est,

B E.

BENEDICTI XIV.

— *Conservatores Cameræ Almæ Urbis Officio.* — *Jam erga Populum Romanum, utilemque Urbi Nostræ adfectionem, cujus non obscura ad hunc diem specimina dedit N. congruis muneribus, & præmiis ornare decrevimus. Itaque placuit ipsum N., Filios, Posterosque ejus, in Civium Romanorum cooptari: ipsum, filios, posterosque ejus Civium Romanorum Tabulis adscribi; eidemque tradi publicas Literas, quarum auctoritate omnibus pateat, ipsum cum filiis, posterisque suis, studio nostro, jussu man atque Populi Romani, Civitate nostra donatum, hujus Privilegii ergo, omnibus Civium Romanorum juribus cum cæteris Civibus æqua lege gaudere, in fide & clientela Populi Romani. Actum in Capitolio Kalendis &c. MDCC. &c. -- Nomina Conservatorum Cameræ Urbis -- N. N. Scriba Senatus.*

§. 19. Forma vero Diplomatum expedien. in receptione Civium Nobilium Romanorum talis est: Diploma in creatione Nobilis Romani.

BENEDICTO XIV.

— *Conservatores Cameræ Almæ Urbis. Cum — Magistratus Populi Romani N. N. &c. & N. N. N. N. Nobiles Romani Conscripti, inquisitores sortito electi, convenissent in Ædibus Capitolii, ibique verba facta essent de N. spectatis virtutibus, ejusque adjectione erga Populi Romani nomen multis argumentis testata, deque ejus Familiæ antiquo splendore certis monumentis comprobato, placuit universis ipsius merita amplissimis Urbis Nostræ honoribus cumulare. Quapropter sancitum est, ipsum N., Filios, Posterosque ejus in conspicuum Nobilium Romanorum Ordinem cooptari; publicasque Literas perscribi, quarum auctoritate omnibus palam fieret, ipsum N. plenissima Romana Nobilitate donatum fuisse; eumque in Nobilium Romanorum numerum habendum esse: ipsi, filiis, posterisque ejus licere omnibus Nobilium Romanorum juribus, honoribus, muniis, ac privilegiis frui, & gaudere. Ut quæcumque ad hunc diem ab ipso, ejusve Majoribus prodierunt præclare consilia, atque facinora, haud dissimilia his in posterum ab eodem, ejusque Familia, ad Urbis Nostræ utilitatem & decus perpetuum, conserantur. Actum in Capitolio Kalendis &c. MDCC. &c. Nomina Conservatorum Cameræ Urbis -- N. N. Scriba Senatus.*

§. 20. Forma demum Decretorum expedien. in cooptatione Civium Nobilium Conscriptorum Urbis Romæ est, quæ sequitur videlicet: *Kalendis &c. MDCC. &c. In Ædibus Capitolii: Quod Nobiles Romani Conscripti N. N. N. N. inquisitores sortito electi, cum Magistratibus Populi Romani verba fecerunt de N. Nobili Romano cum Filiis Posterisque ejus inter LX. Nobiles Conscriptos cooptando, in locum Familiæ N. pridem extinctæ: quod ipsius N. spectata virtus, ejusque Familiæ antiqua, & probata Nobilitas postulare visa est: D. E. R. I. C. uti auctoritas perscriberetur, qua idem N. in numerum LX. Nobilium Romanorum Conscriptorum adlegeretur: eoque numero deinceps esset: liceretque ei Nobilium Conscriptorum Privilegiis frui, & publica ejusdem Collegii munia obire: Ut ipse, filii, posterique ejus tempore de Patria bene mereri pergant, Populi Romani nomen augeant, Urbis Nostræ utilitates dignitatemque, opera, consilio, fide tueantur - N. N. Scriba Senatus.* Decretum in receptione Nobilis Romani Conscripti.

§. 21. Nulli ergo omnino Hominum liceat paginam hanc Nostrarum Constitutionis, ordinationis, adscriptionis, prohibitionis, derogationis, Mandati, Decreti, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Sanctio.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo quadragesimo quinto, pridie Nonas Januarii, Pontificatus Nostri Anno Sexto. Dat. die 9. Jan. 1746.

D. Card. Passioneus.

J. Datarius.

VISA DE CURIA.

J. C. Boschi.

L. Eugenius.

Loco ✠ Plumbi.

Registrata in Secretaria Brevium.

J U-

JURISDICTIO

Episcoporum in Ecclesias Parochiales Regularium pro Indiarum Regionibus declaratur.

BENEDICTUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium a Pontificis providentia in asserenda Episcoporum jurisdictione.

QUamvis ad confirmandum Ecclesiastici regiminis ordinem, superiori Pontificatus Nostri anno, videlicet octavo Idus Novemb. 1744., Apostolicas Literas ediderimus, quarum initium est: *Firmandis, atque asserendis*, in quibus non modo Sacrosanctæ Tridentinæ Synodi Decretis, ac Prædecessorum Nostrorum Romanorum Pontificum Constitutionibus inhærentes, jurisdictionem Episcoporum in omnes, & quoscumque Regulares, Animarum curam personarum sæcularium exercentes constabilivimus; verum etiam judicia sequentes in peculiaribus controversiis prolata a Congregationibus Generalibus Venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium Ecclesiasticis discutiendis negotiis auctoritate Apostolica præpositorum, certos & congruos limites constituimus, quibus tum Episcopalis auctoritas in prædictorum Regularium Ecclesias, atque personas, tum exemptiones in hujusmodi rerum genere ab ipsis Regularibus prætensæ, & pluribus in casibus eisdem debitæ, continerentur: Has tamen alteras pari auctoritate Literas adjicere compellimur, ut hac ipsa in re Parochialium etiam Ecclesiarum, quæ in Indiarum Regionibus sunt, optimo regimini, atque utiliori administrationi, quantum cum Domino possumus, similiter consulamus.

Eamdem peculiariter firmare Intendit pro Indiarum Regionibus

Personæ Curam Animarum exercentes, quamvis Regulares, jurisdictioni Ordinariorum subsunt ex Concilio Trident.

Sane ubicumque Animarum cura personarum sæcularium adnexa sit Monasteriis, seu Domibus Regularium Virorum sive Mulierum, quicumque hujusmodi curam exerceat, sive is Regularis, sive sæcularis Sacerdos existat, in his, quæ pertinent ad ipsam curam, & ad Sacramentorum administrationem, Episcopi Diœcesani jurisdictioni, visitationi, & correctioni subesse debet; ipso jubente Sacro Tridentino Concilio *sess. 25. cap. 11. de Regularibus*, per hæc verba: *In Monasteriis, seu Domibus Virorum, seu Mulierum, quibus imminet Animarum cura personarum sæcularium, præter eas, quæ sunt de illorum Monasteriorum, seu locorum Familia, personæ tam Regulares, quam Sæculares hujusmodi curam exercentes subsint immediate in iis, quæ ad dictam Curam, & Sacramentorum administrationem pertinent, jurisdictioni, visitationi, & correctioni Episcopi, in cujus Diœcesi sunt sita.* Cujus etiam Concilii providentia ulterius statutum est, ut nemo ad animarum curam in prædictis Ecclesiis, etiam ad tempus, sive amovibiliter ad nutum, exercendam, admittatur vel deputetur, absque consensu Episcopi, & sine examine coram ipso, vel coram ipsius Vicario antea faciendo; sic enim decrevit: *Nec ibi aliqui etiam ad nutum amovibiles deputentur, nisi de ejusdem consensu, ac prævio examine per eum, aut ejus Vicarium faciendo.*

Nemo ad Curam assumi debet ex eodem Concilio, nisi de consensu & approbatione Ordinarii.

S. Pius V. anno 1567. ex specialibus caussis indulsit, ut Regulares in Indiis Maris Oceani independenter ab Ordinariis Curam exercere possent.

Equidem alias beatæ memoriæ Prædecessori Nostro Sancto Pio Papa V. ex parte claræ memoriæ Filippi II. Hispaniarum Regis Catholici exposito, quod in partibus Indiarum Maris Oceani, propter deficientiam Presbyterorum, Officia & munia Parochialia a Religiosis Viris exercebantur, qui, magno animarum fructu, Indorum conversiones promovebant, & Ecclesiæ Sacramenta eisdem administrando, ac Verbum Dei prædicando & explicando, Religioni ac pietati utilem navabant operam; idem Pius Prædecessor, supplicationibus super hoc ex parte dicti Philippi Regis humiliter sibi porrectis inclinatus, per suas Literas incipien. *Exponi Nobis*, datas apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die XXIV. Martii anno MDLXVII., omnibus & singulis Religiosis, quorumcumque etiam Mendicantium Ordinum, in dictis Indiarum partibus, in eorundem Ordinum Monasteriis, vel de suorum Superiorum licentia

tia extra illa commorantibus, ut in locis ipsarum partium eis de simili licentia assignatis, vel assignandis, Officium Parochi, Matrimonia celebrando, & Ecclesiastica Sacramenta ministrando, prout eatenus consueverunt, (dummodo ipsi in reliquis ejusdem Concilii Tridentini formam observarent) exercere, & Verbum Dei, quatenus Indorum illarum partium Idioma intelligerent, de suorum Superiorum licentia, in eorum Capitulis Provincialibus obtenta, prædicare, ac confessiones audire, libere, & licite valerent, seclusa etiam Ordinariorum Locorum licentia, per hæc expressa verba: *Ordinariorum Locorum, & aliorum quorumcumque licentia minime requisita*, facultatem, auctoritate Apostolica concessit, & indulsit: Volens insuper, & eadem auctoritate statuens, *Ne in locis dictarum partium, in quibus essent Monasteria Religiosorum, qui Animarum curam exercerent, aliquid per Episcopos innovaretur*.

Verum hujusmodi Privilegium, sive Indultum a Sancto Pio Prædecessore, ut præfertur, concessum, immutatis forsan rerum circumstantiis, executione & effectu caruisse oportet. Siquidem aperte conspicimus Episcopos prædictarum Regionum, non multos post annos, suam in præmissis auctoritatem, & jurisdictionem resumpsisse. Etenim in prima Synodo Limana Provinciali anno Domini 1582. celebrata, præsidente in ea Sancto Turribio, tunc, dum in humanis agebat, Ecclesiæ Limanæ Archiepiscopo, ipsius Synodi *Cap.* 16. ita expresse cautum reperimus: *Nullus posthac Clericus Parochiam Indorum absque Episcopi collatione suscipiat, vel administret: qui alias susceperit, etiamsi proprio Rectore Parochia destituta sit, anathemate feriatur. idem a Regularibus observetur*. Eidemque Limanæ Synodo consonat Provincialis itidem Synodus Mexicana anno Domini MDLXXXV. sub bonæ memoriæ Petro Moja de Contreras Archiepiscopo congregata, & successive, nempe anno MDLXXXIX. ab Apostolica Sede examinata, & approbata; quæ sub Titulo: *De Visitatione propriæ Provinciæ §.III.* statuit, ut infra, videlicet; *Visitent Episcopi Ecclesias, & quas Doctrinas vocant seu Conditiones, ubi Religiosi commorantur &c. Visitent etiam Religiosos in prædictis Doctrinis, seu Conditionibus degentes, quoad Animarum curam, quam exercent; eosque paterno zelo corrigant, eorum honori & bonæ famæ prospiciant, atque id omne præstent, quodad effectum ejusmodi necessarium sit, juxta Decretum Sacri Concilii Tridentini*; Collimantibus in eumdem scopum his, quæ præscribuntur inferius. *Tit. de Regularibus, & Monialibus §. XIX.* ibi. *Juxta id, quod a Concilio Tridentino decretum est, & per Schedam Regiæ Majestatis dispositum, Regulares qui Indorum curam gerunt, ab Ordinariis visitari, eisdem Subditi esse debent, tam quoad Doctrinam edocendam, quam quoad Sacramenta administranda*.

Conceſſionem hujuſmodi effectu caruiſſe, plura ſuadent.

I. Diſpoſitio Synodi Provincialis Limanæ anno 1582.

II. Et Synod. Provincialis Mexicanæ anno 1585.

Quamvis vero subinde a piæ memoriæ Gregorio Papa XIV. Prædecessore quoque Nostro aliæ Apostolicæ Literæ, quarum initium est: *Quantum Animarum*, aliæque incipientes: *Exponi Nobis*, anno MDXCI. emanaverint, per quas superius relatæ Sancti Pii Prædecessoris Literæ confirmatæ fuerint, & innovatæ; quum tamen felicis recordationis Prædecessor pariter Noster Clemens Papa VIII., per suas Literas in simili forma Brevis sub die VIII. Novemb. anni MDCI. expeditas, quæ incipiunt: *Religiosorum quorumcumque*, in forma specifica confirmaverit, & approbaverit resolutionem Congregationis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositæ, per quam firmatum extiterat, *Regulares*, qui *ab eorum Superioribus nominati, & a Locorum Ordinariis, seu Officialibus approbati*, ad Animarum curam in Indiarum partibus exercendam, *ob penuriam Sacerdotum sæcularium*, mitterentur, non quidem habendos, & reputandos esse, tamquam Regulares extra Claustra vitam degentes; siquidem aliquot per singulas hebdomadas diebus ab Ecclesiis sibi commissis discedentes, in propriis Religiosis Domibus versabantur; sed *In concernentibus curam Animarum, Ordinario Loci subesse; in reliquis vero, non Ordinario Loci, sed suis Superioribus subjectos remanere, de quorum licentia extra Claustra degunt*. Quum deinde similis recordationis Gregorius Papa XV. etiam Noster Prædecessor in sua generali, & perpetuo valitura Constitutione, quæ incipit: *Inscrutabili*, per quam omnes indistincte Regulares Animarum curam sæcularium personarum exercentes, aut quoquo modo Sacramenta administrantes, Episcoporum visitationi, & correctioni subjecit; quibuscumque contrariis Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis in favorem quarum-

Et licet Literæ Pii V. a Gregorio XIV. confirmatæ fuerint.

III. Nihilominus Clemens VIII. Regulares Animarum Curam in Indiis exercentes Ordinariis sub eis voluit.

IV. Gregorius XV. generaliter omnes Regulares Curam exercentes Ordinariis subjecit.

cum-

cumque perſonarum, atque Ordinum tam Mendicantium, quam non Mendicantium, Militiarum, etiam Sancti Joannis Hieroſolymitani, Congregationum, Societatum, & cujuſvis alterius Inſtituti, etiam neceſſario, & in individuo exprimendi, nec non Statutis, conſuetudinibus, etiam immemorabilibus, exemptionibus, indultis, etiam in corpore juris clauſis, aut ex cauſa, & titulo oneroſo conceſſis, etiam Mari Magno, ſeu Bulla aurea, aut aliter nuncupatis, ſpecialiter, & expreſſe de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine pleniſſime derogaverit. Quum inſuper Noſter quoque Prædeceſſor Innocentius Papa X. in ſuis pariter Literis Apoſtolicis anno MDCXLVII. datis, quæ incipiunt: *Cum, ſicut accepimus*, confirmans præfatæ Congregationis reſolutionem editam in Cauſa *Angelopolitana* Indiarum Occidentalium novæ Hiſpaniæ, approbaverit ipſius Congregationis ſententiam, quæ ad propoſitum Dubium: *An Bulla Pii V. la 34. in ordine* (ea nimirum, cujus Nos ſuperius meminimus) *conceſſa instante, & ſupplicante Sereniſſimo Rege Catholico, non ad petitionem Regularium ſit revocata in Bullis Summorum Pontificum, in quibus exemptiones Regularium mitigantur*. Renpondit: *Agendum cum Sanctiſsimo, an velit declarare, Bullam non eſſe revocatam; illam tamen non ſuffragari, niſi in locis, ubi eſt defectus Parochorum*. Quum denique ipſi Catholici Hiſpaniarum Reges, de Sacrorum Canonum obſervantia optime meriti, & de Tridentini Concilii executione ſoliciti, Epiſcopis per Indias ſibi ſubjectas conſtitutis opem auctoritatemque præſtiterint, ut legitima juriſdictione in Regulares Animarum curam exercentes in ſuis reſpective Diœceſibus, pacifice fruerentur: jam conſtat, ipſis fatentibus Hiſpanæ Nationis Scriptoribus, neminem ex Regularibus nunc in iis Regionibus ad obeunda Parochialia munia in perſonas ſæculares admitti, niſi prævio examine, & approbatione Epiſcoporum Localium ſive ipſorum reſpective Officialium; & tam Concilii Tridentini Decreta, quam Romanorum Pontificum Conſtitutiones hujuſmodi Decretis conſentaneas, in prædictis Regionibus ſuum robur, & obſervantiam obtinere.

V. Innocentius X. juxta Votum dictæ Congreg. Literas S. Pii V. in locis, ubi eſſet defectus Parochorum, ſuffragari decrevit.

VI. Regulares in dictis Regionibus ad Curam actu non admittuntur, abſque examine, & approbatione Epiſcoporum.

Neque porro in Indiis Orientalibus ignota ſunt eorumdem Apoſtolicorum, & Conciliarium Decretorum ſtatuta: Siquidem ex Civitate Goana, celeberrimo in Indiis Orientalibus Luſitaniæ Regno ſubjectis emporio, nuperrime accepimus, Venerabilem Fratrem modernum ipſius Civitatis Archiepiſcopum, ipſo præſertim favente Chariſſimo in Chriſto Filio Noſtro Joanne Illuſtri Portugalliæ, & Algarbiorum Rege, cujus perſpecta pietas, & Eccleſiaſticæ diſciplinæ zelus hac etiam in re clariſſime emicuerunt, atque adjuvante dilecto Filio Nobili Viro Marchione Caſtri Novi in prædictis Regionibus Pro Rege, ac ſtrenuo Regiæ voluntatis Adminiſtro; conceſſam ſibi a Tridentina Synodo juriſdictionem, & facultatem, quoad examen, & approbationem Regularium ad Animarum curam perſonarum ſæcularium deputatorum, intra Diœceſis ſuæ fines, pleniſſime, ut par erat, exercuiſſe.

Archiepiſcopus Goæ juriſdictionem in Regulares ad Curam Animarum deputatos exercet.

Sed quoniam eorum, quæ bene ſtatuta ſunt, quæque ad optimum Eccleſiarum ſtatum maxime pertinent, perpetua & generalis executio, atque inconcuſſa obſervantia, magnopere Nobis cordi eſſe debet; neque committendum, ut ullus in poſterum dubiis, & controverſiis aditus pateat in hujuſmodi rerum genere, in quo maximum Eccleſiaſticæ diſciplinæ momentum vertitur; idcirco motu proprio, & certa ſcientia, ac matura deliberatione Noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, volumus, ſtatuimus, & ordinamus, prædicta Tridentinæ Synodi Decreta, ſingulaſque Apoſtolicas Conſtitutiones, tam a Prædeceſſoribus Noſtris, quam a Nobis, in eorumdem Decretorum confirmationem, ampliationem, & extenſionem editas, quoad Epiſcoporum jura, ac debitam ipſis ſubjectionem a Regularibus Animarum curam perſonarum ſæcularium exercentibus; ut nempe Regulares ipſi, etiam quantumvis exempti, ad hujuſmodi curam obeundam, ſine prævio Ordinariorum Locorum examine, & approbatione, accedere, aut in ea ſe ingerere nequeant, & in iis omnibus, quæ ad prædictam curam quoquomodo pertinere dignoſcuntur, eorumdem Ordinariorum juriſdictioni, viſitationi, & correctioni ſubjaceant; deinceps tam in prædicta Goana, quam in reliquis Indiarum Orientalium Civitatibus, Diœceſibus, atque Provinciis, locum omnino habere, ac perpetuo, & incommutabiliter obſervari debere: Decernentes, & declarantes, præſentes Noſtras Literas omnes, & ſingulos Regulares quorumcumque tam Mendicantium, quam non Mendicantium Ordinum, Militia-

Pontifex, Concilii Tridentini Decreta, & Conſtitutiones in hac re editas, in omnibus Indiarum Orientalium Regionibus locum habere decernit.

Et ſub hac diſpoſitione Regulares cujuſcumque Inſtituti comprehendit.

rum,

rum, etiam S. Joannis Hierosolymitani, Congregationum, Societatum, etiam Jesu, & cujusvis alterius Instituti etiam speciali mentione digni, ac necessario, & in individuo exprimendi, ac quibusvis privilegiis, & exemptionibus suffulti, omnino arctare & afficere, eosque ad plenam, & integram præmissorum observantiam fore efficaciter obligatos.

Insuper easdem præsentes, etiam ex eo, quod Superiores Regulares, & cæteri quicumque in præmissis interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes, illis non consenserint, nec ad ea vocati, & auditi fuerint, nullo unquam tempore de subreptionis, obreptionis, nullitatis, aut invaliditatis vitio, seu intentionis Nostræ, aut alio quovis defectu etiam quantumvis magno, inexcogitato, ac substantiali, aut ex quocumque alio capite a jure, vel facto, aut statuto, vel consuetudine aliqua, resultante, aut quocumque alio colore, vel causa quantumvis privilegiata, etiam in corpore juris clausa, ac tali, quæ ad effectum validitatis præmissorum necessario exprimenda foret; notari, impugnari, invalidari, in jus, vel ad controversiam revocari, aut ad terminos juris reduci, vel adversus eas restitutionis in integrum, aperitionis oris, reductionis ad viam, & terminos juris, sive aliud quodcumque facti, gratiæ, vel justitiæ remedium impetrari posse; sed ipsas semper perpetuoque validas, firmas, & efficaces esse & fore, suosque plenarios & integros effectus sortiri, & obtinere, sicque & non aliter in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, nec non Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales etiam de Latere Legatos, & Sedis Apostolicæ Nuntios, ac alios quavis auctoritate & potestate fungentes, in quavis Causa & instantia, sublata eis & eorum cuilibet quavis aliter judicandi & interpretandi facultate & auctoritate, judicari & definiri debere: Et si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane decernimus.

Præsentes nullo defectu notari posse statuit.

Aliter judicari prohibet.

Non obstantibus, quatenus opus sit, Nostra & Cancellariæ Apostolicæ Regula de jure quæsito non tollendo; necnon memoratis Sancti Pii V., & Gregorii XIV. Prædecessorum prædictorum respective Litteris, cæterisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, etiam in Conciliis Generalibus editis, etiam specialiter in favorem quarumcumque personarum, atque dictorum Ordinum tam Mendicantium, quam non Mendicantium, Congregationum, Societatum, etiam prædictæ Militiæ Sancti Joannis Hierosolymitani, & cujusvis alterius Instituti, etiam Societatis Jesu, ac Monasteriorum, Collegiorum, Domorum, ac Locorum Regularium quorumcumque, necnon illorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, vel consuetudinibus etiam immemorabilibus, exemptionibus quoque, indultis, & privilegiis, etiam ex causa, & titulo oneroso, vel in limine fundationis, & in Mari Magno, seu Bulla aurea, aut aliter nuncupatis, sub quibuscumque tenoribus, & formis, & cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, nec non irritantibus, & aliis Decretis, etiam motu, scientia, deliberatione, & potestatis plenitudine similibus, etiam ad Imperatoris, Regum, Reginarum, & Rerumpublicarum, & quorumvis aliorum Principum, & Personarum, quacumque Ecclesiastica, vel Sæculari dignitate fulgentium instantiam, seu eorum intuitu, & contemplatione, ac etiam consistorialiter, & alias quomodolibet, etiam per viam communicationis & extensionis, concessis, & iteratis vicibus approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, quoad ea, quæ præsentibus quomodolibet adversantur, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus, & formis, specialis & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, ac quævis exquisita forma servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata, inserti forent, præsentibus pro expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, motu, scientia, deliberatione, & potestatis plenitudine paribus specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Contrariis plenissime derogat.

Et quia difficile foret præsentes Literas, ad singula quæque loca, in quibus de eis fides forsan facienda foret, deferri, etiam volumus, & eadem Apostolica auctoritate

Ejusdem transumptis tribuit.

ritate decernimus, quod illarum transumptis, etiam impressis, manu Notarii publici subscriptis, & Sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, in Judicio, & extra, ac ubi opus fuerit, eadem prorsus adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Sanctio pœnalis. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc Nostrarum confirmationis, invocationis, declarationis, sive extensionis, & ampliationis, derogationis, voluntatis, statuti, ac decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum die 24. Februarii 1746. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo quadragesimo quinto, sexto Kalendas Martii, Pontificatus Nostri Anno Sexto.

D. Cardinalis Passioneus.

J. Datarius.

VISA DE CURIA.

J. C. Boschi.

J. B. Eugenius.

Loco ✠ Plumbi.

Registrata in Secretaria Brevium.

ARCHICONFRATERNITATI

Doctrinæ Christianæ de Urbe conceditur Ecclesia Beatæ Mariæ Virginis de Planctu.

BENEDICTUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium. SALUTARIS Doctrinæ fontes immensa Dei bonitate humano generi reseratos, ad alendas, ac roborandas potissimum teneras Ecclesiæ plantas assidua cura derivari, & singulis quibusque succrescentibus stirpibus abunde propinari, pro imposito Nobis Pastoralis Officii munere, cupimus; ut veniens statuto tempore Cœlestis Paterfamilias, ac debitos ex eis fructus requirens, non ipsas arbores, tamquam infructuosas, succidi, & in ignem mitti jubeat, sed in beata Cœli vireta, æternum victuras, per suam misericordiam transferri concedat. Qua quidem de re, quum anxiam solicitudinem Nostram jam pridem communicaverimus cum Venerabilibus Fratribus universis Episcopis Ecclesiæ Dei, per Encyclicas Literas datas die VII. Februarii anni M CCXLII. Pontificatus Nostri Anno II., quibus plura distincte præscripsimus, quæ ad opus Dei in singulis Diœcesibus promovendum apta & opportuna esse censuimus; in hac vero illustriori Dominici Agri portione Nobis peculiariter concredita, ex qua voluit Deus ipsum veluti Cœlestium aquarum Caput ad universam Terræ superficiem irrigandam dimanare, hunc ipsum in scopum vigilando, atque instando, diligentiam studiumque Nostrum hucusque conferre non destiterimus; magnopere expedire judicavimus animum Nostrum intendere ad stabiliendum augendumque in hac Alma Urbe saluberrimum Institutum eximiæ Sodalitatis Doctrinæ Christianæ nuncupatæ, in eadem olim Urbe fundatæ, atque erectæ, cujus operosa, & assidua pietas exercetur in adjuvandis ejusdem Urbis Parochis, ad hoc, ut Pueri, & Adolescentes utriusque sexus, Catholicæ Fidei rudimentis, ac necessariis Christianæ Doctrinæ institutionibus informentur; proindeque ejusdem utilitatibus, & commodis,

dis, ad Dei gloriam, & Fidelium Animarum profectum, Prædecessorum Nostrorum exempla sequentes, uberius consulere decrevimus.

Sane postquam Sanctæ mem. Pius Papa V. Prædecessor Noster per suas Literas in forma Brevis, datas sub Annulo Piscatoris die XXI. Octobris anni MDLXXII. Pontificatus sui anno VII., Congregationem Doctrinæ Christianæ in Alma Urbe jam tum institutam, & canonice erectam, pluribus, ac peculiaribus gratiis, atque favoribus cumulaverat; recolendæ memoriæ Paulus Papa V. etiam Prædecessor Noster per similes Apostolicas Literas in forma Brevis, datas Tusculi die VI. Octobris anni MDCVII. Pontificatus sui anno III., ipsam Congregationem, nec non singulas illius Personas, & Ecclesias, nempe Sancti Martini Regionis Arenulæ, & Sanctæ Agathæ Regionis Transtyberinæ, eidem Congregationi Apostolica auctoritate concessas, sub Sua, & Sedis Apostolicæ protectione suscipiens, eamdem Congregationem Doctrinæ Christianæ in Basilica Principis Apostolorum in Archiconfraternitatem perpetuo erexit, & instituit, illiusque perpetuum Administratorem, & Protectorem constituit, & deputavit pro tempore existentem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalem in Urbe prædicta, ejusque Districtu Romani Pontificis Vicarium in spiritualibus Generalem; ac ipsam Archiconfraternitatem, illiusque pro tempore Confratres, potestate & auctoritate aggregandi alias quascumque ejusdem Doctrinæ Christianæ Confraternitates per Orbem canonice institutas, & instituendas, aliisque facultatibus, nec non Indulgentiis, & spiritualibus gratiis abunde ditavit. Deinde etiam felicis recordationis Prædecessor Noster Clemens XII., ut adeo pium, ac necessarium opus, cujus ipse Præsidis munere olim perfunctus fuerat, majoribus semper incrementis augeretur, eidem Archiconfraternitati redditus Congregationis Sancti Josephi, in Ecclesia Sancti Pantaleonis Regionis Montium, ipsamque Ecclesiam, Apostolica auctoritate etiam perpetuo applicavit, concessit, & assignavit. *Status Archiconfraternitatis Doctrinæ Christianæ de Urbe.*

Verum quum hujusmodi redditus, aliique ex piis Confratrum, aliorumque Fidelium largitionibus, & dispositionibus adepti, impares adhuc esse dignoscantur ingentibus expensis, & sumptibus, quæ ipsa Doctrinæ Christianæ Archiconfraternitas sustinere solet; dum, inter cætera, ad promovendam in Populo immaculatæ Doctrinæ frequentiorem audientiam, & respective sedulam Christianarum Institutionum explicationem, complura præmia diligentioribus pueris, & puellis per singulas Urbis Parochias distribuere, Mulieribus autem Doctrinam ipsam edocentibus, quæ per easdem Parochias dispertitæ, trecentarum numerum excedunt, Dotalia subsidia constituere, & Vestes elargiri consuevit; Quum etiam præfatæ Ecclesiæ, quas ipsa Archiconfraternitas possidet, ambo quidem nimis angustæ, alia vero ob nimiam ab Urbis centro distantiam, alia ob ruinosum, ad quem redacta est, statum, minus aptæ sint frequentioribus Populi conventibus, & piis hujusmodi Instituti exercitiis, quæ proinde huc illuc identidem transferri oportet: Nos, quibus saluberrimi hujus operis conservatio, atque etiam incrementum, magnopere, ut prædiximus, cordi esse debet, eamdem Archiconfraternitatem non modo amplioribus proventibus augere, sed etiam in aptiori, & laxiori Ecclesia collocare, & sub speciali Cœlestis præsidii tutela constituere deliberavimus.

Et satis nimirum ampla, & decenter extructa, & ad Religionis memoriam insignis est Ecclesia Beatæ Mariæ de Planctu, olim Sancti Salvatoris in Cacaberis nuncupata, in qua Deiparæ Imago asservatur, celeberrimis in Alma Urbe prodigiis clara; quæ quidem Imago olim ad ipsam Ecclesiam, de consensu tunc existentium tam SS. Laurentii & Damasi Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Diaconi Cardinalis dictæ Parochialis Ecclesiæ Collatoris, quam ejusdem Ecclesiæ Rectoris, translata fuit; & in qua subinde Confraternitas sub invocatione ejusdem Beatæ Mariæ de Planctu canonice erecta extitit, quæ postmodum nova Ecclesiæ, & Oratorii Ædificia, qualia nunc conspiciuntur, non sine ingenti pecuniarum impendio extrui curavit; ibique Dei cultum, & Beatissimæ Virginis honorem assiduis pietatis, & religionis operibus ad hunc diem laudabiliter prosequuta est. Hanc igitur Ecclesiam, ejusque Oratorium, una cum reditibus, & proventibus eidem adnexis, & ad hujusmodi Sodalitatem Beatæ Mariæ de Planctu pertinentibus prædictæ Archiconfraternitati Doctrinæ Christianæ concedere & applicare, non solum ipsi Archiconfraternitati, adeoque uni- *De Ecclesia Beatæ Mariæ Virginis de Planctu.*

universo dilectissimæ Urbis Populo proficuum & utile, ac saluberrimi hujus Instituti exercitiis aptum, & opportunum fore reputavimus, verum etiam gratum, & acceptum futurum esse duximus clementissimæ Cœli Reginæ, quæ quum sit increatæ Sapientiæ Mater, & Spiritus Sancti Sponsa, pium istud opus, ad agnitionem & amorem Dei, & præceptorum ejus unice directum, ope ac patrocinio suo fovere, & promovere non recusabit.

Archiconfraternitas in ea erecta supprimitur.

His ergo, aliisque rationabilibus Causis Nobis notis, animumque Nostrum moventibus adducti, omnemque statum, proprietates, & jura prædictæ Archiconfraternitatis Beatæ Mariæ de Planctu, præcipue vero Instrumentum ipsum olim, ut accepimus, confectum super concessione Ecclesiæ, conventionesque inter tunc existentes Rectorem, & ipsam Archiconfraternitatem B. M. Virginis de Planctu, illiusque Officiales initas die XXII. Julii anni MDXLVI. per acta quondam, tunc in humanis agentis, cognominati Ceccareli Causarum Curiæ Capitolii Notarii, ac Literas in forma Brevis fel. recordationis Pauli Papæ III. etiam Prædecessoris Nostri super Instrumenti, & conventionum ejusmodi approbatione, & confirmatione expeditas, & debitæ executioni demandatas die XIII. Aprilis anni MDXLVIII., seu alio veriori tempore: nec non Literas recolendæ memoriæ Pii Papæ IV. etiam Nostri Prædecessoris super approbatione Statutorum dictæ Confraternitatis Beatæ Mariæ Virginis de Planctu, cum concessione Indulgentiarum, illiusque erectione in Archiconfraternitatem datas x. kalendas Januarii anni MDXLII. item Literas felicis recordationis Clementis Papæ VIII. Nostri pariter Prædecessoris, datas die XV. Septembris anni MDXCIV., seu alio veriori tempore; Literas demum similis recordationis Pauli Papæ V. Nostri itidem Prædecessoris, die VIII. Aprilis anni MDCXIV. expeditas, per quas Titulus collativus dictæ Parochialis Ecclesiæ perpetuo suppressus, & extinctus fuit, ac inibi pro exercitio Curæ Animarum perpetua Vicaria certis modo & forma, ac cum diversis legibus, & conditionibus tunc expressis, Apostolica auctoritate erecta, & instituta fuit; dominio Ecclesiæ prædictæ, illiusque redditibus, dictæ Archiconfraternitati Beatæ Mariæ Virginis de Planctu, ejusque Custodibus in perpetuum attributis; quæ quidem Pauli V. Prædecessoris Literæ executioni demandatæ fuerunt in vim Sententiæ emanatæ die XVI. Septembris anni MDCXV. a tunc existente Romani Pontificis in Urbe, ejusque Districtu Vicarii Vicesgerente, & iterum a Congregatione Sacræ Visitationis Apostolicæ die XXVIII. Julii anni MDCCXII., & a Causarum Palatii Apostolici Auditorio nuperis Decisionibus emanatis die IV. Junii anni proxime præteriti coram dilecto Filio Magistro Canilliac, uno ex ejusdem Auditorii Auditoribus: Omniaque & singula a dicta Archiconfraternitate B. Mariæ de Planctu, illiusque Custodibus, tam verbo insinuata, quam scripto deducta, ac illarum & illorum veros, & integros tenores, præsentibus pro plene & sufficienter expressis, & de verbo ad verbum insertis habentes: ipsa Archiconfraternitate Beatæ Mariæ Virginis de Planctu, ejusque Custodibus auditis; Motu proprio, & ex certa scientia, meraque deliberatione Nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, in Prædicta Parochiali Ecclesia Beatæ Mariæ Virginis de Planctu, illiusque Oratorio præfatam Archiconfraternitatem ejusdem Beatæ Mariæ Virginis de Planctu, illiusque statum, essentiam, denominationem, statuta, consuetudines, & decreta, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roborata, privilegia quoque, & indulta, quibuscumque illa sint concepta formulis, necnon irritantibus, & aliis decretis, ac vinculis munita (firma tamen inibi remanente perpetua Vicaria prædicta pro exercitio, & administratione Curæ Animarum Parochianorum, in eodem statu, & terminis, in quibus illa de præsenti reperitur; & præservatis, favore Confratrum ejusdem Archiconfraternitatis Beatæ Mariæ de Planctu, nec non aliarum Confraternitatum per Orbem ipsi aggregatarum, Apostolicis gratiis, & privilegiis inferius exprimendis) Apostolica auctoritate tenore præsentium in perpetuum dissolvimus, supprimimus & extinguimus; eamque, una cum illius denominatione, statu, & essentia hujusmodi, perpetuo dissolutam, suppressam, & extinctam esse & fore, eadem auctoritate decernimus, & declaramus.

Eique subrogatur Archiconfraternitas Doctrinæ Christianæ de eadem Urbe.

Porro aliam Archiconfraternitatem prædictam Doctrinæ Christianæ specialis gra-

tiæ

tiæ favore prosequi volentes, illiusque Officiales, & Confratres a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis Censuris, sententiis, & pœnis, a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium tantum consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes (& prævia dismembratione, separatione, & sejunctione ab eadem Archiconfraternitate Ecclesiarum Sancti Martini in Arenula, & Sancti Pantaleonis in Regione Montium, ei Apostolica auctoritate, ut prædiximus, concessarum, quas voluntati, & dispositioni nostræ reservamus?), ipsam Doctrinæ Christianæ Archiconfraternitatem in sæpedicta Ecclesia Beatæ Mariæ de Planctu, ejusque Oratorio, prædictæ Archiconfraternitati per præsentes a Nobis suppressæ & extinctæ, in omnibus, & per omnia plenarie substituimus; eidemque Archiconfraternitati Doctrinæ Christianæ Ecclesiam ipsam Beatæ Mariæ Virginis de Planctu, illiusque Sacristiam, & Oratorium, una cum membris, pertinentiis, annexis, & connexis suis, omnique sacra, etiam argentea, & pretiosa supellectili, & jocalibus; item bona, tam mobilia, quam stabilia, res, proprietates, Loca Montium, census, canones, fructus, redditus, proventus, obventiones, & emolumenta universa in quibusvis rebus consistentia, & undecumque provenientia, & ad ipsam Archiconfraternitatem a Nobis per præsentes suppressam, & extinctam hactenus spectantia, & pertinentia, dicta Apostolica auctoritate pariter in perpetuum concedimus, assignamus, & subjective unimus, annectimus, & incorporamus, ac respective applicamus, & appropriamus, ipsamque præterea Archiconfraternitatem Doctrinæ Christianæ in omnibus juribus, & ad omnia jura, ac quascumque actiones, tam activas, quam passivas, reales, personales, & mixtas, quæ eidem suppressæ Archiconfraternitati quomodolibet competebant, & competere poterant, &, si illa suppressa, & extincta non fuisset, deinceps competerent, & competere possent, etiam ad effectum succedendi in quibuscumque substitutionibus, ad favorem ipsius suppressæ Archiconfraternitatis quomodolibet forsan factis, & ordinatis, etiamsi de illis specialis, & individua mentio facienda esset, plenarie, integre, & omnimode subrogamus, & admittimus.

Ne autem pia Legata, Missarum onera, Anniversaria, annua suffragia, Cappellaniæ, subsidiorum dotalium, & panis distributiones, Hospitalis visitatio, & alia quæcumque onera, quæ prædicta Archiconfraternitas a Nobis per præsentes suppressa, & extincta, ex piis Fidelium dispositionibus, quomodolibet supportare, & adimplere tenebatur, debitis fraudentur implementis: Nos omnia, & singula onera hujusmodi firma, salva, & illæsa esse volentes, illa ad dictam Archiconfraternitatem Doctrinæ Christianæ, juxta prædictas dispositiones, & laudabiles suppressæ Archiconfraternitatis consuetudines, in posterum etiam, ut hactenus omnino adimplenda, transferimus. Quamobrem Congregationi secretæ ejusdem Doctrinæ Christianæ per præsentes committimus, & injungimus, ut omnia & singula onera, & obligationes hujusmodi curet solicitis studiis fideliter adimpleri: tribuentes insuper eidem Congregationi Secretæ omnium & singulorum redditunm, & obventionum administrationem, cujus tamen exactam, atque fidelem rationem in fine cujuslibet anni, Nostro & Romani Pontificis pro tempore existenti S. Romanæ Ecclesiæ Cardinali in Urbe, & ejus Districtu Vicario, perpetuo dictæ Archiconfraternitatis Protectori, reddere teneatur.

Sine præjudicio implementi omnium onerum.

Ut vero etiam dotalia subsidia, quæ ex redditibus suppressæ Archiconfraternitatis alias obvenientibus distribuebantur, atque in posterum, ut præfertur, distribui debebunt, non modo pauperibus & honestis, sed aliunde etiam dignis, ac potissimum in Christiana Doctrina peritissimis Puellis concedantur, volumus pariter, & mandamus, ut merita, & requisita singularum Puellarum ad prædicta subsidia concurrentium, & adspirantium per Deputatos Congregationis Generalis Doctrinæ Christianæ diligenter examinentur, & perpendantur, & illæ cæteris omnibus præferantur, quæ præter qualitates a Testatoribus requisitas, peculiare, ac distinctum sibi meritum acquisierint vel in explicando, vel in addiscendo Doctrinam Christianam. Reservamus tamen liberæ dispositioni Primogeniti pro tempore existentis Familiæ de Burghesiis nominationem ad duo Subsidia Dotalia per quondam Aloysium Zannini ordi-

Et distributionis subsidiorum Dotalium, ut hic præscribitur.

ordinata, prout ab ipso pio Institutore eidem Primogenito attributa fuit. Itidem concedimus Prælato, & Deputatis pro tempore Conservatorii Puellarum, quæ vulgo *le Zoccolette* dicuntur, facultatem nominandi ad unum ex Dotalibus Subsidiis, a quondam Joanne Maria Santucci ordinatis ad favorem Puellarum Regionis Arenulæ, in qua prædictum Conservatorium situm reperitur; ut scilicet hujusmodi Dotale Subsidium uni semper ex Puellis in eodem Conservatorio existentibus, ad liberam eorundem Prælati & Deputatorum electionem, & nominationem, concedi debeat; ad quem effectum, ipsas memorati Conservatorii Puellas, quatenus opus sit, specialibus Indultis, & Privilegiis a prædicto Clemente XIII. Prædecessore per suas Literas in forma Brevis die xx. mensis Octobris anni MDCCXXXV expeditas eis desuper concessis, frui & gaudere posse, & debere volumus, & statuimus.

Executio. Igitur, ut suppressio, extinctio, unio, concessio, assignatio, aliaque præmissa suum debitum sortiantur effectum, Dilecto Filio Nostro Joanni Antonio Tituli SS. Silvestri, & Martini in Montibus Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbytero Cardinali Guadagni nuncupato Nostro in Urbe, & Districtu prædictis Vicario, per easdem præsentes committimus, & mandamus, ut ipse duos graves, & idoneos Viros deputet, qui ipsius Archiconfraternitatis Doctrinæ Christianæ nomine, & pro ea, dimissionem, consignationem, & traditionem prædictæ Ecclesiæ B. Mariæ Virginis de Planctu, illiusque Sacristiæ, & Oratorii, annexorumque, & connexorum quorumcumque, nec non Clavium Sacræ Imaginis, omnisque Sacræ, etiam pretiosæ, & argenteæ supellectilis, jocalium, pecuniarum, Archivi scripturarum, & librorum, ac generaliter omnium, & singulorum bonorum mobilium, & immobilium ad prædictam Archiconfraternitatem a Nobis per præsentes suppressam & extinctam quomodolibet de præsenti spectantium, & pertinentium, recipiant, & acceptent: Contra vero ipsi Archiconfraternitati per præsentes suppressæ, & extinctæ, illiusque Custodibus, Officialibus, & Superioribus nunc existentibus, in virtute sanctæ Obedientiæ districte præcipiendo mandamus, ut ipsi nostræ voluntati hujusmodi humiliter obsequentes, per eorum Camerarium, & alterum Officialem, plenariam & integram omnium, & singulorum prædictorum consignationem, & traditionem fideliter faciant, & adimpleant; ita quod liceat dictæ Archiconfraternitatis Doctrinæ Christianæ Deputatis, ejusdem Archiconfraternitatis nomine, & pro ea, prædictæ Ecclesiæ, illiusque Oratorii, membrorum, & pertinentiarum, necnon bonorum, rerum, proprietatum, jurium, redditruum, proventuum, aliorumque præmissorum veram, realem, actualem, & corporalem possessionem per se, vel alios libere apprehendere, & apprehensam perpetuo retinere, ipsosque redditus percipere, exigere, & levare, cujusvis licentia desuper minime requisita.

Gratiæ præservatæ favore Confratrum olim B. M. V. de Planctu. Quia vero piæ devotionis affectus, quo Custodes, & Confratres prædictæ suppressæ Archiconfraternitatis assiduis Dei obsequiis insistere, ac Beatissimæ Virginis cultum, & ipsius Imaginis venerationem augere, & promovere, aliaque Pietatis opera juxta eorum institutum studiosissime hactenus exercere non destiterunt, singulari laude, ac specialibus Apostolicæ benignitatis favoribus cumulari meretur; idcirco Nos illis omnibus & singulis, qui hoc tempore Archiconfraternitatem prædictam a Nobis, ut præfertur, suppressam, & extinctam, constituebant, concedimus & indulgemus, ut ipsi, non obstantibus suppressione, & extinctione hujusmodi, si recurrentibus Beatæ Mariæ Virginis festis diebus, unam aliquam, quam singuli maluerint, ejusdem Beatæ Mariæ Virginis Ecclesiam devote visitaverint, eas omnes & singulas Indulgentias, pœnitentiarum relaxationes, & spirituales gratias eidem suppressæ Archiconfraternitati, illiusque Confratribus a Romanis Pontificibus Prædecessoribus Nostris quomodolibet concessas, consequantur, quas ante suppressionem, & extinctionem hujusmodi, consueta Pietatis, & Christianæ charitatis opera juxta eorum Institutum exercendo, consequi poterant.

De Confraternitatibus aggregatis. Rursus quia, sicut accepimus, dictæ suppressæ Archiconfraternitati aliæ in aliis Orbis partibus canonice erectæ Confraternitates unitæ, & aggregatæ reperiuntur: Nos ipsarum quoque Confraternitatum aggregatarum indemnitatibus consulere volentes, dicta Apostolica auctoritate decernimus, omnes pariter, & singulas Indulgentias, & spirituales gratias eisdem Confraternitatibus aggregatis, & illarum respective

ctive Confratribus per ipsam suppressam Archiconfraternitatem in vim Literarum aggregationis canonice participatas, propter suppressionem prædictam eisdem Confraternitatibus aggregatis nullatenus cessare, neque extinctas esse; itaut dictæ Confraternitates, earumque respective Confratres, quatenus in piis suis respective institutis operibus permanserint, eas, prout hactenus, etiam futuris temporibus consequi valeant. Et nihilominus si eædem Confraternitates, prævia Ordinariorum locorum licentia, & approbatione, Institutum etiam Archiconfraternitatis Doctrinæ Christianæ assumere vellent: Nos ampliationi, & dilatationi adeo pii, & salutaris operis intenti, concedimus ipsi Archiconfraternitati Doctrinæ Christianæ de Urbe, ut easdem Confraternitates, servatis servandis, sibi etiam aggregare, unire, & incorporare, omnesque & singulas Indulgentias, & spirituales gratias ipsi Archiconfraternitati Doctrinæ Christianæ de Urbe a Romanis Pontificibus Prædecessoribus Nostris concessas, (quas hic pro singillatim, & in specie expressis haberi volumus) eisdem Confraternitatibus, earumque Confratribus communicare, & ad eas, eosque extendere possit, & valeat.

Insuper spiritualibus Juventutis profectibus efficacius intendentes, volumus, ut in prædicto Oratorio dictæ Ecclesiæ Beatæ Mariæ Virginis de Planctu, Congregatio, aut Sodalitium certi, ac præfiniti numeri Adolescentum, a Congregatione Secreta Doctrinæ Christianæ eligendorum, & adscribendorum, sub titulo, & invocatione ejusdem B. Mariæ Virginis erigatur, & instituatur; qui omnibus & singulis Dominicis, & solemnioribus ipsius Beatæ Virginis festis diebus, in eodem Oratorio convenientes, peculiaribus Doctrinæ Christianæ institutionibus, atque uberioribus Catechismi explicationibus informentur, ac Religionis & Pietatis Operibus eis præscribendis exerceantur. Omnibus vero & singulis Adolescentibus Sodalitio hujusmodi adscriptis, & adscribendis, quoties ipsi diebus prædictis hujusmodi institutionibus, & explicationibus, aliisque piis exercitationibus in dicto Oratorio interfuerint, quadraginta dies de injunctis eis, aut alias quomodolibet debitis pœnitentiis misericorditer in Domino relaxamus in forma Ecclesiæ consueta. Item illi ex Adolescentibus prædictis, qui per annum aliis omnibus diligentior in dicti Oratorii frequentia, prædictisque institutionibus, & exercitationibus magis assiduus repertus fuerit, nominationem ad subsidium Dotale, per quondam Franciscum Menicucci ordinatum, eisdem modo & forma, quibus hujusmodi nominatio Confratri magis assiduo suppressæ Archiconfraternitatis prædictæ competebat, pariter concedimus, & attribuimus.

Demandatur erectio Congregationis pro uberiori Doctrinæ Christianæ explanatione.

Demum, ut congruæ sustentationi Vicarii Curam Animarum Parochianorum dictæ Ecclesiæ Beatæ Mariæ Virginis de Planctu exercentis consultum remaneat: Volumus, & mandamus, ut Archiconfraternitas Doctrinæ Christianæ eidem Vicario nunc & pro tempore existenti, pro illius congrua sustentatione prædicta, singulis annis scuta centum monetæ Romanæ currentis de juliis decem pro quolibet scuto hujusmodi, & alia scuta viginti ejusdem monetæ pro pensione Domus persolvere, & subministrare, eidemque minuta incerta, prout illa hactenus percepit, & percipit de præsenti, concedere teneatur; hac tamen lege, ut idem pro tempore Vicarius proventus illos, qui ei a prædicto Paulo V. Prædecessore usque ad summam sexaginta ducatorum auri de Camera pro congrua ipsius sustentatione assignati fuerunt, nullatenus de cætero exigere, aut prætendere possit; Sed omnes, & singuli proventus hujusmodi deinceps in commodum dictæ Archiconfraternitatis omnino cedant, & cedere debeant.

Vicarii Curati sustentationi providetur.

Cæterum, quatenus opus sit, dictam Archiconfraternitatem Doctrinæ Christianæ a quacumque solutione mediæ annatæ, & quindenni, ad quam, & ad quod eadem Archiconfraternitas, ratione prædictæ unionis, & applicationis, aliorumque præmissorum teneri, & obligata esse dici posset, ac a quacumque obligatione desuper Cameræ Nostræ Apostolicæ, & illius Officialibus facienda, penitus eximimus, & totaliter liberamus; atque ad annatam, & quindennium hujusmodi solvendum, & se desuper obligandum nullatenus teneri, neque ad id per Cameram, seu illius Officiales præfatos, aut alios quoscumque ullo unquam tempore cogi, vel compelli, & ob non solutionem, seu obligationem hujusmodi a quoquam quovis prætextu, colore, vel ingenio molestari, aut inquietari minime posse, neque debere, volumus pariter, atque decernimus.

Exemptio a quindenniis &c.

Præ-

Clausulæ præservativæ, & decreta irritantia.

Præsentes quoque Literas, etiam ex eo, quod prædicta Archiconfraternitas a Nobis suppressa, illiusque Custodes, & quicumque alii in præmissis interesse habentes, aut habere quomodolibet prætendentes, cujuscumque status, gradus, & conditionis, etiam specifica mentione digni existant, illis non consenserint, vel, quantum ipsis libuisset auditi non fuerint, nullo unquam tempore de subreptionis, obreptionis, nullitatis, vel invaliditatis vitio, seu intentionis Nostræ, aut alio quovis defectu, etiam quantumvis magno, inexcogitato, ac substantiali, sive ex eo, quod in præmissis, seu eorum aliquo, solemnitates, & quævis alia servanda, & adimplenda, servata, & adimpleta non fuerint, aut ex quocumque alio capite a jure, vel facto, aut statuto, vel consuetudine aliqua resultante, seu etiam enormis, enormissimæ, & totalis læsionis, aut quocumque alio colore, seu occasione, vel causa, quantumvis justa, privilegiata, & rationabili, etiam tali, quæ ad effectum validitatis præsentium necessario exprimenda foret, notari, impugnari, invalidari, retractari, in jus, vel controversiam revocari, aut ad terminos juris reduci, vel adversus illas restitutionis in integrum, aperitionis oris, reductionis ad viam & terminos juris, aliudve facti, gratiæ, aut justitiæ remedium impetrari, seu quomodolibet concesso, & impetrato quempiam uti, seu se juvare in judicio, vel extra posse, neque ipsas præsentes sub quibusvis similium, vel dissimilium gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, aut aliis contrariis dispositionibus pro tempore quomodolibet faciendis, comprehendi, sed semper ab illis exceptas, perpetuoque validas, firmas, & efficaces existere & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac per omnes, & singulos, ad quos spectat, & quomodolibet spectabit in futurum, inviolabiliter observari: Sicque & non aliter in præmissis omnibus & singulis, per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, nec non Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, ac alios quavis auctoritate & potestate fungentes, in quavis causa & instantia, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari & definiri debere; & si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane decernimus.

Derogationes.

Non obstantibus singulis Pauli III., Pii IV., Clementis VIII., & Pauli V. Prædecessorum prædictorum Literis prædictis, ac quatenus opus sit, de non tollendo jure quæsito, de unionibus, & applicationibus committendis, vocatis quorum interest, de exprimendo vero annuo valore, & Indulgentiis non concedendis ad instar, aliisque Nobis, & Cancellariæ Apostolicæ Regulis, ac postremi Lateranensis Concilii, uniones & applicationes perpetuas, nisi in casibus a jure permissis, fieri prohibentis, nec non ejusdem Clementis VIII. formam servandam in aggregationibus præscribendis, ac felicis recordationis Pauli II. Pauli IV., dicti Pii V., & Sixti V., aliorumque Romanorum Pontificum Prædecessorum Nostrorum, annatas, & quindennia Cameræ, & Cancellariæ Nostris in unionibus solvi præcipientium, nec non prædicti Pii IV., de gratiis interesse ejusdem Cameræ quomodolibet concernentibus in dicta Camera infra certum tunc expressum tempus insinuandis, & registrandis; alias gratiæ ipsæ nullius sint roboris, vel momenti, aut alias quomodolibet disponentium, aliisque quibusvis etiam in Provincialibus, & universalibus Conciliis editis, vel edendis, specialibus, vel generalibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis quibusvis Superioribus, & Personis in contrarium præmissorum quomodolibet forsan concessis, approbatis, & innovatis, nec non quibuscumque piorum Oblatorum, aut Testatorum voluntatibus, ac dispositionibus, sive in donationibus, aliisque contractibus inter vivos nuncupatis, sive in eorum Testamentis, Codicillis, aliisque ultimis voluntatibus, cum quibuscumque conditionibus, & legibus, etiam caducitatis, & subrogationis alterius operis pii, adscriptis, atque statutis; Quibus omnibus & singulis, etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus, & formis, specialis, specifica, & individua mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita ad hoc servata, inserti forent, præsentibus pro expressis habentes, illis alias in suo robore

per-

permanſuris, hac vice dumtaxat latiſſime, & pleniſſime, ac ſpecialiter & expreſſe Motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus derogamus, eaque reſpective, ad effectum de quo ſupra, commutamus, ac derogata, & commutata eſſe volumus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc Noſtrarum Suppreſſionis, Extinctionis, Diſſolutionis, Abſolutionis, Subrogationis, Applicationis, Unionis, Conceſſionis, Reſervationis, Præceptorum, Mandatorum, aliorumque præmiſſorum infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Sanctio. Dat. die 9. Mar. 1746.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ MDCCXLV., VII. Idus Martii, Pontificatus Noſtri Anno Sexto.

J. Datarius.

Pro D. Card. Paſſioneo.

Joannes Florius Subſtitutus.

VISA DE CURIA.

J. C. Boſchi.
J. B. Eugenius.

Loco ✠ Plumbi.

Regiſtrata in Secretaria Brevium.

SUPER CELEBRATIONE III.

Duarum Miſſarum eadem die per unum Sacerdotem.

Venerabili Fratri Antonio Epiſcopo Oſcenſi.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Venerabilis Frater, ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

DEclaraſti Nobis, in ſacra Viſitatione, qua Diœceſim tuam perluſtraſti, deprehendiſſe nonnullos Rectores Eccleſiarum Parochialium, quibus alia quoque Eccleſia a Parochiali longe ſejuncta commendata eſt, quam ob exiguos proventus alii Sacerdoti committere nequeunt, qui Pro-Rectoris munus ſuſtineat: hinc fieri, ut Rectores ipſi rem Divinam in utraque Eccleſia Feſtis diebus conficere non dubitent, ut populus uterque parere poſſit Eccleſiæ præcipienti Fidelibus, ut feſtis diebus Miſſæ Sacrificio interſint. Nobis etiam expoſuiſti, decreviſſe in tua Synodo id minime licere Rectoribus Eccleſiarum Parochialium, quoties alius Sacerdos præſto ſit, qui Sacrum facere poſſit in una ex iis Eccleſiis, quæ Rectoribus ſubjiciuntur, id autem attuliſſe tam gravem Rectoribus ipſis moleſtiam, ut Synodalis Decreti executionem parumper differre cenſueris, donec ſententiam in hac re Noſtram, Noſtramque voluntatem intelligeres. Quamobrem prudentiam tuam in primis commendamus, totiuſque Hiſpanæ gentis in hanc Sedem Apoſtolicam obſervantiam, ob quam, ſi forte aliquid incerti dubiique contigerit, ad Romanum Pontificem confugere, conſiliumque ad explicandas difficultates depoſcere conſuevit. Deinde tuæ Synodi Decretum æquitati ac diſciplinæ Eccleſiæ maxime conſentaneum eſſe reſpondemus; ita ut demandari executioni debeat, nec vanis omnino Rectorum querimoniis imminui, vel labefactari.

Dubium ab Epiſcopo Sanctitati Suæ propoſitum.

Decretum Synodale Epiſcopi.

Sententia Doctorum in hac materia.

Quamvis nonnulli ex Theologis Moralibus (& quidem nimis indulgenter) plures rationes & causas excogitaverint, ob quas Sacerdos eodem die Sacrificium Missæ bis offerre posse videatur, quemadmodum facile videri potest 3. *Summæ* Sancti Antonini *tit.* 3. *cap.* 6. *num.* 5. item *lib.* 3. *Summæ* Sancti Raymundi *tit.* 24., & in Summa Hostiensis *ad tit. de celebratione Missarum num.* 14. *& seqq.* & in Summa Sylvestrina *in verb. Missa primo.* §. *Septimo quæritur*, & in Summa Armilla *in verb. Missa num.* 15. id tamen unanimi consensu permittitur Sacerdoti, qui duas Parochias obtineat, vel duos populos adeo sejunctos, ut alter ipsorum Parocho celebranti per dies festos adesse nullo modo possit, ob locorum maximam distantiam: tunc enim absque ulla dubitatione licere existimant ejusmodi Rectori, cum festi dies incidunt, bis Sacrum conficere, ut populo utrique satisfaciat. Et Suarez *in* 3. *part. Divi Thomæ tom.* 3. *quæst.* 73. *art.* 2. *disput.* 80. *sect.* 3. de hac hypothesi loquens, inquit, in ea tantum hodie licere duas Missas eodem die celebrare: *Casus de pluribus Parochiis est proprius, ac fere solus in usu.* At vero si in altera ex his Parochiis Sacerdos aliquis deprehendatur, qui rem Divinam facere possit, tum illarum Rectori nequaquam licet in utroque loco Sacrificium iterare, eo quod alterius Sacerdotis opera populi necessitati satis consulatur. Ita probant unanimes Pasqualigus *de Sacrificio Missæ tom.* 1. *quæst.* 381. *num.* 2. Vericellus *de Apostolicis Missionibus tit.* 1. *de Privilegiis Regularium dub.* 18. §. 31. *num.* 201. Girabaldus *de Sacramentis tract.* 5. *cap.* 7. *dub.* 2. *n.* 15. Rotarius *in Theologia Morali Regularium tom.* 3. *cap.* 2. *punct.* 11. *num.* 5. Tournelius *in Prælectionibus Theologicis, de Sacramento Eucharistiæ part.* 2. juxta Parisiensem editionem *pag.* 346. Schmalzgrueberius *tit. de celebratione Missarum num.* 41. Quod si Scriptores isti vestras in manus nondum pervenerint, aliorum testimoniis rem plane cognoscetis, nempe Cardinalis Zabarellæ *in cap. Consuluisti, num.* 3. *de celebratione Missarum*, ubi hæc habentur: *Si est alius, qui celebrare possit, non celebrabit Sacerdos alia vice, dummodo ille alius sit paratus celebrare, & sit jejunus*: Petri de Ancharano *in Commentariis ad eumdem Textum n.* 1. *Intellige, si non sit alius ibi paratus ad celebrandum, & ille sit jejunus*: Cardinalis Toleti *in Summa lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 4. Layman *in Theolog. Morali lib.* 5. *tract.* 5. *cap.* 4. *n.* 6. Salmaticensium *Theolog. Moral. tom.* 1. *tract.* 5. *de Sacrificio Missæ c.* 5. *punct.* 1. *n.* 12. juxta quartam editionem, quæ Matriti facta est *anno* 1717. Gavanti *ad Rubricas Missalis part.* 3. *tit.* 12. *n.* 7.

Decretum Synodi Limanæ.

At supervacaneum est plures auctoritates præstantium virorum congerere, cum id satis superque constet ex septima Synodo Diœcesana, quam Sanctus Turribius *anno* 1592. celebravit *cap.* 3. *tom.* 4. Conciliorum Hispanorum, quæ simul collegit vir eximius inter Hispanos Cardinalis de Aguirre *pag.* 687. Porro hæc sunt verba: *Juxta dispositionem Concilii Provincialis celebrati in hac Civitate anno* 1567., *quantum convenit, & per locum juris possumus, licentiam concedimus omnibus Indorum, Hispanorumque Parochis nostri districtus, ut diebus Dominicis, & festivis ex præcepto servandis, possint celebrare duas Missas in duabus Ecclesiis tam inter se distantibus, ut qui in loco unius Ecclesiæ assistunt, non possint commode accedere ad audiendam Missam in altera.*

Quando juxta dictum Decretum Parocho liceat duas Missas eadem die celebrare.

Ex his apertissime deprehenditur concedi Parocho, qui duas Ecclesias distantibus omnino locis positas habeat, bis Sacrificium Missæ instituere, ne diebus festis Ecclesiæ præceptum a populo violetur; ea tamen conditione, ut legitimam pro re gerenda facultatem prius obtinuerit, uti Nos inferius explicabimus. Ex verbis autem depromptis ex eodem Capite tertio Limanæ Synodi, quæ mox subjiciemus, certi limites eidem Parocho statuuntur, ipsique præscribitur, ut uno tantum loco Sacrum conficiat, si in altero Sacerdos occurrat, qui populo rem Divinam operari possit. *Cum autem habuerint alium Sacerdotem, qui possit celebrare in altera dictarum Ecclesiarum, non poterit Parochus celebrare in utraque, sed unam Missam tantum in una, quandoquidem alter Sacerdos possit satisfacere necessitati alterius populi.*

Non ignoramus, auctoritatem Limanæ Synodi suæ Diœcesis finibus solum concludi. At, cum Sanctus Turribius regendæ Ecclesiæ peritissimus, & virtutum omnium gloria clarissimus semper habitus sit, ipsius legibus, ac Diœcesanis institutis eam saltem fidem atque auctoritatem, vimque, ut ajunt, directivam, adhibendam & ad-

scri-

scribendam nemo inficiabitur, quam Itali omnes, aliique extra Italiam S. Caroli Borromæi Synodis omni tempore præstiterunt: neque in dubium quis revocare poterit, Sanctum Turribium, virum adeo singularem (pro cujus Canonizatione, cum Promotoris Fidei munus adhuc in minoribus gereremus, plurimum laboris impendimus) conferre plurimum, ut, si propositæ rei examen instituamus, illius sententia reliquis anteponatur; lætandumque idcirco Nobis jure merito videmur, qui Commentarium *de Sacrificio Missæ* in lucem proferentes, Italico sermone a Nobis conscriptum, cum Bononiensem Sedem administraremus, idem plane asserimus, quod pro illustranda præsenti quæstione superius attulimus, & opinionem nostram auctoritate confirmavimus ejusdem Synodi Sancti Turribii, uti liquido constat ex nostro Commentario, quod commemoravimus *tom.* 2. *part.* 4. *sect.* 2. *num.* 38. *& seqq.* & præcipue *num.* 40., quod quidem primo Bononiæ Typis evulgatum fuit, ac nuper latine redditum, ac typis impressum Patavii, lucem publicam rursus aspexit.

Quod si Limanæ Synodo alia quoque Concilia adjungi velint, illud in medium proferri poterit, quod sub Mauritio Archiepiscopo Rothomagensi *anno* 1231. coactum est, quemadmodum legitur in Collectione Regia Maxima Conciliorum ab Harduino compilata *tom.* 7. *pag.* 186. *Nullus audeat Missam bis in die celebrare, aut cum duplici Introitu, nisi in humana necessitate &c. & hoc, ubi non est, nisi unus Sacerdos*: alterum, quod Nemausi *anno* 1284. coactum fuit, cum Martinus IV. Apostolicam hanc Sedem obtineret, uti patet ex Collectione Labbeana *tom.* 12. *part.* 1. *pag.* 1213.: *Si omnes Parochiani ad unam Missam simul non possint convenire, eo quod in diversis locis habitant distantibus ab Ecclesia & remotis, sicut est in montanis, nec sunt in Ecclesia duo Sacerdotes, &, dicta prima Missa, postmodum Parochiani venientes postulent Missam aliam sibi dici, poterit tum Sacerdos Missam aliam celebrare. Tamen si in prima Missa, post receptionem Corporis, & Sanguinis profusionem acceperit, non debet secundam Missam in prædictis casibus celebrare.* Confirmatur Sententia ex aliis Conciliis.

Ea potissimum verba diligenter observari debent: *Ubi non est, nisi unus Sacerdos*: nec non alia: *nec sunt in Ecclesia duo Sacerdotes*: ex quibus clare perspicimus, non licere Parocho, si alius Sacerdos præsto sit, duo Sacra perficere diebus festis, ut populus Missæ Sacrificio intersit, sive Missa celebranda sit in duabus Ecclesiis inter se distantibus, ut in supra citata Synodo Limana, sive una tantum sit Ecclesia, in qua Missa celebratur, & ad quam insimul universus populus convenire non potest, ut in Synodo Nemausensi. Hi quippe duo casus eodem jure censendi sunt, uti præcipue advertit Theophilus Raynaudus *tom.* 17. *Operum* editionis Lugdunensis *pag.* 8.

Quæ huc usque dicta sunt, Canonicis etiam generalibus sanctionibus innituntur. Neque vero copiam Ecclesiasticæ eruditionis ostentabimus, ut cognitum id perspectumque faciamus, quod tamen facili negotio, si opus esset, consequeremur, cum duo præclari Scriptores postremis his temporibus congesserint casus omnes, quibus ante Decretales Prædecessorum Nostrorum Innocentii III. atque Honorii III. plures uno die Missæ ab eodem Sacerdote celebrantur. Hi sunt Saintebeuvius *tom.* 3. *Resolutionum casuum conscientiæ cas.* 83. & Pontas *in Dictionario casuum conscientiæ, in verb. Missa cas.* 15. De hoc ipso argumento luculenter disseruit is, qui suis adnotationibus undecimam Sancti Leonis Epistolam illustravit, juxta editionem, quæ ultimo facta est. De ipso Nos quoque verba fecimus *in Commentario de festis diebus Domini Nostri ac Beatæ Virginis Mariæ part.* 1. *num.* 667. *& seqq.* Quamobrem, his prætermissis, illud affirmabimus, ex communi totius Ecclesiæ disciplina permitti tantum Sacerdotibus hoc tempore, ut die Natali Salvatoris Nostri ter Sacrum faciant, vel quia institutum id fuit a S. Telesphoro Pontifice, ut eam celebritatem singulari honore prosequerentur Fideles, uti ostendit Canon: *Nocte sancta de consecratione dist.* 1. vel quia (si plurimi facienda videantur argumenta, quibus author Telesphorus illius Canonis impugnatur) Parens ac Magistra Ecclesia eum ritum die Natali Domini conservandum censuit, ut posteris perpetuo commendaret veterem disciplinam, ob quam Sacerdos idem plura Sacra conficiebat, cum alii quoque festi dies per annum occurrebant. Id Nos testimoniis præstantium virorum indicavimus in Commentario nostro, quod superius nominavimus, *part.* 1. *num.* 665. *& seqq.* Et ex Sententiis aliorum Doctorum. Id permittitur die Natali Domini.

Examinantur Decreta Pontificum, nempe Alexandri II.

Excepta die Dominicæ Nativitatis, juxta hodiernam disciplinam non licet Sacerdoti eodem die Sacrificium iterare. Argumenta minime desumimus ex Decreto Alexandri Papæ II. *Can. Sufficit de Consecratione dist.* 1. ubi Pontifex ita decrevit: *Sufficit Sacerdoti unam Missam in die una celebrare, quia Christus semel passus est, & totum Mundum redemit. Non modica res est, unam Missam facere; & valde felix est, qui unam digne celebrare potest*: etenim Pontifex ita rem prosequitur: *Quidam tamen pro defunctis unam faciunt, & alteram de die, si necesse fuerit*: quibus verbis Alexander II. non improbare videtur eum Sacerdotem, qui saltem ob allatam causam bis uno die celebraret. Deinde sic Pontifex concludit: *Qui vero pro pecuniis, aut adulationibus sæcularium una die præsumunt plures facere Missas, non æstimo evadere damnationem*: Porro ex his facili conjectura perspicere quisque potest, Alexandrum II. Decreto solum cavere, ne sordidæ utilitatis, sive assentationis gratia Sacrificium iteretur. Vasquesius idem Decretum sic explicat *in 3. part. Divi Thomæ tom. 3. quæst. 83. art. 2. cap. 5. num.* 43.: *In prædicta Epistola solum damnantur, qui pro pecuniis aut adulationibus sæcularium una die præsumunt plures Missas celebrare: de iis vero, qui ex sola devotione plures celebrarent, nihil dicitur*. Eamdem rem maxime declarant ea, quæ Thomassinus scripta reliquit *De veteri & nova Ecclesiæ disciplina par. 3. lib. 1. cap. 72. num.* 6. ubi clare ostendit, libertatem pluries una die celebrandi, necessario coercendam fuisse, ut quorumdam Sacerdotum avaritiæ modus imponeretur.

Innocentii III.

Igitur omittentes Alexandri II. Decretum, alterius Prædecessoris nostri, nimirum Innocentii III. auctoritate, ac Decretali rem nostram comprobamus, *Cap. Consuluisti, de celebratione Missarum*: *Respondemus*, inquit, *quod excepto die Nativitatis Dominicæ &c. sufficit Sacerdoti semel in die unam Missam solummodo celebrare*. Equidem Alexander II., uti superius commemoravimus, & Innocentius III. usi sunt hoc eodem verbo *sufficit*: at secundo tantum loco per id verbum præceptum indicitur: nam si quis integram Innocentii Decretalem percurrat, apertissime cognoscet, id petitum fuisse a Pontifice, *utrum Presbyter duas Missas in eadem die valeat celebrare*. Porro illud *valeat*, idem prorsus significat, ac *liceat*. Cum igitur responsum dederit Pontifex, sufficere *Sacerdoti semel in die unam Missam solummodo celebrare*; illud *sufficit*, Sacerdotes adigit præcepto, ne plura Sacrificia uno die faciant.

Ita Vasquesius interpretatur eo loco, quem paulo ante indicavimus *num.* 44. *Nam quod quæsitum fuit, utrum valeat celebrare, idem est, ac si quæreretur, utrum liceat ei celebrare. Cum ergo respondit Pontifex*, sufficit &c. *hoc verbum denotat præceptum prohibens, plusquam semel celebrare*. Neque mirari quis debet, si idem verbum *sufficit*, consilium uno loco, alio autem præceptum præseferat. Id ipsum quippe etiam contigit in verbo *non oportet*: quod juxta varias rerum circumstantias, in Jure Canonico modo solum honestatis officium ac decentiam denotat, modo vero necessitatem atque præceptum, uti pluribus exemplis demonstrat Baldellus *disp. Theolog. tom. 1. lib. 5. dub. 21. n.* 4. Verum ex Honorio III. qui post Innocentium III. Pontifex renuntiatus fuit, in textu *Te referente*, sub eodem titulo *de celebratione Missarum*, manifesto deprehenditur, illud verbum *sufficere*, de quo in Decretali Innocentii III., cum præcepto conjungi. Rem totam, sicuti gesta est, recensebimus, uti constat ex Gonzalez, qui Decretalem integram ejusdem Honorii describit.

Honorii III.

Sypontinus Archiepiscopus (eam modo civitatem vulgo Manfredoniam appellant) feria quinta majoris hebdomadæ Sancta Olea de more in Ecclesia Cathedrali rite consecrabat. Eadem die mane se conferebat ad Montem Garganum, ut peregrinos exciperet, qui magna frequentia in eum locum Religionis causa confluebant. Ejus loci Clerus ac populus Archiepiscopum magno studio rogarunt, ut Sacrum iteraret; quod tamen ille facere recusavit, donec super hac re Pontificis Honorii III. responsum sibi redderetur. Pontifex initium desumit a verbis ipsis Innocentii III. Prædecessoris sui, nempe: *Cum cuilibet Sacerdoti, quacumque dignitate præfulgeat, unam in die celebrare Missam sufficiat, nam & valde est felix, qui celebrat digne unam*. Post hæc præcipit Archiepiscopo, ut Syponti rem Divinam peragat, ubi Sacrum Chrisma conficere debebat, & in Ecclesia Montis Gargani Sacrificium offerre præter-

Casus ejus decretalis.

permittat; hisque utitur verbis, quibus illud *sufficit*, ab Innocentio III. scriptum cum præcepto omnino copulari declarat: *Fraternitati tuæ mandamus, quatenus die Cœnæ Domini in Ecclesia Sypontina dumtaxat, in qua teneris Chrisma conficere Missarum studeas solemnia celebrare.* Innocentius, qui excepto die Nativitatis Dominicæ, prohibuit Sacerdoti plures Missas una die celebrare, *in cit. Cap. Consuluisti, de celebratione Missarum*, addidit: *nisi causa necessitatis suadeat.* At Honorius, qui *in Cap. Te referente, eodem tit. de celebratione Missarum*, Archiepiscopo Sypontino rescripsit, ipsi fas non esse, post rem Divinam peractam, dum Sacrum Chrisma conficiebat in Ecclesia Sypontina, aliam Missam celebrare in Ecclesia Montis Gargani, declaravit, causam necessitatis ab Innocentio admissam, nunquam adesse, cum alius invenitur Sacerdos, qui secundam Missam celebrare potest: secundam quippe Missam noluit ab Archiepiscopo in Ecclesia Montis Gargani celebrari, ex quo inverisimile ipsi visum est, quod alius non adesset Sacerdos, qui Missam in eadem Ecclesia celebrare posset, juxta monitum Cardinalis de Turrecremata *in Can. Sufficit, sub n. 4. de consecratione, dist.* 1. En ejus verba: *Quod autem in Decretali Te referente, Episcopus videtur reprehendi, quod bis celebraverat die Cœnæ, est propter hoc, quia non erat necesse, quod Episcopus celebrasset, nisi in illa Ecclesia, in qua de consuetudine debebat Chrisma conficere, quia hoc non potest, nisi Episcopus, & aliam Missam celebrare poterat simplex Sacerdos, quia verosimile est, Episcopum posse per Vicarium celebrare, & in illa Ecclesia plures Sacerdotes fuisse.* Quod etiam ante Cardinalem a Turrecremata jam fuerat adnotatum ab Hostiensi *in Cap. Te referente n. 4.* ab Antonio de Butrio *super eodem textu n. 3.* & ab Abbate *super eodem quoque textu in fine tit. de celebratione Missarum*.

Præterea casum proponunt Episcopi, qui præesset duobus Episcopatibus inter se vicinis; ut in Archiepiscopo Sypontino contigisset, si Summi Pontifices Alexander III. & Innocentius III. sententiam non protulissent contra Garganicos contendentes, Ecclesiam suam Episcopalem esse, & unitam Ecclesiæ Sypontinæ, quemadmodum legitur apud Ughellium de Metropoli Sypontina tractantem *Tom. 7. Italiæ Sacræ*: quæruntque, an sub obtentu Chrisma conficiendi in utraque Ecclesia, quod sine celebratione Missæ consecrari decenter nequit, posset ea die bis Sacrificium offerre; & unanimiter respondent, id non licere: & sic rem componunt, quod uno anno in una Ecclesia celebret Missam feria quinta in Cœna Domini, & conficiat Chrisma; & alio anno id ipsum faciat in alia Ecclesia, & ab una ad illam Chrisma consecratum, uti moris est, transmittat: Neque sic composita, asserunt, nullam ex suis Ecclesiis Chrismate carituram esse, subditosque unius, vel alterius Episcopatus nullatenus excludi a commoditate audiendi Missam quinta feria in Cœna Domini, in qua maximopere expedit, ut audiant Missam; ea quippe celebrari poterit a Sacerdote in Ecclesia, in qua eo anno Episcopus Chrisma non conficit, cum verisimile non sit, alium non reperiri Sacerdotem, qui ea ipsa die Sacrum in ea facere possit; sicuti prosequuntur Hostiensis, Antonius a Butrio, & Abbas *locis citatis*.

Quid de Episcopis qui habent duas Cathedrales.

Hæc sunt, quæ ex Jure Canonico desumpsimus. Sed cum Glossa *in Cap. Consuluisti, in verb. necessitatis, de celebratione Missarum*, necessitati addat utilitatem, & vel utilitatem, vel necessitatem satis esse dicat, ut unus Sacerdos eodem die bis Missam celebrare possit, bene deprehendimus, Parochos, de quibus agitur, posse tum utilitatem, tum necessitatem prætexere, ut sibi pateat fas esse bis in die celebrare, etiamsi alius sit Sacerdos, qui Sacrum facere valeat: utilitatem quippe in eo constituent, quod bis ipsi celebrando non subministrabunt Sacerdoti celebraturo eleemosynam pro Missa, quam celebrabit; necessitatem in sua inopia constituent, ob quam nequeunt prædictam eleemosynam alteri Sacerdoti Missam celebranti elargiri. At neutrum eis suffragari potest.

Et utilitas quidem non suffragatur: quidquid enim sit de titulo utilitatis; qui illum admittunt, illum explicant & intelligunt, non de utilitate celebrantis, sed Missam audientis. Sic docet Cardinalis Zabarella *in Cap. Consuluisti, num. 3. de celebratione Missarum*. En ejus verba: *Considera, quod in hoc attenditur causa utilitatis respectu audientis, non celebrantis*. Et concordant super eodem Capitulo

Causa utilitatis non sufficit ut bis celebretur.

Anto-

Antonius a Butrio *num.* 4. Abbas *num.* 2. & cæteri, quos vocant Repetentes: & præclare inter recentiores docuit Vericellus *de Apostolicis Missionibus tit.* 1. *de privilegiis Regularium dub.* 18. *num.* 201. Utilitas autem proposita non populum, sed Parochum respicit, & sic celebrantem, & non audientem.

Minus quoque prodest necessitas ex inopia desumpta; cum plura sint expendenda, antequam titulus necessitatis ex inopia desumptus admittatur. Primo, an revera Parochi tanta premantur egestate, ut alteri Sacerdoti stipendium Missæ nequeant suppeditare: si enim inopia adeo magna non sit, Episcopali auctoritate, juxta Caput quartum Concilii Tridentini *sess.* 21. *de Reformatione*, adigi poterunt, ut Sacerdoti Missam celebraturo eleemosynam elargiantur, uti sapienter admonet Engel *ad tit. Decretalium de celebratione Missarum num.* 3. Secundo, si Parochis tenues omnino angustique proventus obveniant, videndum, an populus etiam in eadem paupertate versetur: quemadmodum enim Episcopus adigere potest Sacerdotem, ut populo Sacrum faciat diebus festis, ita etiam potest indicere populo, ut celebranti Sacerdoti consuetum stipendium elargiatur. Id etiam ex Tridentino Concilio desumitur *sess.* 23. *cap.* 14. *de Reformatione*, ubi hæc leguntur: *Curet autem Episcopus, ut ii saltem diebus Dominicis, & Festis solemnibus &c. Missas celebrent*: siquidem illud verbum *Curet*, præceptum inferre in hac gravissima causa, non est dubitandum. Hoc pacto Concilii sententiam explicat Pasqualigus, qui scriptum ita reliquit *de Sacrificio Missæ quæst.* 844. *num.* 11. *Si in aliquo Oppido sit unus tantum Sacerdos, qui teneatur celebrare diebus festis, & adsint alii simplices Sacerdotes, poterit Episcopus eos cogere ad celebrandum diebus festis. Ratio est, quia adest indigentia populi, eo quod difficile sit, quod omnes eadem hora conveniant ad audiendam Missam; & ideo cum Sacerdotes habeant ratione Ordinis munus suum addictum populo, poterit Episcopus eos cogere, ut impendant officium suum populo, offerendo Sacrificium, ut absque difficultate possit adimplere præceptum audiendi Sacrum. In tali tamen casu tenebitur populus aliquid contribuire iis Sacerdotibus pro substentatione; quia, cum ministrent populo, æquum est, quod accipiant aliquid pro substentatione.*

Neque paupertatis ex inopia Ecclesiæ.

Porro difficile prorsus videtur, omnia hæc simul copulata deprehendi. Quod si res ita se haberet, tunc, Ven. Frater, ex iis eleemosynis, quas ipse egenis elargiri large consuevisti, stipendium pro re Divina facienda Sacerdotibus erogare deberes, nec ullo modo perferre, ut Sacrificium iterent Parochi, quibus non deest alius Sacerdos, qui diebus festis populo ministret.

Perpendit rationes Parochorum.

Post hæc, quæ a Nobis prolata ad veritatem illustrandam dici possunt, ad ea sermonem transferimus, quæ ab ipsis Parochis proponi audimus. Vehementer ipsi conqueruntur, si facultas iterandi Sacrificii diebus festis adimatur; eo quod munere suo perfungi nequeant, quod non solum constituitur in celebranda & applicanda Missa pro populo, cum festi dies peraguntur, sed etiam in explicandis Religionis mysteriis, tradendaque pueris Christiana disciplina, cum ad Sacrum audiendum in Ecclesiam conveniunt.

Incredibilem ex hoc voluptatem sane percepimus; etiam quum olim fel. record. Prædecessor Noster Innocentius Papa XIII. ad discutienda Hispani Cleri gravissima negotia ab insigni viro bonæ memoriæ Ludovico hujus S. R. E. Cardinali Belluga nuncupato proposita, peculiarem Congregationem præstantium aliquot ejusdem S. R. E. Cardinalium deputasset, Nobisque tunc in minoribus constitutis ipsius Congregationis Secretarii munus demandasset; meminimus non parum temporis, plurimumque laboris Nobis opus fuisse, ut falsam omnino probaremus opinionem, ob quam Parochi Hispani se immunes ac liberos dictitabant ab edocendis instruendisque in Christiana doctrina pueris, eo quod hujusmodi exercitationes in aliis quoque Ecclesiis haberentur; aut quia Concionatorum opera studioque satis fideles instruerentur; aut etiam ob vetustissimam consuetudinem, quæ Parochos ipsos ab hoc onere vindicare videbatur. Quæ omnia leguntur in Constitutione quæ incipit *Apostolici ministerii*, quam præfatus Innocentius Prædecessor promulgavit, in qua §. 9. recensentur ac refelluntur ea omnia, quæ modo commemoravimus.

Quas rejicit.

His autem per transennam adnotatis, jam responsum quæstioni faciamus, videlicet

cet non esse iterandum die festo Sacrificium, si Parocho alius Sacerdos operam suam navare possit, etiamsi Catechismus eodem die, Fideique mysteria populo explanari debeant. Hæc enim fieri possunt ejusdem Sacerdotis ministerio, qui ad Sacrum conficiendum inducitur: quemadmodum Nos ipsi statuimus in Bononiensi Diœcesi, cum in ea sedem haberemus, haud ignorantes, id consentaneum esse Decretis, quæ super hac re Pontifices Romani non semel ediderunt. Id Nos ostendimus *Instit.* 3. *tom.* 3. *nostrarum Institutionum Ecclesiasticarum*, quæ Bononiæ impressæ fuerunt. Accedit, quod Parochus, qui die festo fideles instituendos in utraque Ecclesia libenter suscepisset, si iterandi Sacrificii facultas traderetur, id facilius consequi possit, si si in altera solum Ecclesia rem Divinam faciat, ac populum edoceat, deinde ad aliam se conferat Ecclesiam, ubi a Sacrificio abstineat, & Christianæ Legis instituta dumtaxat populo declaret.

Tui præterea Parochi queruntur, quod ipsis hanc facultatem impertiri dubites, quam a tuis Decessoribus semper impetrarunt. Certissimum illud est Missionariis tantum a Sede Apostolica potestatem aliquando fieri, ut uno die Sacrificium bis operentur; reliquis vero Sacerdotibus opus esse, ut hac de re facultatem ab Episcopo consequantur, etiamsi causa necessitatis intercedere videatur; cujus sane judicium ad ipsos Sacerdotes nequaquam pertinet. Ita testatur Verricellus *de Apostolicis Missionibus tit.* 4. *de privilegiis quæst.* 19. *num.* 201. *Quæres primo, an ad celebrandas duas Missas in locis, ubi adest talis necessitas, requiratur licentia Episcopi? Respondetur affirmative, seclusis privilegiis Missionariorum. Ita a Sacra Congregatione resolutum.* Certum quoque est, facultates ejusmodi, nisi necessitas id postulet, nunquam concedi; vel, si aliquando concedantur, non haberi tamquam alicujus Sacerdotis privilegium, sed tantum ob causam peculiarem necessitatis. Fagnanus id fatetur *Cap. In ordinanda, num.* 37. *de Simonia: Miratur Sacra Congregatio agi de his licentiis concedendis; nam id nonnisi ex magna necessitate fieri debet, & magna cautela, ut puta in locis, ubi perpaucissimi sunt Sacerdotes, vel adsunt impedimenta adversariorum Fidei, vel quid simile &c. Nec concedi potest hæc licentia ab Episcopo generaliter, quasi privilegium alicujus Sacerdotis, sed tantum in aliquo casu particulari, necessitatis causa ab Episcopo examinanda.* Itaque cum ejusmodi causam necessitatis haud deprehenderis, nunquam Parochos tuos probabimus, si ipsi de te conquerantur; Nos prudentiam Fraternitatis Tuæ magnopere commendamus, Teque agnoscimus animum, mentemque tuam conformasse exemplo prædicti Sancti Caroli Borromæi, qui *in prima Synodo Provinciali c.* 5. abrogavit *licentias a suis Prædecessoribus concessas plures Missas celebrandi.*

Parochi postremo, ut causam suam tueantur, vetustissimam adducunt consuetudinem. Nos, utrum ratione, an temere id asserant, examinare prætermittimus. Solum inquirimus, utrum ea consuetudo rationem præscriptionis, aut præsumptionis sibi comparaverit; & utrumque falsum, & alienum judicamus. Non utique Jus Divinum, sed Jus Ecclesiasticum prohibet, eadem die ab eodem Sacerdote Sacrificium iterari. At non omnia, quæ Juris tantum Ecclesiastici sunt, præscribi possunt: Si etenim juxta Civiles Leges, *sanctæ res* præscribi non possunt, absonum undique est asserere, fuisse per præscriptionem aliquid obtentum, vel acquisitum, quod adversetur sanctionibus universalibus Ecclesiæ, quarum observantiam Sacrum Tridentinum Concilium in Missarum celebratione Sacerdotibus omnibus præcipit, uti colligitur ex Decreto *de observandis, & evitandis in celebratione Missæ.* Quid de consuetudine.

In nonnullis regionibus mos inoleverat, quod Parochi duarum Parochiarum feria sexta majoris hebdomadæ Officium faciebant, primum in una ex Parochiis, & deinde illud iterabant in altera. Jejunii præceptum in sumptione Eucharistiæ non est Juris Divini, sed Ecclesiastici, teste Cardinali Bona *Rerum Liturgicarum lib.* 1. *cap.* 21. *num.* 2. ubi refert, initio non omnibus in locis universos prædicta lege obstrictos fuisse; cumque, hoc minime obstante, animadversum fuisset, Parochum celebrantem Officium in secunda Parochia, non jejunum sumere Eucharistiam sub specie panis; sumpserat enim in Officio, quod celebravit in prima Parochia, particulam Hostiæ consecratæ die præcedenti, una cum vino non consecrato, & sic jejunium fregerat naturale; reprobata fuit consuetudo, etsi, uti asserebatur, pietati & de-

& devotioni innixa. Hoc exemplo perculsi alii Parochi duarum Parochiarum, aliam induxerunt consuetudinem, ut in utraque Parochia Officium feriæ sextæ majoris hebdomadæ celebrare possent; prætermittendi videlicet haustum vini in primo Officio, quod in prima Parochia celebrabant, sumentes tantummodo speciem panis, ut jejuni in secunda Parochia Officia facerent, Missamque, quæ dicitur Præsanctificatorum, celebrarent. At hæc quoque consuetudo fuit reprobata, utpote contraria ritui Ecclesiastico, quam & Ordo Romanus, & Sacramentarium Sancti Gregorii præscribunt, & adhibet universalis Ecclesia. Franciscus Sylvius magni nominis Theologus *tom.* 5. *suorum Operum* editionis Antuerpiensis *Orat.* 1. quæ est unica *de Officio Parasceves*, rem graphice exponit, nec Parochorum consuetudini censet esse ullo modo deferendum. De hac eadem re plura habentur apud Suarez *in* 3. *part. Divi Thomæ tom.* 3. *quæst.* 73 *art.* 2. *disquis.* 80. *sect.* 3. Et Nos ipsi hæc omnia exposuimus *in nostro Tractatu de Sacrificio Missæ*, typis Patavini edito, *sect.* 2. §. Et *in alio Tractatu de Festis Domini Nostri Jesu Christi part.* 1. typis quoque Patavinis edito, §. 336. *& seqq.* confutavimus errorem Græcorum Schismaticorum, qui volunt, in Missa Præsanctificatorum, per immersionem Particulæ in Calicem ex Sacratissima Hostia detractæ, transubstantiationem fieri vini in Sanguinem Christi; & diximus, Sacerdotem in Officio feriæ sextæ majoris hebdomadæ, sumere Christi Corpus & Sanguinem, cum utrumque revera sit sub specie panis, præcedenti licet die consecrati.

Præscriptionis excipit præsumptio, de qua modo sermo habendus est. Equidem non ignoramus Jurisperitorum commune adagium, nempe ratione consuetudinis ab immemorabili afferri posse in medium quemcumque gratiosum titulum, & etiam privilegium Apostolicum, quod utpote nullo certo documento probatum, præsumptum appellatur. Sed, cæteris prætermissis, ne hæc epistola longior evadat, subdimus, hæc intelligi posse de illis privilegiis, quæ impetrari potuissent a Sede Apostolica, si quis ea postulasset; non vero de illis, quæ cum postulantur, negari omino consueverunt; ne præsumptio plus habeat roboris, & momenti, quam veritas.

Romanis Pontificibus mos est, ut ea negotia, quæ ipsi per se expedire nolint, ad Congregationes rejiciant examinanda, ut earum consilio rem expediant. *Anno* 1657. cum in Civitate, quam dicunt *de Assumptione*, in Provincia Paraguariensi, pars magna Nobilium domi se contineret, utpote decenti apparatu vestium carens, nec accederet ad Ecclesiam, ut Sacrum die festo audiret, Episcopus exoravit, ut sibi facultas daretur celebrandi Missam antelucanam Nobilium prædictorum gratia, & aliam ante meridiem, ut reliquus populus Missæ præcepto diebus festis satisfaceret. De hac re actum fuit in Congregatione Concilii *die* 1. *Septembris* 1657. nec petitio fuit exaudita; ea potissimum de causa, quod imperceptibile visum est, alium non adesse Sacerdotem, qui Missam antelucanam celebraret pro Nobilibus; quemadmodum colligitur *ex lib.* 21. *Decretor. pag.* 65.

Præterea vobis omnibus notum est, in Regnis Aragoniæ, Valentiæ, & in Comitatu Catalauniæ, die Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum, quemlibet Sacerdotem Sæcularem bis Missam celebrare posse, & ter quemlibet Sacerdotem Regularem; quod singulare privilegium antiquæ consuetudini, & famæ Apostolici privilegii concessi vel a Julio III. vel a Paulo III Summis Pontificibus innititur. De dicto privilegio egimus *in supra citato nostro Commentario de Sacrificio Missæ sect.* 2. §. 31. & latius dum munere fungebamur Secretarii Congregationis Concilii, cum Causa quædam *Castellana* pertractaretur, quemadmodum videri potest in Thesauro Resolutionum prædictæ Congregationis *tom.* 2. *pag.* 168. & plura quoque de dicto privilegio relata fuerunt a bonæ memoriæ Cardinali Lanfredino, dum ipsum Secretarii munus obiret, & de quadam Causa *Oriolen.* ageret, de qua *tom.* 5. *ejusdem Thesaur. pag.* 384. *& seqq.* Viri, qui dignitate, & præstantia supra cæteros eminebant, Summis Pontificibus humillime supplicarunt, non ut quidem rem novam permitterent, sed ut tantum ad quasdam alias regiones memoratum privilegium extenderent, ob quod Presbyteri tum Sæculares, tum Regulares, in die Commemorationis omnium Defunctorum rem Divinam iterato faciebant, precesque suas singulari pietate, & rationibus undequaque petitis cohonestarunt, negotioque a Summis Ponti-

tifi-

tificibus remisso ad Congregationem Concilii, hæc precibus hujusmodi morem haud gessit, sed petentes, uti fieri cum principibus viris consuevit, urbane dimisit, quemadmodum recensuimus *in citato nostro Tractatu de Sacrificio Missæ sect. 2. §. 32.* editionis Patavinæ.

Porro si denegatum fuit Episcopo petitum privilegium celebrandi bis in die festo, ut Nobiles satisfacerent præcepto audendi Missam, eo quod alius aderat Sacerdos, qui Sacrum facere poterat; si principum virorum vota exaudita non fuerunt, qui tantum pro extensione privilegii precabantur, & talis privilegii, quod unicam tantum diem quolibet anno respiciebat; unusquisque facili negotio cognoscere poterit, quid a Sede Apostolica factum esset, si simplices Parochi facultatem petiissent bis celebrandi, ubi alius non deesset Sacerdos, qui Parocho operam suam præstare posset, & bis celebrandi, non unica die intra annum, sed tot diebus, quot per anni cursum festi dies celebrandi fidelibus præcipiuntur.

Ut Fraternitati Tuæ postulatis responderemus, negotium unico verbo cognoscimus Nos absolvere potuisse, dicendo nimirum, tuam Constitutionem Synodalem observandam esse. Henricus enim Boich, antiquus Juris Canonici Professor, *in Comment. ad Cap. Te referente, numer. 2. de celebratione Missarum*, docet, a nemine binas Missas eadem die celebrari posse, si id sit vetitum in Constitutione Synodali. Sed hæc scribenda ad te putavimus, ut tuum religionis eximium studium nostris laudibus prosequeremur, certamque normam, ac rationem ante oculos propositam haberes, ad quam consilia tua, tuamque mentem tutissime conformares. Quapropter tres dies in privata nostra Bibliotheca mane insumpsimus, quos vacuos, ac liberos ab audiendis Ministris, molestisque negotiis nacti sumus, ut has literas conficeremus. Postremo te summopere iterumque commendantes, qui hujus Sedis Apostolicæ in dubiis rebus sententiam consiliumque exquisieris, Benedictionem Tibi nostram, Venerabilis Frater, peramanter impertimur.

1 Decretum Episcopi servandum decernitur.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem die XVI. Martii MDCCXLVI. Pontificatus Nostri Anno Sexto.

Dat. die 16 Mart. 1746.

IV. DE PRÆSENTATIONE

Dignioris inter approbatos ab Examinatoribus ad Parochiales Ecclesias Jurispatronatus Ecclesiastici, cum resolutione nonnullorum dubiorum.

Venerabili Fratri Archiepiscopo Florentino.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Venerabilis Frater salutem, & Apostolicam Benedictionem.

REDDITÆ Nobis sunt Literæ Tuæ, quibuscum una ad Nos misisti disceptationem Advocati Petri Brogiani, ut de iis, quæ a Te proponebantur, quæ nostra sententia sit, diceremus.

Tria dubia Pontifici proposita. Primum. *An Patronus Ecclesiasticus teneatur in foro externo præsentare ad Beneficium Curatum eum, qui inter approbatos ab Examinatoribus magis idoneus, & magis dignus est?*

Secundum: *An Episcopus, ad quem spectat dare institutionem, debeat sequi judicium Patroni de magis idoneo, magisque digno, an potius inquirere, rectum ne sit Patroni judicium, an secus?*

Tertium: *Si appellaverit, qui se digniorem esse putat, & posthabitus est: an suspendi debeat institutio præsentati, an vero hæc debeat suum effectum sortiri; paucis, an appellatio interposita locum habeat in devolutivo tantum, an potius etiam in suspensivo?*

Responsio ad primum. Ut igitur exordiamur a prima quæstione, in qua quæritur, an Patronus Ecclesiasticus teneatur in foro externo præsentare ad Beneficium Curatum eum, qui magis idoneus, magisque dignus est inter approbatos ab Examinatoribus; respondemus, *teneri*. Nam antiquis omnibus disputationibus omissis, cum juxta Concilii Tridentini præscriptum in Beneficiis Curatis coram Examinatoribus Synodalibus concursus haberi debeat, debeantque Examinatores Synodales approbare eos, qui magis idonei sunt, quorum deinde unum debet Patronus Ecclesiasticus Episcopo præsentare, ut ei institutionem præbeat, hæc agendi ratio, ac methodus necessario secum fert, ut Patronus Ecclesiasticus teneatur præsentare eum, quem digniorem inter probatos ab Examinatoribus existimat.

Verba Concilii satis per se clara sunt *in cap. xviij. sess. 24. de Reformatione: Si vero Jurispatronatus Ecclesiastici erit*, loquitur de Beneficio Curato, *ac institutio ad Episcopum, & non alium pertineat, is, quem Patronus digniorem inter probatos ab Examinatoribus judicabit, Episcopo præsentare teneatur, ut ab eo instituatur.*

Quod procedit, etiamsi Episcopus Patrono non intimaverit, ut digniorem præsentet, quam cautionem memorat *Abbas in cap. Constitutis 2. de appellationibus*. Quoniam quidquid sit de utilitate hujus cautionis ante Concilium Tridentinum, superflua certe est post idem Concilium, a quo in Beneficiis Curatis Patronatus Ecclesiastici demandatus est concursus; & injunctum fuit Patrono Ecclesiastico, ut eum præsentet, quem inter probatos, ab Examinatoribus digniorem, magisque idoneum censebit, quod valet amplius quacumque admonitione, seu interpellatione, quam Episcopus Patrono Ecclesiastico faciat.

Responsio ad secundum cum distinctione. Expediti a prima quæstione ad alteram transibimus, in qua quæritur: An Episcopus, ad quem pertinet instituere, sequi debeat judicium Patroni circa magis idoneum, magisque dignum, an potius inquirere, judicium ejusdem Patroni rectum ne sit, an non; & quod ad hanc quæstionem attinet, censemus necesse unum ab altero casum distinguere.

Nam, aut inter probatos ab Examinatoribus nemo est, qui de Patroni judicio quera-

DELLA PRESENTAZIONE

IV.

Del più degno tra gli approvati dagli Esaminatori alle Chiese Parrocchiali di Padronato Ecclesiastico, con la risoluzione di alcuni dubbj.

Venerabili Fratri Archiepiscopo Florentino.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Venerabilis Frater salutem, & Apostolicam Benedictionem.

CI fu presentata una di Lei lettera unitamente con una bella Scrittura composta dall' Avvocato Pietro Brogiani, acciò da Noi si proferisse il nostro sentimento sopra i seguenti punti di Canonica Giurisprudenza.

Tre dubbi proposti al Pontefice.

Primo: *Se il Patrono Ecclesiastico sia obbligato nel foro esterno a presentare al Benefizio Curato quello, ch' e il più idoneo, ed il più degno fra gli approvati dagli Esaminatori.*

Secondo: *Se il Vescovo, che dee dare l' istituzione debba stare al giudizio dato dal Patrono circa il più idoneo, ed il più degno, o pure se debba far indagine sopra la sussistenza del detto giudizio.*

Terzo: *Se appellando chi pretende d' esser più degno, ed è stato posposto, debba sospendersi l' instituzione del Presentato, o pure debba questa avere il suo effetto; in una parola, se l' appellazione interposta debba aver luogo solamente in devolutivo, o pur anche in sospensivo.*

Risposta al primo.

Incominciando dal primo punto, nel quale si cerca, se il Patrono Ecclesiastico sia obbligato nel foro esterno a presentare al Benefizio Curato quello, che è più idoneo, ed il più degno fra gli approvati dagli Esaminatori, rispondiamo sicuramente di sì; imperocchè lasciando da parte tutte le dispute antiche, dovendosi, secondo il prescritto del Sacro Concilio di Trento, ne' Benefizj Curati di Padronato Ecclesiastico tener il Concorso avanti gli Esaminatori Sinodali, dovendo gli Esaminatori Sinodali approvare quelli, che sono idonei, dovendo poi il Patrono Ecclesiastico presentare uno di questi al Vescovo, perchè conceda l' istituzione, questo metodo di operare porta seco la necessità, che il detto Patrono Ecclesiastico sia anche nel foro esterno obbligato a presentare quello, che esso crede il più degno fra gli approvati dagli Esaminatori.

Le parole del Concilio sono troppo chiare *nel cap. 18. sess. 24. de Reformatione: Si vero Jurispatronatus Ecclesiastici erit*, parla del Benefizio Curato, *ac institutio ad Episcopum, & non alium pertineat, is quem Patronus digniorem inter probatos ab Examinatoribus judicabit, Episcopo præsentare teneatur, ut ab eo instituatur.*

Il che ha luogo ancorchè il Vescovo non avesse fatta al Patrono Ecclesiastico l' intimazione di dover presentare il più degno, cautela mentovata dall' Abbate *nel cap. Constitutis, il secondo de Appellationibus*: imperocchè, ciocchè siasi dell' utilità della cautela avanti il Concilio di Trento, essa è superflua dopo il detto Concilio, che avendo stabilito il concorso ne' Benefizj Curati di Padronato Ecclesiastico, ed avendo, come si è già veduto, prescritto al Patrono Ecclesiastico di presentare quello, che giudicherà il più degno, ed il più idoneo fra gli approvati dagli Esaminatori, ciò vale assai più di qualsivoglia ammonizione, o sia interpellazione particolare, che dal Vescovo si faccia al Patrono Ecclesiastico.

Risposta al secondo con distinzione.

Spediti dal primo punto, faremo passaggio al secondo, nel quale si cerca; se il Vescovo, che dee dare l' istituzione debba stare al giudizio dato dal Patrono circa il più idoneo, ed il più degno, o pure se debba fare indagine sopra la sussistenza del detto giudizio. Ed in ciò, che appartiene a questo secondo dubbio, Noi crediamo doversi distinguere un caso dall' altro, come in appresso.

O fra gli approvati dagli Esaminatori non v' è chi promova querela sopra il giu-

ratur, a quo, puta Titius magis idoneus, magisque dignus æstimatus est, isque Episcopo præsentatus, & tum Episcopus sequi debet judicium Patroni, neutiquam vero in ejus judicium inquirere. Nam a Sacro Concilio non præscribitur, ut digniorem instituat, sed quem Patronus inter approbatos ab Examinatoribus digniorem judicaverit: *quem Patronus digniorem inter probatos ab Examinatoribus judicabit*. Ut bene animadvertit Fagnanus in suis manuscriptis, quæ apud Nos extant *super cap. xviij. sess. 24. de Reformatione. Et non potest Episcopus opponere, quod Patronus Ecclesiasticus non vere digniorem, sed quem ipse Patronus digniorem arbitratur, elegerit, & Episcopo præsentaverit, quia Concilium voluit absolute institui illum, quem Patronus tanquam digniorem elegerit*.

Et in hujusmodi facti specie locum habet rescriptum Congregationis Concilii an. 1573. ut videre est *lib. 1. Decretorum pag. 167.* verba autem hæc sunt: *Sacra &c. censuit, si Parochia sit Jurispatronatus Ecclesiastici, & institutio ad Episcopum pertineat, facultatem judicandi digniorem inter idoneos probatos ab Examinatoribus, spectare ad Patronum Ecclesiasticum, & Episcopum teneri instituere eum, quem dictus Patronus judicaverit digniorem, & ipsi Episcopo præsentavit*.

Aut inter ab Examinatoribus idoneos probatos aliquis est, qui judicio Patroni minime acquiescens coram Episcopo, cujus est dare institutionem, queritur, se posthabitum fuisse, licet magis dignus, & idoneus altero sit, quem Patronus tanquam digniorem, & magis idoneum Episcopo præsentavit; & hoc secundo casu cum Episcopus Judicis Personam sumere cogatur, sequi non debet Patroni judicium circa magis idoneum, magisque dignum, sed priusquam institutionem concedat, in Patroni judicium inquirere, ut inter alios recte considerant *Garzia de Benefic. par. 9. c. 2. num. 263. & seq. & præcipue num. 268. & seq. & Ventrilia in prax. rer. Eccles. tom. 2. adnot. 5. §. 2. num. 5. 6.*

Non obstat, si quis assereret etiam hoc secundo casu clausis oculis sequendum esse Patroni judicium de magis idoneo, magisque digno, perinde ac si id consentaneum sit verbis Concilii superius laudati: *Quem Patronus digniorem inter probatos ab Examinatoribus judicabit*: Nam prætermissis, quæ a Doctoribus dicuntur, nempe ea verba intelligenda esse de justo, vero, proboque judicio, ut videre licet apud *Massobrium in praxi habendi concursum requis. 5. dub. 1. num. 43. 44.* Concilium agens de Beneficio Curato Patronatus Ecclesiastici inquit: *quem Patronus digniorem inter probatos ab Examinatoribus judicabit*. Non multa autem superius loquens eodem loco de Beneficio Curato liberæ collationis Ordinarii, his verbis utitur: *Episcopus*, inter eos, qui probati sunt tamquam idonei ab Examinatoribus, *eum eligat, quem cæteris magis idoneum judicaverit*.

At vero si quis ab Examinatoribus probatus tanquam idoneus contra judicium, quod secundum alterum tulit Episcopus eum præeligendo, institerit, auditur, & ab appellationis Judice expenditur, Episcopi judicium rectumne probumque sit, an pravum, atque injustum, ut quotidie re ipsa contingit, & definitum legitur a San. mem. Pio V. Prædecessore Nostro *in sua Constit. xxxiij. In conferendis*. Multo magis quævis cumque sint Concilii verba; si quis inter probatos ad Examinatoribus actionem moveat contra judicium a Patrono latum, æquum justumque erit, ut audiatur, & munus erit Episcopi, ad quem instituere in beneficio pertinet, diligenter inquirere, Patroni judicium utrum valeat, nec ne; regulisne justitiæ, an secus innitatur.

Responsio ad tertium etiam cum distinctione.

Superest tertia quæstio, in qua, ut superius diximus, quæritur, si is, qui se digniorem existimat, & posthabitus est, suspendi debeat institutio præsentati, an potius eam exequi oporteat, paucis; si appellatio interposita locum in devolutivo dumtaxat, an etiam in suspensivo: Et hic etiam opus esse videtur unum casum ab altero distinguere. Nam aut judicium Episcopi convenit cum illo Patroni Ecclesiastici, adeo

dizio dato dal Patrono, che avendo creduto Tizio più idoneo, e più degno degli altri, l' ha presentato al Vescovo: ed in questo caso il Vescovo dee stare al giudizio dato dal Patrono, nè dee formare indagine sopra la sussistenza del medesimo; non dicendo il Sacro Concilio, che il Vescovo istituisca il più degno, ma quello, che il Patrono avrà giudicato più degno fra gli approvati dagli Esaminatori: *quem Patronus digniorem inter probatos ab Examinatoribus judicabit*: come ben riflette il Fagnano ne' suoi manoscritti, che abbiamo presso di Noi, *sopra il cap. 18. della sess. 24 de Reformatione*: *Et non potest Episcopus opponere, quod Patronus Ecclesiasticus non vere digniorem, sed quem ipse Patronus digniorem arbitratur, elegerit, & Episcopo præsentaverit, quia Concilium voluit absolute institui illum, quem Patronus tanquam digniorem elegerit*.

E in questi termini procede una Risoluzione della Congregazione del Concilio *dell' anno* 1573. come può vedersi nel *lib.* 1. *de' Decreti alla pag.* 167. *& a terg.* ed ecco le parole: *Sacra &c. censuit, si Parochia sit Jurispatronatus Ecclesiastici, & institutio ad Episcopum pertineat, facultatem judicandi digniorem inter idoneos probatos ab Examinatoribus, spectare ad Patronum Ecclesiasticum; & Episcopum teneri instituere eum, quem dictus Patronus judicaverit digniorem, & ipsi Episcopo præsentavit*.

O pure fra gli approvati dagli Esaminatori per idonei si ritrova taluno di loro, che non quietandosi al giudizio dato dal Patrono, promove avanti il Vescovo, che dee dare l' istituzione, le sue istanze lamentandosi d' essere stato posposto, benchè più degno ed idoneo dell' altro, che il Patrono avendo creduto più degno, e più idoneo di lui, l' ha come tale presentato al Vescovo; ed in questo secondo caso il Vescovo venendo astretto ad assumere la qualità di Giudice, non dee stare al giudizio dato dal Patrono circa il più idoneo, e più degno, ma dee prima di dare l' istituzione fare indagine sopra la sussistenza del detto giudizio, come fra gli altri molto bene riflettono il Garzia *de Beneficiis alla pag.* 9. *cap.* 2. *n.* 265. *e seg.*, e particolarmente al *n.* 268. *e seg.* ed il Ventriglia in *Praxi rerum Ecclesiasticarum al tom.* 2. *annot.* 5. §. 2. *num.* 5. *e* 6.

Nulla ostando, se mai si dicesse, doversi anche in questo secondo caso deferire ciecamente al giudizio dato dal Patrono sopra il più idoneo, ed il più degno, in sequela delle citate parole del Concilio: *quem Patronus digniorem inter probatos ab Examinatoribus judicabit*: imperocchè prescindendo da quanto dicono i Dottori, che interpretando le dette parole insegnano doversi intendere d'un vero, e sussistente giudizio, come può vedersi appresso il Massobrio *in Praxi habendi Concursum requisit.* 5. *dub.* 1. *num.* 43. *e* 44. il Concilio, che trattando del Benefizio Curato di Padronato Ecclesiastico, disse: *quem Patronus digniorem inter probatos ab Examinatoribus judicabit*: poche righe sopra trattando del Benefizio Curato di libera collazione del Ordinario, così disse: *Episcopus*, fra quelli, che sono stati approvati, come idonei dagli Esaminatori Sinodali, *eum eligat, quem cæteris magis idoneum judicaverit*.

E però se non ostanti queste parole taluno fra gli approvati dagli Esaminatori, come idoneo promove le sue istanze contro il giudizio dato dal Vescovo a pro di un altro, è inteso, e dal Giudice dell' appellazione si esamina, se il giudizio dato dal Vescovo sia, o non sia sussistente, come giornalmente si vede in pratica, e come fu stabilito da S. Pio V. *nella sua Bolla* 33. *In conferendis*, con molto maggior ragione, non ostanti le dette parole, se taluno fra gli approvati dagli Esaminatori promove le sue istanze contra il giudizio dato dal Patrono, dovrà essere inteso, e dovrà il Vescovo, a cui appartiene il dare l'istituzione, esattamente indagare, se il giudizio dato dal Patrono abbia, o non abbia sussistenza, sia, o non sia appoggiato alla Giustizia.

Resta il terzo punto, nel quale, come già si è detto, si cerca, se appellando, chi pretende d' esser più degno, ed è stato posposto, debba sospendersi l' istituzione del presentato, o pure quella debba avere il suo effetto; in una parola, se l' appellazione interposta debba aver luogo solamente in devolutivo, o pure anche in sospensivo: e quì pure sembra d' uopo il distinguere un caso dall' altro; imperocchè, Risposta al terzo anche con distinzione.

o il

adeo ut is, qui præsentatus est a Patrono Ecclesiastico tanquam magis idoneus, & dignus, talis etiam ab Episcopo judicetur, & isti institutio ab Episcopo concedatur, si posthabitus a Patrono, & ab Episcopo appellat, ejus appellatio in devolutivo tantum locum habebit, & illi, qui institutus est ab Episcopo, Parochiæ possessionem minime retardabit.

Et quidem si agatur de Ecclesia Parochiali liberæ collationis Episcopi, & ab Episcopo uni ex approbatis ab Examinatoribus Synodalibus tanquam digniori, & magis idoneo institutio detur, is, qui inter probatos ab eisdem Examinatoribus se injuste posthabitum ab Episcopo contendit, sibique, & non alteri debitam esse institutionem, appellans obtinere nequit, ut sua appellatio suspensiva sit, quæ non alia ratione admittitur, nisi in devolutivo juxta paragraphum octavum laudatæ Constitutionis *In conferendis San. mem. Pii V.* multo magis cum agitur de Ecclesia Parochiali Jurispatronatus Ecclesiastici, in digniori magisque idoneo judicando Patronus, & Episcopus consentiunt, qui inter probatos ab Examinatoribus Synodalibus contendit, a Patrono, & ab Episcopo injuriam sibi illatam esse, si appellationem interponat, ejus appellatio non in suspensivo, sed dumtaxat in devolutivo admittetur. Nam primo casu appellanti judicium solius Episcopi; secundo autem casu præter Episcopi judicium, etiam Patroni ei adversatur.

Aut enim, ut alteram distinctionis partem prosequamur, in ferendo judicio de magis digno, magisque idoneo sententia Episcopi, & Patroni Ecclesiastici minime concorda, & tum si quis ex approbatis ab Examinatoribus & tanquam magis dignus præelectus est a Patrono, putet se gravatum esse ab Episcopo, neque ejus judicio acquiescere vult, & ideo provocet, ejus appellatio ad suspensionis effectum operari debet, & Ecclesia Parochialis sub Oeconomo remanere, donec lis inter eum, qui dignior habitus est a Patrono, & alterum, qui ab Episcopo, & ideo ut dignior in Parochiali Ecclesia institutus est, finiatur. Nam hoc casu considerari debet præelecto ab Episcopo refragari judicium Patroni, nempe ejus, cui præcipue Concilium electionem inter idoneos elargitum est; cujus judicio, si nemo sit, qui adversetur, standum esse voluit, ut paulo ante adnotavimus; ejus demum, ad quem in paritate meritorum pertinet uni, vel alteri gratificari, ut apud *Grat. loc. laudat. num.* 264. *& apud Ventrill. loco pariter cit. num.* 5.

Quæ cum ita se habeant, nimis durum esset, si quis causa cadens in secundo judicio, quod fert Episcopus, & propterea appellationem interponeret; deinde ejus appellatio non operaretur nisi in devolutivo, & non etiam in suspensivo, cum regula in jure certa sit, cum aliquis in primo judicio victor in altero succumbit, si a secundi Judicis sententia appellet, ejus appellationem non solum in devolutivo, sed etiam in suspensivo valere.

Si opponeretur in hujusmodi causis omne appellandi jus sublatum esse a Concilio Tridentino *cit. cap.* 18. *vers. in omnibusque sess.* 24 *de reformatione*, scire oportet, Concilium ibi loqui de eo, qui a relatione Examinatorum Synodalium provocat, a quibus idoneus probatus non est, cum se talem esse existimet, quod nihil pertinet ad speciem facti a Nobis propositam, in qua agitur de appellante ab irrationabili judicio Episcopi, cujus generis appellatio ignota fuit Sacro Concilio, sed usu introducta est a San. mem. Pii V. in laudata Constitutione, ut bene etiam considerat Fagnanus in suis mss. superius citatis: Insuper & illud opus est intelligere, si quis contenderet argumentari posse a casu appellantis ab irrationabili judicio Episcopi, ejus argumentatio longius procederet, quam vellet, cum nec ipse velit provocantem ab irrationabili judicio Episcopi non audiri saltem in devolutivo, & *Doctores* doceant appellantem a mala relatione Examinatorum, ejus appellationem aut neque in devolutivo admitti, aut certe ad eum dumtaxat finem, ut famæ, atque existimationi suæ appellans consulere possit, amovendo notam ab Examinatoribus sibi inu-

stam,

o il giudizio del Vescovo è conforme a quello del Patrono Ecclesiastico, in tal maniera, che quello, che è stato presentato dal Patrono Ecclesiastico, come più idoneo, e degno, viene anche riputato tale dal Vescovo; e dandosi a questo dal detto Vescovo l' istituzione, se il posposto dal Patrono, e dal Vescovo appella, la di lui appellazione non potrà aver luogo, che in devolutivo, nè potrà impedire all' istituito dal Vescovo il possesso della Parrocchia.

Ed in fatto se nel caso d' una Parrocchiale di libera collazione del Vescovo, dandosi dal Vescovo l' istituzione ad uno degli approvati dagli Esaminatori Sinodali, qualificandolo pel più degno, e pel più idoneo quello fra il numero degli approvati da' detti Esaminatori, che pretende d' essere stato posposto ingiustamente dal Vescovo, e che a se, e non al suo competitore, fosse dovuta l' istituzione, appellando, non può pretendere, che la sua appellazione sia sospensiva, nè in altro modo si riceve, che in devolutivo, giusta il §. 8. della Costituzione sopraccitata *In conferendis* di San Pio V. con molto maggior ragione, trattandosi di Parrocchia di Padronato Ecclesiastico ed essendo nel punto del più degno, e del più idoneo concordi il Patrono, ed il Vescovo, quello, che fra gli approvati dagli Esaminatori Sinodali pretende, che dal Patrono, e dal Vescovo gli sia stato fatto torto, se appella, non dovrà la sua appellazione essere sospensiva, ma unicamente riceversi in devolutivo non avendo il reclamante nel primo caso contra di se, che il giudizio del Vescovo, ed avendo il reclamante nel secondo caso contra di se, oltre il giudizio del Vescovo, ancor quello del Patrono.

O poi proseguendo il secondo membro della distinzione, nel punto del più idoneo non concorda il Giudizio del Vescovo con quello del Patrono Ecclesiastico: ed in questo caso, se chi essendo nel numero degli approvati dagli Esaminatori, e che è stato prescelto per più degno dal Patrono, pretende d' essere stato gravato dal Vescovo, nè vuol quietarsi al giudizio dato da esso a prò dell' altro, e perciò appella, la sua appellazione dovrà operare l' effetto sospensivo, e la Parrocchia dovrà restare sotto l' Economo, finchè termini la lite fra chi è stato creduto più degno dal Patrono, e l' altro, che è stato qualificato per più idoneo dal Vescovo, e da esso, come tale è stato istituito nella Parrocchia, dovendosi in questo caso valutare, che il prescelto dal Vescovo ha contro di se il Giudizio del Patrono, che è lo stesso, che dire di quello, a cui il Concilio ha data in primo luogo la prescelta fra gl' idonei, ha voluto, che non essendovi veruno oppositore, stiasi al di lui giudizio, come di sopra si è veduto, di quello finalmente a cui in parità di meriti, tocca il gratificare più l' uno, che l' altro, come può vedersi appresso il Garzia *nel luogo citato al n.* 264. ed appresso il Ventriglia nel *luogo parimente citato al n.* 5.

Nel quale stato di cose sarebbe troppo duro, se soccombendo esso nel secondo giudizio, che si dà dal Vescovo, ed appellando la sua appellazione non avesse effetto, che in devolutivo, ed anche non operasse nel sospensivo, essendo regola bene assicurata in teorica, ed in pratica, che chi ha avuto per se un giudicato, e nel secondo giudicato soccombe, appellando, il suo appello abbia il suo vigore non solo in devolutivo, ma anche in sospensivo.

Che se mai da taluno si opponesse, essere in questi casi tolta ogni appellazione dal Concilio di Trento nel *cit. cap.* 18. *vers. in omnibusque sess.* 24. *de Reformatione*: Sappia l' opponente, che il Concilio ivi parla di chi appella dalla relazione fatta dagli Esaminatori Sinodali, che non l' hanno approvato per idoneo, quand' esso pretendeva d' esserlo, il che non ha che fare col caso nostro, nel quale si tratta dell' appellante *ab irrationabili judicio Episcopi*, appellazione non conosciuta dal Sacro Concilio, ma introdotta da S. Pio V. nella sua citata Bolla, come anche riflette il Fagnano ne' suoi manoscritti sopraccitati. Sappia in oltre, che chi pretendesse di argomentare dal caso dell' appellante *a mala relatione Examinatorum*, *ab irrationabili judicio Episcopi* porterebbe il suo discorso più avanti di quanto esso pretende: non pretendendo egli, che l' appellante *ab irrationabili judicio Episcopi* non sia sentito, almeno in devolutivo, ed insegnandosi da' Dottori, che l' appellante *a mala relatione examinatorum*, o nemmeno è inteso in devolutivo, o quando gli viene accordato il devolutivo, gli è accordato pel solo fine, che possa salvare la propria ripu-

ſtam, nunquam vero, ut Eccleſiam Parochialem conſequi poſſit, ut ad propoſitum noſtrum bene diſſerit *Maſſobrius in praxi habendi concurſum requiſ. 5. dub. 4. Ventrill. in praxi rerum Eccleſiaſticarum part. 2. annot. 5. §. 2. n. 48.*

Hæc quidem ſunt, quæ opportunum eſſe duximus exponere, ut reſponderemus iis, quæ a te quærebantur ea hebdomada, quæ Nobis omnium totius anni laborioſiſſima eſt, nempe Hebdomada Sancta. Te autem interea benevolo animo in caritate Dei complectentes, tibi, tuiſque omnibus in Florentina Diœceſi commorantibus Apoſtolicam Benedictionem impertimur.

Dat. die 9. Apr. 1746. Pont. An. VI.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem die 9. Apr. 1746. Pont. Noſtri An. VI.

VI.

CHRISTIFIDELES

Indulgentias viſitantibus Eccleſiam conceſſas, etiam Sanctiſs. Euchariſtia non expoſita, lucrantur: Et de frequenti ejuſdem Sanctiſſimæ Euchariſtiæ expoſitione.

Venerabili Fratri Epiſcopo VVarmienſi

BENEDICTUS PAPA XIV.

Venerabiles Fratres, ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Duo Poſtulata Pontifici facta.

ACcepimus in Civitate veſtra frequenter exponi publice Divina Myſteria, & imperitam multitudinem in eo errore verſari, ut arbitretur non lucrari Indulgentias, quæ conceduntur Chriſtifidelibus ad Eccleſiam accedentibus, niſi publicæ venerationi in iiſdem ſacris ædibus Divina Euchariſtia proponatur.

Quoad primum, Indulgentiæ acquirunt juxta formam, ſub qua conceſſæ fuere.

Tam falſa opinio diſſimulari non debet, cum indulgentias aſſequantur illi, qui omni peccati labe expiati ſatisfaciunt univerſis operibus, quæ præſcribuntur ab eo, qui ſacras Indulgentias elargitus eſt: Quamobrem ſi minime præcipiatur Fidelibus, ut ſacra Myſteria publice expoſita venerentur, apertiſſime conſtat in errorem maximum adduci eos, qui aſſerunt Indulgentias, quæ tribuuntur Fidelibus Eccleſiam inviſentibus, haud comparari, niſi ſacrum Euchariſtiæ Sacramentum in ipſa adorationi publicæ exhibeatur.

Card. de Biſsy rejecit opinionem, quod pro omnibus Indulgentiis lucrandis requiratur expoſitio SS. Sacramenti.

In Diœceſi Tullenſi (uti deprehenditur ex Rituali probati Viri Cardinalis de Biſſy pag. 255.) quidam Regulares contenderunt ſe poſſe Divina Myſteria publice exponere, licet Epiſcopi facultas non intercederet, ob eam cauſam, quod Indulgentias ipſorum Eccleſiis conceſſas lucrari populus minime poſſet, niſi, cum ad eaſdem Eccleſias accederet, Divinam Euchariſtiam publice expoſitam adoraret: Itaque Cardinalis de Biſſy in Rituali, quod ſuperius nominavimus, inanem prorſus ipſorum opinionem demonſtravit, eo quod in illis Indulgentiis concedendis indictum non fuerat, ut Fideles pro Indulgentiis lucrandis ante Sacramentum Euchariſtiæ publice expoſitum preces effunderent.

Quando expoſitio requiratur.

Porro id neceſſario requiritur ad conſequendas eas Indulgentias, quæ Fidelibus conferuntur, qui Deum precantur in illis Eccleſiis, ubi Divina Myſteria ſpatio continuo quadraginta horarum expoſita publice ſunt; etenim id omnino præcipitur in hac Indulgentia concedenda, quæ a quadraginta horis continuis nomen accepit. Equidem veteris diſciplinæ ſeveritate remiſſa, nunc eaſdem Indulgentias concedi intelligitur, etiamſi Sacramentum Euchariſtiæ per horas quadraginta continuas graviſſimis de cauſis minime proſtet, modo tamen horis diurnis ſemper expoſitum publice relinquatur. De hac re plura tradita ſunt in Libro Patris Theodori a Spiritu Sancto Carmelitæ Diſcalceati adhuc ſuperſtitis, qui inter Conſultores Congregationis

riputazione, e levarsi la maschera postagli in viso dagli Esaminatori, ma non ad effetto, che possa conseguir la Parrocchia, come molto bene la discorrono il Massobrio in *Praxi habendi concursum requis. 5. dub. 4.* in Ventriglia *in Praxi Rerum Ecclesiasticarum part. 2. annot. 5. §. 2. n. 48.*

Che è quanto abbiamo creduto opportuno di esporre in risposta a' suoi quesiti in una settimana, che è la più laboriosa dell' anno per Noi, essendo la settimana santa. Ed intanto con pienezza di cuore abbracciandola, diamo a Lei, ed a tutti i suoi Diocesani l' Apostolica Benedizione.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem die 9. Apr. 1746. Pont. Nostri An. VI.

Indulgentiarum adnumeratur, *tom. 2. cap. 2. art. 3. §. 2.* Ipse quoque commemorat in eadem Congregatione propositum ac disceptatum fuisse, utrum abroganda videretur inducta jam consuetudo, ob quam peculiares quædam Indulgentiæ concedi solent, cum Divina Mysteria minori pompa in Ecclesiis adoranda proponuntur, responsumque fuisse, nihil certi statui oportere, cum a diversis rerum, ac temporum circumstantiis id omnino pendeat, ac dijudicandum sit.

Hactenus de illorum errore, qui se carere Indulgentiis putant, nisi Eucharistiæ Sacramentum prostet in Ecclesia, licet inter opera præscripta id minime recenseatur; nunc ad alia, quæ a nobis postulantur, respondeamus, videlicet, an sacra Eucharistia, quæ frequentissime in ista Civitate publice exponi solet, deinceps adorationi Fidelium rarius exponenda videatur; an etiam Ecclesiæ, an dies, in quibus id permittendum judicabitur, ab Episcopo designari debeant. De secundo postulato.

Illud in primis certissimum est huic Sedi Apostolicæ, in quibuscumque Ecclesiis etiam privilegio immunibus sive sæcularibus, sive Regularibus, non licere exponi publice Divinam Eucharistiam, nisi causa publica, & Episcopi facultas intervenerint; solius autem Episcopi partes esse, ut causæ publicæ meritum expendat, ac declaret. Id nos ipsi luculenter ostendimus in nostra Institutione, quam Bononiæ in lucem emisimus, cum illam Ecclesiam præsentes administraremus, & quæ italico sermone a nobis confecta decimo loco tomi secundi continetur. Ipsa nuper cum reliquis latine reddita fuit, quæ omnes typis quamprimum committentur; In illa igitur Institutione cognitum perspectumque fecimus, quam difficile reipsa sit decernere, utrum probanda, an improbanda sit Eucharistici Sacramenti frequens expositio. Hæc sane quæstio conferri potest cum alia quæstione, utrum consentaneum magis judicetur rem Divinam singulis diebus conficere, an vero aliquando intermittere; utrum pariter illi, qui Sacerdotes non sunt, & tamen ad percipiendam Eucharistiam quotidie accedunt, laude, an censura digni videantur. Nullum his quæstionibus responsum fieri potest, nisi antea declarentur peculiares rerum circumstantiæ, ex quibus omnis solutio difficultatis desumenda est. Quibus in casibus conveniens sit Sanctissimi expositio.

Ii, qui frequentes Eucharistiæ expositiones improbant, in medium afferunt irreverentiam, quæ plerumque cum ejusmodi frequentia conjungitur. Contra vero intelligimus veteri consuetudine factum esse, ut frequenter in ista Civitate Sacra Mysteria publice exponantur, quæ si abrogetur, fore ut populi Religio, ac pietas imminuatur, ac turbæ concitentur. Itaque, qui præsens isthic versaris, & animarum curæ ac gubernio præpositus es, omnem operam, studiumque impendere debes, ut populus cultu, quo decet, ac veneratione Divinam Eucharistiam prosequatur. Quod si pro re consequenda opportunum existimes, frequentes Eucharistiæ expositiones diminuere, ea prudentia consilioque hoc negotium administres, itaut Pusilli nullum scandalum, & offensionem patiantur; Rectores Ecclesiarum convoces, cum quibus tempus idoneum constituas, quo sacra Mysteria exponenda in qualibet Ecclesia sibi videantur; Ipsas Divinæ Eucharistiæ expositiones ita distribuas, ut in singulis Urbis Regionibus sacra Mysteria publicæ venerationi quotidie exhibeantur, ne populus cul- Consilium, quod a Pontif. præbetur.

tum deferat, quem Sacræ Euchariftiæ præftare confuevit. Interim, fi plebem in eodem errore permanentem deprehendas, videlicet Indulgentiam nullam haberi, nifi in Ecclefia Divinum proftet Euchariftiæ Sacramentum, tum populo pollicearis te rogaturum abs Sede Apoftolica, ut novam, ac veram Indulgentiam elargiatur illis, qui deinceps Ecclefiam, vel Ecclefias invifent, ubi Sacra Myfteria expofita publice fuerint. Quod fi a nobis hæc poftulentur, populi votis obfecundabimus, eumque Thefauris Indulgentiarum cumulare non omittemus. Hæc fcribenda ad te putavimus, ut refponfum propofitis quæftionibus redderemus. Poftremo Tibi Benedictionem Apoftolicam impertimur.

Dat. die 16. Apr. 1746. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem die 16. Aprilis 1746. Pontificatus Noftri Anno fexto.

NOVA METHODUS

Servanda in conficiendis, retinendifque rationibus proventuum, & expenfarum Cameræ Apoftolicæ.

BENEDICTUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium. Pontifex pro recta Ærarii Cameræ Apoftolicæ adminiftratione plura conftituit in Schedula Motus proprii, quæ infertur.

Apoftolicæ Sedis Ærarium difpenfationi Noftræ concreditum, ad Dei gloriam, ad fubjecti Populi utilitates & commoda, ad Ecclefiafticæ Ditionis fecuritatem dignitatemque, provida diligentia adminiftrari, ejufque rationes non Noftris folum, fed futuris etiam perpetuis temporibus, rectiffimo æque ac perfpicuo ordine confici & retineri cupientes; affiduo fex ferme annorum ftudio, plura cogitare, confulere, deliberare, &, quas utiliter expedire judicavimus, multas Ordinationes & Leges ftatuere, atque ad exitum perducere non deftitimus, quæ late ac diftincte explicata, & opportunis ftatutis atque decretis refpective a Nobis fancita funt in Schedula Noftri motus proprii die xviij. menfis Martii recens elapfi Noftra manu fignata, die vero xxiij. dicti menfis in Plena Camera exhibita & præfentata, deindeque in fequenti Camera diei xxviij. ejufdem menfis in executionem Decreti dictæ Plenæ Cameræ, ac Conftitutionis fel. record. Pii Papæ IV. Prædeceffloris Noftri de regiftrandis *admiffa, & in Libro Signaturarum Noftrarum in actis dilecti Filii Felicis Antonii Pauletti unius ex prædictæ Cameræ Apoftolicæ Secretariis & Cancellariis exiftente, folio* 39. *& fequentibus, regiftrata; quæ eft tenoris fequentis, videlicet:*

BENEDICTUS PAPA XIV.

Tenore del Moto proprio.

Motu proprio &c.

Proemio. Altri Sommi Pontefici hanno fatte varie difpofizioni circa il tenere la Scrittura nella Computifteria Camerale.

1. BEnchè da molti dei Romani Pontefici Noftri Predeceffori, e fpecialmente da Pio IV., Urbano VIII., e Clemente XII. di felic. record. fia ftato altre volte confiderato, niuna cofa effere tanto neceffaria per la buona direzione, ed amminiftrazione dell' Erario Pontificio, dalla quale in gran parte dipende la felicità de' Sudditi, e la pubblica falvezza, quanto che le rendite e fpefe della Camera Apoftolica, sì ordinarie, che ftraordinarie, veniffero di anno in anno con ordine e chiarezza fedelmente fcritturate o bilanciate ne' Libri di effa Camera e fopra ciò fieno ftati da' medefimi dati diverfi ordini e provvedimenti, come apparifce dalla Bolla di Pio IV. che incomincia: *Cum inter cæteras*, del primo Novembre 1564. dal Chi-

rogra-

rografo ſegnato da Urbano VIII. li 30. Marzo 1627. e da altra Bolla di Clemente XII. che incomincia: *Ad circumſpectam*, delli 13. Luglio 1735.

2. Nondimeno perchè l' eſperienza ha dapoi dimoſtrato, che per lo mezzo de' ſuddetti provvedimenti non ſi era giammai conſeguito il fine, per lo quale erano ſtati fatti: Coſicchè per mancanza di buona, e regolata Scrittura non era ſtato a Noi poſſibile, per qualunque anno del Noſtro Pontificato, avere lo ſtato del Noſtro Erario, e molto meno alcun' altro Conto particolare, e ſubalterno, trovandoſi queſti o traſcurati del tutto, oppure non bilanciati, com' appariſce dai vecchj Libri, che ancor oggi eſiſtono in Computiſtaria. Nulladimeno ſin ora non s' era conſeguito il fine d' avere un' eſatto Bilancio.

3. Quindi è, che eſſendoci fermamente determinati di venire una volta a capo di queſt' importantiſſimo affare, anche a fronte di tutte le difficoltà, che ci venivano poſte; in mezzo a tante altre graviſſime cure del noſtro Pontificato, riſolvemmo in primo luogo di dare un nuovo, e miglior ſiſtema alla Depoſitaria Generale della Camera, e della noſtra Teſoreria ſegreta, come pure alle altre Depoſitarie de' Monti, quali in paſſato ſolevano concederſi alli Teſorieri delle Provincie, o da altri Appaltatori Camerali; E perciò col parere, e conſiglio di una Congregazione particolare da Noi deputata facemmo nel dì 2. Agoſto 1743. traſportar al noſtro Monte di Pietà di Roma la ſuddetta Depoſitaria generale, e Teſoreria ſegreta, in ſequela di un Chirografo ſpeciale da Noi ſegnato il dì 31. del precedente Luglio, nel quale inoltre preſcrivemmo diverſe Regole, ed Ordinazioni per la buona amminiſtrazione delle medeſime, come da detto Chirografo, al quale vogliamo debba averſi ſempre l' opportuna relazione. I. Determinazione di Noſtro Signore per conſeguire tal fine, col dare nuovo ſiſtema alla Depoſitaria Camerale.

4. Dapoi con altra Cedola di noſtro Moto proprio delli 4. Dicembre del medeſimo anno 1743. ordinammo, che alla detta Depoſitaria Generale non ſolo reſtaſſero, come prima, unite le Depoſitarie de' monti chiamati delle *Dogane*, e della *Zecca*, ma inoltre che alla medeſima parimente ſi uniſſero tutte le altre Depoſitarie de' Monti Camerali non Vacabili, che in quel tempo trovavanſi concedute alli ſuddetti Appaltatori, e Teſorieri di Provincie, di mano in mano, che andaſſero terminando le reſpettive loro conceſſioni, come diſtintamente riſulta dalla predetta noſtra Cedola, a cui vogliamo ſimilmente, che ſi abbia ſempre condegna relazione. II. Determinazione, coll' Unione delle depoſitarie de' Monti.

5. Indi aſſumendo la ſcabroſa, e difficile impreſa della Scrittura, e Computiſtaria Camerale tentata più volte indarno da' Noſtri Predeceſſori, ed eſſendo altronde informati dell' idoneità, ed eſperienza di Franceſco Simonetti Computiſta in quel tempo della noſtra Dataria, lo incaricammo di formare un nuovo Piano, o ſia un nuovo ſiſtema e metodo di Scrittura, quale dopo eſſere ſtato da eſſo formato, fu da Noi abbracciato col conſiglio di Perſone intelligenti, ed eſperte; E ſimilmente furono approvate, e di Noſtra propria mano ſottoſcritte il dì 14. Novembre di detto anno alcune riſoluzioni preliminari preſe in più Congreſſi ſopra ciò tenuti dalli Reverendiſſimi Cardinali Gentili, e Valenti, con Monſignor Meſmeri noſtro Teſoriere Generale, Monſignor Rubini Commiſſario parimente Generale della noſtra Camera, ed eſſo Franceſco Simonetti, come più ampiamente appariſce dai Fogli di dette riſoluzioni eſibiti negli Atti del Caſtellani Segretario di Camera li 20. del medeſimo Novembre del tenore, come ſiegue: *Nel Congreſſo tenuto avanti l' Eminentiſſimo, e Reverendiſſimo Signor Cardinal Gentili li 10. Novembre 1743. coll' intervento di Monſignor Meſmeri Teſoriere Generale di Noſtro Signore, di Monſignor Rubini Commiſſario della Rev. Camera, e di Franceſco Simonetti deputato al nuovo Impianto della Scrittura, e regolamento della Computiſtaria Camerale, furono propoſti, e riſoluti li ſeguenti Punti concernenti il detto nuovo regolamento, colla riſerva però dell' approvazione di Noſtro Signore*: Primo. *Per togliere il gran giro delle partite, e la confuſione della Scrittura è ſtato propoſto, che le Regaglie Camerali di Ducato uno, e mezzo per ogni ſcudi cento di moneta, e le altre in Cere, Zuccari &c altre volte aſſegnate a' Signori Chierici di Camera, e da poi nella ſoppreſſione della venalità di eſſi applicate alla ſteſſa Camera, che preſentemente ſi eſigono da due Eſattori a tal' effetto deputati, ſi debbano tutte unire alle Riſpoſte de' Cenſi, o ſiano affitti, da principiare dall' anno cadente, e così ſempre continuare in avvenire in tutti*

III. Col dar ordine di fare un nuovo regolamento del modo di tenere la Scrittura, il che eſeguito dal Simonetti, fu da Sua Santità approvato.

IV. Circa l' approvazione d' alcune reſoluzioni preliminari conſiderate in una Congregazione particolare. Prima riſoluzione preliminare intorno alle Regaglie Camerali.

tutti l' Istrumenti d' Affitti, che si stipuleranno. Da ciò ne risulterà in primo luogo il risparmio delle provvisioni, che si pagano alli suddetti Esattori, che l' esigono; Secondariamente resterà più breve la Scrittura; E finalmente si rileverà il giusto fruttato di ciascun Provento, ed Affitto. Quando da Nostro Signore resti approvata la detta risoluzione, nell' atto dell' esecuzione, si è proposto, similmente coll' approvazione di Nostro Signore, di assegnare agli odierni Partecipanti di una porzione di dette Regaglie la rata, che dal ragguaglio di un decennio apparirà, che li medesimi abbino partecipato, da fissarsi a ciascuno di essi Partecipanti dal primo Gennaro 1744. e così sempre continuare in avvenire di anno in anno, in vigore di una Tabella da dirigersi alla Depositaria della Camera, ed essendosi formato il detto Scandaglio, ne risultano le seguenti partecipazioni, cioè: A Monsignor Governatore ogn' anno scudi 2000. A Monsignor Avvocato Fiscale scudi 1200.: A Monsignor Commissario della Camera scudi 1200.: A Monsignor Fiscale scudi 1200. A Monsignor Avvocato de' Poveri scudi 1200. Al Computista de' Spogli scudi 1050.: Secondo. *Nel proseguire il Piano della suddetta Scrittura si trova, che negl' Istromenti d' alcuni Appalti restano assegnate alli medesimi Appaltatori alcune Entrate, e Proventi, che per la loro insussistenza, o deficienza, gli si bonifica l' importo: si è pensato, quando venga approvato da nostro Signore, di diminuire il Censo a proporzione delli buonifichi, e sgravj certi, che si fanno ogn' anno alli medesimi Appaltatori, e rimediare a questo disordine, il quale non solo confonde la Scrittura, ma toglie ancora la verità della giusta rendita di ciascun Appalto;* Terzo. *Nel proseguire similmente il suddetto Piano si trova, che in compenso del Censo, che pagano li Tesorieri delle Provincie, oltre alcun' entrate incerte di quella Provincia, che gli si assegnano in corrispettività di detto censo, gli restano assegnate ancora l' esazioni di alcuni Dazj, e Pesi Camerali, che si pagano dalle Comunità di ciascuna Provincia, oltre altre esazioni assegnateli da esigere da altri Appaltatori similmente in corrispettività del Censo; Si è pensato che, quando venga approvato da Nostro Signore, verrebbe molto bene di levare dal Censo li detti Dazj, e Pesi Camerali, siccome ancora ogn' altra esazione, e dare tutto in esigenza al Tesoriere, a similitudine delle altre Tasse Camerali, che similmente si pagano dalle Comunità, che già si esigono da essi Tesorieri, coll' istesse condizioni però, che porta l' Istromento; Da ciò ne risulterà in primo luogo, che resterà separato il certo dall' incerto, mentre sotto il titolo del Censo resteranno solamente assegnate le rendite incerte di quella Provincia, che sogliono affittarsi, per un sacco d' essa, e resteranno sotto il titolo di esazioni quelle rendite certe consistenti nell' esigenze de' Dazj Camerali, ed altro, di cui il Tesoriere è tenuto renderne conto a parte, e corrispondere alla Camera quell' istessa somma, che gli si dà in esigenza; ne risulterà ancora una maggior chiarezza nella Scrittura, quando in essa li suddetti Dazj, e Pesi Camerali saranno regolati nella stessa guisa, che sono regolate tutte le altre Tasse, nelli Conti particolari delle quali restano individuate tutte le Comunità tassate: Per la pronta esecuzione de' suddetti tre Punti, quando venghino approvati da Nostro Signore, si è pensato di venire alla moderazione degl' Istromenti con un picciolo Istromento di dichiarazione per quello solo riguarda li suddetti tre Capi, colle facoltà necessarie, ed opportune a Monsignor Tesoriero per il detto effetto, il che potrà facilmente eseguirsi, mentre non porta alcun pregiudizio, nè fa alcuna alterazione nè per la Camera, nè per l' Appaltatore. In sequela di detti nuovi Istromenti di dichiarazione si è pensato essere necessario di rinnovare ancora tutte le Tabelle cogli Appaltatori non solo per uniformarsi alli detti nuovi Istromenti, ma anche per correggere alcune altre partite, che hanno necessità di correzione; l' esecuzione di quanto sopra si è detto, per quello riguarda la rinnovazione delle Tabelle, si è stabilito, che debbano farsi da Francesco Simonetti, da sottoscriversi poi, ed approvarsi da Monsig. Tesoriere, e Monsig. Commissario; Per quello poi riguarda l' unione delle Regaglie del Censo, da conteggiarsi intieramente sul piede presente, e la diminuzione del detto Censo da farsi, dopo conteggiate le dette Regaglie, tanto per li buonifichi, e sgravj, che non si faranno più agli Appaltatori, quanto per l' esigenza de' Pesi Camerali, ed altro, che dovrà porsi a parte, si è stabilito, che tutto il detto Conteggio debba farsi dal*

Seconda, del bonifico agli Appaltatori d'alcuni proventi loro assegnati.

Terza, circa l' esazione d'alcuni Daz. &c. commesse alli Tesorieri delle Provincie.

Modo d'eseguire queste risoluzioni preliminari con la rinnovazione anche delle Tabelle.

dal detto Simonetti colle sue dimostrazioni, da riconoscersi da Monsignor Commissario, e da poi, approvate che siano o da Monsignor Tesoriere, se ne stipoli il nuovo Istromento di dichiarazione, o sia moderazione: Quarto. Si trova finalmente, che gli Appalti Camerali scadono in diversi tempi dell' anno, e fuori dell' ordine della loro giusta scadenza; e cio che fa maggior confusione è, che alcuni Proventi, non ostante che siano affittati tutti ad un medesimo Tesoriere, o Appaltatore, tuttavia scadono similmente in diversi tempi, e fuori del suo buon' ordine: questo disordine causa moltissimi sconcerti, non solo alla Computistaria, ma anche alli medesimi Appaltatori, mentre, rispetto alla Computistaria, gli toglie il modo di poter dare in fine dell' anno il giusto fruttato di tutti gli Proventi, ed Entrate Camerali di quell' anno per causa della già detta diversità de' tempi, conforme ancora confonde il Bilancio da farsi dalla detta Computisteria di tutti li Debitori, e Creditori, li quali per causa della detta scadenza fuori d' ordine accade, che la maggior parte de' Debitori apparischino Creditori; Rispetto poi agli Appaltatori, perchè le scadenze seguono fuor di tempo, e nel mezzo delle raccolte, ne succedono ordinariamente delle liti tra l' Appaltatore, ch' esce, e quello, ch' entra. Per rimedio di questo disordine, quando venga approvato da Nostro Signore, si è proposto, che in primo luogo la Santità Sua si degni di dare a Monsignor Tesoriere tutte le facoltà necessarie, ed opportune di poter prorogare, o diminuire li Appalti, per farli scadere alla giusta scadenza, secondo, che porta la qualità dell' Appalto, ed intanto il suddetto Simonetti, coll' assistenza dell Eminentissimo Signor Cardinal Gentili, proccuri di concordare cogli Appaltatori o la proroga, o la diminuzione del tempo, come si è detto di sopra; secondariamente per quelli, che si saranno potuti concordare senza pregiudizio della Camera, nè dell' Appaltatore, Monsignor Tesoriere ne faccia stipolare Istromento relativo al primo, rispetto alli patti, e condizioni; E finalmente per quelli, che non gli riuscirà poter concordare colli odierni Appaltatori, si dovranno lasciare nella scadenza, che sono, con che però nella rinnovazione di essi Appalti si debbano allora accomodare le giuste scadenze de' tempi, con prorogare, o diminuire la scadenza, ed il tempo dell' Appalto: Quinto. Per agevolare sempre più la Scrittura si è pensato esser necessario, che Nostro Signore ordini con suo Chirografo, che tutti li Tesorieri, ed Appaltatori, che hanno obbligo di pagare le Tabelle, siano obbligati di semestre in semestre, cioè nel primo semestre, dentro il termine di due mesi, di mandare tutte le giustificazioni de' pagamenti fatti alli descritti in quella Tabella, e dalla Computistaria glie se ne dovrà fare la ricevuta, o sia fede di credito, per dargliene credito ne' loro Conti, e nel secondo semestre dentro il termine di tre mesi di mandare le altre giustificazioni de' pagamenti fatti, come sopra, unitamente col Conto intiero di tutto l' anno, per fargli il solito saldo, e così continuare di anno in anno, e rispetto alle ordinazioni straordinarie dovranno fare lo stesso, con fargliene però il mandato di rimborsi, da rilasciarsi in conto dell' Appalto: che tutti gli Artisti siano similmente obbligati, terminato l' anno a Decembre, di consegnare in Computisteria i loro Conti dentro il Mese di Gennaro dell' anno seguente, e per quelli Conti, che si sogliono tassare dagli Architetti, li quali poi siano obbligati di consegnare li medesimi Conti in Computistaria dentro il mese di Febbraro tassati, ed aggiustati del tutto. Per la più pronta esecuzione, rispetto agli Appaltatori, passati li termini come sopra limitati, dovranno gravarsi della gravatoria di un tanto il giorno, sin all' esibizione de' Conti, da applicarsi a qualche Luogo Pio, da destinarsi presentemente da Nostro Signore, la quale non possa assolversi nè da Monsignor Tesoriere, nè da verun' altro; e rispetto agli Artisti, non portando li Conti nel termine come sopra prescritto, che non gli si paghino nè in tutto, nè in parte sin' all' anno seguente, col difalco di un cinque per cento da applicarsi, come sopra; E rispetto alli Misuratori della Camera, sotto pena per il primo mese della perdita di tre mesi della loro provvisione, da applicarsi, come sopra, e dopo il decorso di un mese, chi non avesse esibiti li Conti, che deve, sotto pena della privazione della Carica, e tutto ciò per avere in pronto in fine d' anno l' occorrente, che bisogna per la Scrittura, per poter dare al Principe Supremo con tutta la prontezza il Bilancio dell' anno, che scade, e togliere il disordine della longaggine de' Tesorieri, ed Artisti nel dare li loro Conti, che ritardano il divisato Bilancio:

Quarto, circa la scadenza degli Appalti, e loro Censi.

Quinto circa il rendimento de' Conti degli Appaltatori, e Tesorieri.

Sesto, circa l'Unione in una sola Computisteria.

cio: Sesto. Dovendosi secondo il nuovo Piano, o regolamento, unire le tre Computisterie della Camera in una sola Computisteria, nella quale non solo dovranno continuamente andare li Giovani ed operare, ma anche dovranno in essa trasportarsi tutti li Credenzoni, Libri Mastri, Protocolli, ed altre Scritture concernenti l' interesse dell' Azienda del Principato, presentemente sparse, e divise in tutte tre le Computisterie; Si è perciò pensato di provvedere, che siccome per il primo Gennaro dell'anno venturo si dovrà dar principio ad eseguire il detto nuovo Piano, e regolamento della Computisteria a forma del nuovo Impianto, che per quel tempo si spera compito; ond'è precisa necessità, che per detto tempo si trovi in ordine una Casa, dove dovrà collocarsi la Computisteria, e nella quale, occorrendo, possa essersi ancora l' abitazione per chi dovrà sovrintendere alla medesima; quando dunque resti approvato da Nostro Signore, è stato scelto per sito più comodo il sito di Monte Citorio, ed è stata data l' incomberza al suddetto Simonetti, perchè in detto sito procuri di trovare una Casa sufficiente per tutto il comodo suddetto, e quando Monsignor Tesoriere l' averà approvata, possa anche stabilirla colla maggior sollecitudine possibile.

Approvazione di tali resoluzioni preliminari.

„ Abbiamo letto, e considerato quanto si contiene in questi Fogli, quali approviamo in tutto, e per tutto, commettendo al Signor Cardinal Gentili, che se l' intenda con Monsignor Tesoriere per l' esecuzione, estensione de' Chirografi, ed ogn' altra cosa opportuna, e necessaria per la detta esecuzione; e non vedendo ne' fogli indicato l' esame, e revisione de' Conti delle Regaglie consegnate per lo passato al Depositario Generale, ordiniamo a Monsignor Tesoriere, che badi, ed invigili al detto esame, e revisione: 14. Novembre 1743. BENEDICTUS Pp. XIV.

Successivamente furono soppresse le sopraintendenze, e ridotte le Computisterie ad una, sotto un sol Capo.

6. Segnammo in fine sotto il giorno 31. Decembre 1743. altro special Chirografo diretto al sunnominato Monsignor Mesmeri Tesoriere, nel quale sopprimendo le tre Soprintendenze ed i Procuratori di Collegio già istituite da Clemente XII. con detta sua Bolla de i 14. Luglio 1735., ordinammo, che in avvenire, le tre Computisterie Camerali si unissero, e riducessero ad una sola, ed in un sol luogo, e sotto un sol Capo, e Computista Generale, da deputarsi da Noi, e Nostri Successori pro tempore, con dividere, e regolare la Scrittura de' Conti appartenenti alla Camera, in diversi Libri ivi distintamente enunciati, ed espressi: Ed in sequela di ciò commettemmo al suddetto Francesco Simonetti di por mano all' Opera, secondo il suddetto nuovo Piano, col titolo di Pro-Computista Generale della Camera, e prescrivemmo altre regole, e provvedimenti tanto in rapporto alli tre Procuratori di Collegio, che possedevano le tre soppresse Sopraintendenze, quanto rispetto alli Scritturali, e Giovani della nuova Computisteria, loro provvisioni, ed emolumenti, come in esso Chirografo, a cui pure vogliamo debba sempre aversi l' opportuna relazione.

Dopo l'esecuzione di tali Ordinazioni fu fatto il Bilancio a tutto il 1744.

7. Oggi dunque essendo già stata in esecuzione de' suddetti nostri ordini trasportata al Monte di Pietà fin sotto li 2. Agosto 1743. la Depositaria Generale della Camera colla nostra Tesoreria segreta, e ad essa unite di tempo in tempo, che sono andate terminando le Depositarie de' Monti, alla riserva delle due sole del Monte San Pietro quinta, e del Monte Ristorato terza erezione, per non essere per anche scadute le loro concessioni: ed essendo stati pur anche dal più volte nominato Francesco Simonetti con la benedizione di Dio, e con la indefessa, e continua applicazione di mesi ventidue, impiantati, e scritturati con felicità, e chiarezza, e secondo la divisione prescritta in detto Chirografo delli 31. Decembre 1743. tutti li Conti appartenenti alla nostra Camera, bilanciati, e saldati quelli, che restavano in gran numero da saldarsi, e pareggiarsi; e finalmente formato il Bilancio generale a tutto il decorso anno 1744., e quello a Noi presentato nei primi giorni di Novembre prossimo passato con pienissima nostra soddisfazione.

Con ciò si darà adito alla riforma delle spese, ed al sollievo de' Sudditi.

8. Affinchè in avvenire non più si trascuri un' Opera così necessaria per il buon governo del Principato, e de' Sudditi, giacchè senza la scorta di una Scrittura ben distinta, e regolata si rende del tutto impossibile, come in fatti fin'ora è stato non meno a Noi, che a' nostri Predecessori, appunto per mancanza di detta Scrittura, il pensare daddovero, o alla riforma, e diminuzione di quelle spese, che possono

essere

essere o del tutto inutili, o in gran parte superiori al bisogno, oppure all' accrescimento delle pubbliche rendite, non già con imporre nuove perpetue Gabelle, delle quali anche nelle maggiori angustie siamo stati, e saremo sempre alienissimi, ma bensì con facilitare, e migliorare il commercio tanto interno, quanto esterno del nostro Stato.

9. Colla presente Cedula, nella quale vogliamo, che si abbia per inserito, e di parola in parola registrato lo intiero tenore del Chirografo sopra il trasporto della Depositaria generale, e della nostra Tesoreria segreta al Monte di Pietà, della Cedola di Moto proprio intorno all' unione de' Monti, e trasporto delle Depositarie degli altri Monti Camerali dopo la terminazione delle loro respettive concessioni, da farsi al Monte di Pietà, dell' altro nostro Chirografo delli 31. Decembre 1743. circa la soppressione delle tre Soprintendenze delle Computistarie, e la riduzione ad una sola Computistaria, della suddetta Bolla di Pio IV. dell' anno 1564., del Chirografo d' Urbano VIII. dell' anno 1627., dell' altra Bolla di Clemente XII. dell' anno 1735., e di altro qualunque Chirografo, Moto proprio, Ordini, Regolamento, Editto, e Costituzione di qualunque nostro Predecessore, Cardinali Camerlenghi, Tesorieri generali, Chierici di Camera, e di altro chicchesia, alli quali tutti, e singoli, e specialmente l' accennata Costituzione Clementina, quanto all' erezione, ed istituzione delle Tre Soprintendenze alle Computistarie della nostra Camera, ed in tutte le altre parti, che possono, o potessero essere in qualunque modo ripugnanti, e contrarie a quanto disponiamo nella presente nostra Cedola, colla pienezza della nostra Apostolica Podestà in forma amplissima deroghiamo, e quelli, e quella in dette sole parti cassiamo, ed annulliamo. Di nostro moto proprio, certa scienza, e matura deliberazione d' animo, e pienezza di detta nostra Potestà approviamo in primo luogo, e confermiamo la disposizione dell' indicato nostro Chirografo delli 31. Luglio 1743., le risoluzioni in esso inserte, la Cedola di Moto proprio in data li 4. Decembre di detto anno sopra l' unione, e trasporto di tutte le Depositarie de' Monti, come pure li preinserti Fogli; e finalmente l' altro nostro Chirografo segnato li 31. Decembre dello stesso anno circa la soppressione delle tre Soprintendenze, e la riduzione delle tre Computistarie ad una solamente, e tutte, e singole cose di essi concedute, e riferite, ed espresse, ed in sequela di simile generale conferma approviamo, e confermiamo ancora in particolare il trasporto già fatto al nostro Monte di Pietà di Roma della Depositaria generale della Camera, e della nostra Tesoreria Segreta, come pure l' unione già seguita alla medesima Depositaria generale di tutte le Depositarie de' Monti, volendo, ed ordinando, che similmente alla medesima si uniscano le altre due mancanti Depositarie di S. Pietro quinta, e Ristorato, terza erezione, subito, che termineranno le concessioni di esse respettivamente fatte a Francesco Maria Degola Appaltatore di Castro, e Ronciglione, e Francesco Saverio Leonori Tesoriero della Marca, e che puntualmente si osservino tutte, e singole altre Ordinazioni contenute nelli preindicati nostri Chirografo dei 31. Luglio, e Moto proprio delli 4. Decembre 1743. Per più facile esecuzione delle quali vogliamo, e comandiamo colla presente, che per comodo di dette Depositarie si debbano da Monsignor Tesoriere accrescere altre due, o tre Stanze, oltre le già assegnate, quando però succederà il caso d'unirsi alla medesima le suddette Depositarie degli altri due Monti, e che inoltre debba il medesimo destinare con pubblica Notificazione due giorni di ciascuna Settimana per li soli Esattori, quali hanno incombenze di moltiplicità di esazioni de' frutti de' medesimi Monti, lasciando gli altri in servizio de' Particolari, affinchè con questa separazione di giorni, si tolga ogni confusione, e tumulto de' Concorrenti, e cessi affatto l' abuso già vietato con speciale Editto, che per esigere i frutti dei Monti sia veruno obbligato a pagare cosa alcuna per prender luogo prima degli altri.

10. Rispetto poi alla nuova Computistaria approvando similmente, e pienamente confermando tutte le nominate precedenti nostre disposizioni intorno alla medesima Computistaria, suo metodo, e regolamento, come sopra emanate, e volendo Noi precisamente, ed efficacemente, che in avvenire si continui, e proseguisca la Scrittura Ca-

Si deroga alle disposizioni contrarie per osservanza delle predette Ordinazioni, quali si confermano di Moto proprio, ed in forma specifica.

Si prescrive anche l' Unione dell' altre Depositarie de' Monti con gli Ordini Opportuni per comodo de' Montisti.

Quanto alla Computistaria, Sua Santità comanda l' osservanza del nuovo sistema di Scrittura sotto la direzione di un solo Capo.

Camerale nella medesima forma, e maniera, e con lo stesso metodo, e sistema, con il quale è stata impiantata, e regolata a tutto il suddetto anno 1744. dall' anzidetto Francesco Simonetti, come che fondata su le più giuste, e vere regole della Professione: Ordiniamo a tal fine, e comandiamo, che a tenore dei preinserti Fogli di nostra propria mano approvati, e sottoscritti, e di detto nostro Chirografo delli 31. Decembre 1743. la Computisteria della Camera sia una sola, e tutta unita in un luogo, come sta presentemente nella Piazza di Monte Citorio sotto la direzione, e governo di un solo Computista generale, e deputarsi dal Romano Pontefice pro tempore, come in fatti Noi abbiamo già deputato, ed eletto il più volte nominato Francesco Simonetti coll' annua provvisione, comodo di abitazione presso di essa Computisteria, ed altri emolumenti distintamente espressi in un Breve da Noi spedito li 13. Gennaro del corrente anno 1746.

Inoltre stabilisce l'ordine, ed il contenuto de' Libri Mastri, e subalterni della Computisteria. Primo Libro Mastro generale detto di Roma.

11. Dovrà per tanto il suddetto Francesco Simonetti odierno Computista, e tutti li altri di lui Successori ritenere nella Computisteria generale della Camera li seguenti Libri Mastri, e loro Libri subalterni nella forma, che presentemente sono, cioè un *Libro Mastro generale* chiamato *di Roma*, nel quale non solamente sieno scritturati tutti li Appalti, e Proventi di Roma, e tutti li Depositi, e pagamenti, che si faranno nella Depositaria generale, con più le rendite d' Avignone, ma inoltre venga ancora riportato il netto di tutti li altri Libri Mastri qui sotto notati. E per buon regolamento di questo Libro Mastro generale di Roma dovranno similmente tenersi li seguenti Libri subalterni, cioè: Saldo de' Conti: Entrata, ed Uscita dell' Aggiunta de' Monti: Registro dell' Ordinazioni di Roma, e suo Distretto: Registro de' Mandati, che dalla Computisteria si spediscono alla Depositaria: Registro de' Mandati, che si spediscono da' Tribunali alla Depositaria: Registro de' Mandati, che si spediscono sopra l' Aggiunta de' Monti: Registro de' Mandati, che si spediscono al Monte di Pietà, e Banco di San Spirito: e finalmente il Rincontro di detto Monte, e Banco.

Secondo Libro Mastro detto delle Soldatesche.

12. Per le Soldatesche, e Milizie dovrà tenersi altro *Libro Mastro* chiamato *delle Soldatesche*, nel quale oltre tutte le Guardie, e Soldatesche di Roma saranno scritturate le spese di tutte le Fortezze, e Torri del nostro Stato Ecclesiastico, le spese di tutti li Presidi del medesimo nostro Stato, tra' quali quelli di Ferrara, Fort' Urbano, Avignone, ed altri, le spese delle Galere, ed ogn' altra cosa, che appartenga alle Milizie, con li seguenti Libri subalterni, cioè: Entrata, ed Uscita della Depositaria generale per il conto delle Soldatesche: Registro de' mandati, che dalla Computisteria si spediscono alla Depositaria: e Registro delli ordini, che si spediscono per fuori di Roma, e delle lettere di ordinazioni: Ruoli di tutte le Milizie di Roma.

Terzo Libro Mastro detto: Della Marca Stato d' Urbino, e Camerino. Quarto: delle Legazioni di Bologna, Ferrara, e Ducato di Benevento.

13. Per la Provincia *della Marca*, *Stato di Urbino*, *e Stato di Camerino* dovrà tenersi altro Libro Mastro, come pure dovrà tenersene un' altro similmente Mastro per le due Legazioni *di Bologna*, *e Ferrara*, *e per il Ducato di Benevento*, con li seguenti Libri subalterni per ambidui detti Libri Mastri, cioè: Saldo de' Conti: Registro d' Ordini, e lettere di Ordinazioni.

Quinto Libro Mastro: dell' Umbria &c. Sesto: Del Patrimonio &c.

14. Altro Libro Mastro dovrà tenersi per la Provincia *dell' Umbria*, *e Ducato di Spoleto*, ed altro per la Provincia del *Patrimonio*, *e Stato di Castro*, *e Ronciglione*, colli seguenti Libri subalterni per servizio di ambedue, cioè: Saldo de' Conti: Registro d' ordini, e lettere di ordinazioni.

Settimo Libro Mastro: di Romagna. Ottavo: Di Marittima, e Campagna, Lazio, e Sabina.

15. Così pure per la Provincia di *Romagna* dovrà tenersi il suo Libro Mastro, ed altro per la Provincia di *Marittima*, *e Campagna*, *Lazio*, *e Sabina* colli medesimi Libri subalterni, cioè: Saldo de' Conti, e Registro d' Ordini, e Lettere di ordinazioni.

Nono Libro Mastro: De Monti Camerali.

16. In oltre dovrà tenersi un Libro Mastro de' *Monti Camerali*, nel quale sieno scritturati tutti li luoghi de' Monti Camerali non vacabili, non solo per il debito in sorte, ch' ha la nostra Camera, ma ancora per il debito de' frutti sì correnti, che arretrati. Di più tutte le aggiunte, ed astrizioni di essi Monti; e finalmente il debito in sorte, che hanno tutte le Comunità dello Stato a favore di essa Camera per Monti estinti dalla medesima, come anche alcuni Tribunali, ed altri ammessi

messi a' detti Monti, e loro frutti correnti. Questo Libro Mastro de' Monti dovrà avere li seguenti Libri subalterni, cioè: Saldo de' Conti, entrata, ed Uscita de' frutti correnti: Entrata, ed Uscita de' Residui recenti di essi frutti: Entrata, ed Uscita de' Residui antichi a tutto Decembre 1736. Entrata, ed Uscita dell' estrazioni antiche a tutto Giugno 1743.: Registro de' Mandati per li detti Residui antichi de' frutti: Registro de' Mandati per le dette estrazioni antiche, e Registro di lettere.

17. Benchè ne' Monti Comunità non abbia la nostra Camera interesse alcuno, essendo quelli a solo peso di esse Comunità, nondimeno vogliamo, che ancora di detti Monti Comunità si tenga un Libro Mastro, nel quale sieno scritturate tutte le Comunità Debitrici tanto per conto di Capitale, quanto per frutti, affinchè si possano formare le Tabelle, che si consegnano alli Tesorieri delle Provincie per esigere detti frutti: E similmente si possa riconoscere nelli Conti, che li medesimi dovranno ogn'anno esibire in Camera, se le partite esatte corrispondano al debito di esse Comunità, fatto il calcolo di quelle, che averanno estinto, e delle altre, che saranno state surrogate. In oltre in questo Libro dovrà esservi il Conto della Depositeria generale come depositeria di detto Monte Comunità, per riconoscere li depositi fatti dai detti Tesorieri, e li pagamenti fatti alli Montisti. Questo Libro Mastro del Monte Comunità dovrà avere parimente li suoi Libri subalterni: cioè: Saldo de' Conti: Registro delle notificazioni, che si trasmettono ai Tesorieri delle Provincie tanto per la Comunità, ch' s'estinguono, quanto per le altre, che sono surrogate: Rincontro con la Depositeria Gen. per li depositi, e pagamenti sudetti. Decimo Libro Mastro de Monti Comunità.

18. Per *le Investiture* si terrà altro Libro Mastro con il suo Libro subalterno di Entrata, ed Uscita della Depositeria: In detto Libro Mastro però non devono esser comprese le Investiture del nostro Stato di Ferrara, delle quali ordiniamo, che debba farsene dal Commissario della Camera residente in detta Città un' appurato, e diligente Catastro, da terminarsi onninamente dentro il corrente anno, colle descrizioni delli nomi delli odierni Possessori, e coll' indicazione delle Investiture originarie, e loro successive rinnovazioni, quale dovrà ritenersi in quella Computisteria Camerale, e per la prima volta, subito compito, dovrà trasmetterne una copia autentica in Roma a Monsignor Tesoriero, per farla conservare nella Computisteria di Roma: e per la pronta esecuzione tanto della nuova compilazione del medesimo Catastro, da terminarsi, come sopra, quanto del proseguimonto di esso in tutte le occorrenze di mutazioni, e nuove concessioni; ne incarichiamo il suddetto odierno Commissario della Camera, e tutti gli altri pro tempore, quale innoltre debba ogn' anno dopo la Festa de' Santi Pietro, e Paolo trasmettere a Monsignor Tesoriero Generale di Roma un Libretto distinto di tutti li Feudatarj, Livellari, e Canonisti, che si trovano allibrati in detto Catastro, con annotare dicontro alle partite de' medesimi il fatto, o non fatto pagamento del Canone dal loro respettivamente dovuto in quell' anno, e Monsignor Tesoriero suddetto lo farà da poi passare nella Computisteria Camerale di Roma, per passare la dovuta Scrittura: ed altro Libro Mastro dovrà tenersi per *li Conti a parte*, che sono in Depositeria, ne' quali ha interesse la Camera, e che hanno diverse disposizioni, e vincoli, col suo Libro subalterno di Entrata, ed Uscita. Undecimo Libro Mastro dell'Investiture Camerali. Duodecimo Libro Mastro De' Conti a parte.

19. Dovrà pure tenersi un Libro Mastro di tutte le *Armi*, ch'esistono tanto nelle Armerie, quanto ne' Presidj, e Fortezze di Roma, e di tutto lo Stato Ecclesiastico: ed un'altro Libro Mastro delle *Polveri*, che servono a detti Presidj, Fortezze, Torri, con il registro per ciascheduno di detti due Libri Mastri. Decimo terzo Libro Mastro dell' Armi.

20. Finalmente oltre li suddetti quattordeci Libri Mastri, e loro Libri subalterni poc' anzi descritti, dovrà tenersi il Registro di tutti li Chirografi, ed il Registro di tutte le Patenti, e deputazioni, ne' quali la Camera abbia qualche interesse, ed un altro Libro, in cui si registrino ogni sera le partite de' depositi, che di giorno in giorno verranno fatti nella depositeria Generale; le quali partite dovrà il Computista Generale farle riportare ogni giorno dalli Scritturali della Computisteria ne' Libri intitolati: *Saldo de' Conti*, per tenere in giornata li conti de' Debitori Generali, ed in tal guisa poter vedere li loro residui ad ogni occorrenza con tutta chiarezza. Decimo quarto delle Polveri. Registro da tenersi de' Chirografi, Patenti &c. Registro de' Depositi ne' Libri: Saldi di Conti.

rezza. Vogliamo però, che a titolo di detto registro di Patenti, e deputazioni, non s'induca alcuna nuova gravezza, ma quelle Patenti, e deputazioni, per lo cui registro non si è pagata fin'ora alla Computisteria ricognizione alcuna, anche per lo avvenire si registrino *gratis*. E per le altre, per le quali è stato fin' ora solito pagarsi qualche ricognizione, non si esiga dalla Computisteria cosa alcuna più del solito.

Delli Scritturali, ed Ajutanti della Computisteria, loro Uffizio, deputazioni e remozioni.

21. E come che tutti li soprariferiti Libri non potrebbero ritenersi, e scritturarsi senza l'opera di più Scritturali, ed Ajutanti: Quindi è che a tal'effetto, e per ogn'altro servizio occorrente di essa Computisteria, non solo vogliamo ed ordiniamo, che si tengano li Scritturali, ed ajutanti con le rispettive provisioni già notate, ed assegnate nel Rollo esistente nella Depositaria Generale, confermando Noi, ed approvando colla presente nostra Cedola di Moto proprio le suddette provisioni già assegnate da Monsignor Tesoriero, e li altri emolumenti similmente applicati a detta Computisteria in esecuzione del nostro predetto Chirografo dell'ultimo Decembre 1743. ma in oltre vogliamo, e comandiamo, che sia in facoltà, ed arbitrio di detto Francesco Simonetti, e di qualunque altro Computista Generale pro tempore, a peso, e pericolo de'quali restano tutte le operazioni appartenenti a detta Computisteria Generale, il rimuovere, e licenziare qualunque de' suddetti Scritturali, ed Ajutanti, con che però nel sostituirsi un'altro in luogo del rimosso, debba farsi la nuova deputazione del Computista Generale, con la intelligenza, ed approvazione del Monsignor Tesoriero.

Peso del Computista generale di formare ogn'anno il Bilancio generale sì di Scrittura che di Cassa, da presentarsi al Pontefice.

22. Sarà peso, ed incombenza precisa, e principale del Computista Generale della Camera, ora, e pro tempore esistente, cavare ogn'anno dalli sopra enunciati Libri Mastri non solo il Bilancio generale di *Scrittura* nella stessa guisa, e collo stesso metodo, e regolamento, ch'è stato cavato, e formato il Bilancio a tutto l'anno 1744, ma ancora per maggior lume Nostro, e de' Nostri Successori, il Bilancio di *Cassa*: Conciochè possa riconoscersi la quantità precisa, che resterà ogn' anno in Roma a disposizione di Monsignor Tesoriero Generale, e gli avanzi, o disavanzi della Cassa distintamente dai Nomi de' Debitori. Fatti poi li suddetti due Bilanci di Scrittura, e di Cassa, dovrà il medesimo Computista presentarli a Noi, ed a' nostri Successori pro tempore onninamente dentro il mese di Giugno dell' anno susseguente, rimossa qualunque ulteriore dilazione, altrimenti il medesimo computista Generale, spirato il detto mese di Giugno, soggiaccia alla gravatoria di scudi dieci d'oro il giorno, e se mai dopo il decorso di un'altro mese, cioè nell'ultimo giorno del mese di Luglio non averà con effetto cavati, e presentati li suddetti Bilanci, incorra irremissibilmente la pena della remozione della Carica, e si venga immediatamente alla deputazione d'un'altro. Vogliamo in oltre, che li suddetti due Bilanci si registrino fedelmente nel Libro Mastro generale del medesimo anno, che chiamasi, come si è detto, il Libro *Mastro di Roma*, con avvertimento al Computista, ed allo Scritturale di detto Libro Mastro generale, e ad ogn'altro di Computisteria, di non darne notizia, e molto meno copia a verun altro, che al solo Tesoriero Generale pro tempore della nostra Camera, di qualunque dignità, grado, e condizione, ch'egli sia, ancorchè per comprenderlo vi bisognasse speciale, e specialissima menzione, senza Nostro precedente comando, o de' Nostri Successori, dovendo il suddetto Bilancio generale tanto di Scrittura, che di Cassa, e specialmente la Collettiva del debito, o credito, avanzi, o disavanzi, che dal medesimo apparirà, guardarsi dal Computista Generale, e da ogn' altro subalterno per un'arcano del Principato, sotto pena della nostra indignazione, ed altre eziandio corporali a nostro arbitrio, ed esser solo nota al Tesoriero Generale pro tempore, rispetto a cui non possiamo dubitare, che non sia per tenerla sotto il dovuto segreto; ed a tal'effetto vogliamo, ed ordiniamo, che il suddetto Libro Mastro non solo nel tempo, che si scrittura, non si lasci mai dal Computista, o Scritturale del medesimo luogo, o stanza aperta: Ma inoltre dopo che il medesimo sarà compiuto, e terminato, debba dal Computista Generale, unitamente colli altri susseguenti, tenersi presso di se chiuso sotto chiave, e ben custodito, e che lo Scritturale del medesimo presti il giuramento del segreto.

Registro de' Bilanci nel Libro Mastro Generale.

Custodia, e segretezza di esso Libro.

23. Ad

23. Ad effetto poi che il Computista Generale possa dare l' enunciato Bilancio dell'anno antecedente nel tempo come sopra determinato; inerendo Noi alli provvedimenti, e disposizioni altre volte date del prelodato Pio IV. nostro Predecessore in detta sua Bolla: *Cum inter cæteras al.* §. 35., vogliamo, ordiniamo, e comandiamo, che tutti, e singoli Tesorieri delle Provincie sieno tenuti, ed obbligati dare ogn'anno i loro conti giurati colle opportune, e necessarie giustificazioni nella forma, che oggi si costuma, onninamente dentro il termine di tre mesi dopo spirato ciascun'anno del loro Appalto, e che li altri Appaltatori Camerali, Depositarj, Amministratori, o che sotto qualunque altro titolo, o per qualunque altra causa abbiano interesse, e conti con la Camera, sieno tenuti, ed obbligati dare i loro conti giurati, e giustificazioni nel termine di un mese, similmente dopo spirato l'anno come sopra, altrimenti, spirato che sia il detto mese rispetto a questi, e spirati li tre mesi rispetto alli suddetti Tesorieri di Provincie, incorrano tutti, e ciascheduno di essi, che avrà mancato di dare li suoi conti, niuno affatto eccettuato, e tolta qualunque scusa, o purgazione di mora, nelle pene di scudi dieci d'oro il giorno da pagarsi, ed esigersi irremissibilmente manu regia, & more Camerali con gravatorie di Monsignor Tesoriere Generale, fin'a tanto che l'Appaltatore, o Tesoriere di Provincia morosa avrà adempito, e dato il suo conto giurato: qual pena pecuniaria dovrà applicarsi alla nostra Camera, al qual'effetto, e perchè questa nostra volontà venga puntualmente eseguita, incarichiamo li due Sollecitatori delle medesime, ciascuno di loro secondo la divisione degli Appalti, e materie Camerali, che si dirà in appresso, d'insistere con tutta attenzione, e di spedire la mano Regia come sopra per il pronto, ed effettivo pagamento di detta pena, e gravatorie, assegnando a ciascuno di loro in premio della loro diligenza il dieci per cento di tutte le pene contenute nel presente nostro Moto proprio, che a loro istanza resteranno effettivamente incamerate, senza che possa nè da Monsignor Tesoriero, nè da altri qualunque sia rimettersi, e condonarsi, riservata solamente a Noi, ed a' Nostri Successori pro tempore la facoltà di rimetterla, e condonarla o in tutto, o in parte, ma però non altrimenti, che con Chirografo segnato di nostra mano.

Per facilitare i Bilanci, devono tutti i Tesorieri, Appaltatori &c. dare ogni anno i conti &c.

Ufficio dei Sollicitatori nell' invigilare sulla puntualità de' medesimi con l'esazione delle pene &c.

24. E perchè li suddetti Tesorieri delle Provincie non possino addurre per iscusa della loro morosità, come spesso avviene, che la tradizione de' loro conti giurati colle loro rispettive giustificazioni procede da colpa, e ritardo delli loro Subappaltatori, e Ministri subalterni, perciò vogliamo, che li medesimi Subappaltatori, e Ministri subalterni sieno tenuti, ed obbligati dentro il termine di un mese dopo spirato l'anno, rendere ciascuno li suoi conti alli Appaltatori, e Tesorieri di Provincie principali, altrimenti incorrano nella suddetta pecuniaria di scudi dieci d' oro per ciascun giorno, a qual'effetto, e per indennità di essi Appaltatori, e Tesorieri principali di Provincie, dovrà Monsignor Tesoriero tutte le volte, che li medesimi gliene facciano istanza, concedere le stesse gravatorie contro li medesimi Ministri subalterni, e Subappaltatori, o altri, che abbiano causa da loro, da esigersi, ed applicarsi per una metà alla nostra Camera come sopra, e per l'altra in beneficio delli medesimi Appaltatori, e Tesorieri Principali, senza però, che per questa concessione di mano regia, e gravatoria restino li Principali in alcun modo disobbligati.

Dei Subappaltatori, e Ministri subalterni, circa i rendimenti dei suddetti Conti.

25. Oltre alli suddetti Tesorieri delle Provincie, Appaltatori Camerali, Depositarj, ed altri di sopra espressi, seguendo similmente le vestigia di detto nostro Antecessore Pio IV. nella predetta sua Costituzione al §. 46., vogliamo, ordiniamo, e comandiamo, che sieno onninamente tenuti render conto alla nostra Camera, e presentare ogn'anno i loro conti giurati dentro il termine di due mesi dopo terminato l'anno, ad effetto di esibirli, ed esaminarli nella Congregazione de' Conti, per averne poscia il Saldo, tutti quelli, che tanto in Roma, quanto fuori di Roma esercitano Cariche, ed amministrano danaro in qualsisia modo alla medesima appartenente, di qualunque stato, grado, e condizione che siano, ancorchè per comprenderli vi bisognasse speciale, e specialissima menzione; particolarmente (senza però, che questa specialità deroghi alla generalità) il Prefetto dell' Annona, Presidente delle Strade, delle Acque, e delle Dogane: Volendo, e ordinando, che a tal'effetto li Ministri, e specialmente li Computisti addetti al servizio delle riferite Cariche

Rendimenti di Conti di tutti quelli, che amministrano danaro della Camera.

riche sieno tenuti, ed obbligati tenere colla dovuta esattezza, distinzione, e diligenza li conti alle medesime appartenenti, e questi presentare ogn' anno alla Computisteria Generale dentro il detto termine di due mesi dopo terminato l'anno; ed in caso di trasgressione, ed inosservanza, li Prefetti, e Presidenti incorreranno nella pena della nostra indignazione, ed in altre anche di rimozione a nostro arbitrio, e li suddetti Ministri subalterni, e Computisti, a' quali spetta, non solo soggiaceranno, spirato il termine prefisso, alla suddetta gravatoria di scudi dieci d'oro il giorno, da esigersi, ed applicarsi come sopra, ma dovranno inoltre punirsi con la remozione da' loro impieghi, e con altre pene eziandio corporali a proporzione della mancanza, e ritardo, e ad arbitrio nostro, e de' nostri Successori.

Rendimento dei Conti de Nunzi Apostolici.

26. Anche li Nunzj saranno tenuti ciascheduno, dopo terminata la sua Nunziatura, esibire li conti giurati, conforme fin'ora si è praticato, nella Computisteria de' Spoglì, dentro il termine di sei mesi, incaricando specialmente il Tesoriero Generale pro tempore d'invigilare, che quelli sieno effettivamente esibiti, e in caso di mancanza parlarne con Noi, e Nostri Successori, perchè possano prendersi gli opportuni provvedimenti.

Rendimento dei Conti della Computisteria degli Spogli.

La Computisteria però de' Spogli, e suo Computista pro tempore sarà tenuto presentare ogn' anno nella Computisteria Generale il conto esatto del danaro tanto entrato, che pagato, dentro il termine di due mesi dopo spirato il mese di Decembre di ciascun'anno, sotto pena di dieci scudi d'oro il giorno in caso di ritardo, da esigersi, ed applicarsi come sopra.

E della Computisteria del Palazzo Apostolico.

27 Così pure la Computisteria, e Computista pro tempore del nostro Palazzo Apostolico sarà tenuto sotto la medesima pena esibire ogn'anno nella suddetta Computisteria Generale della nostra Camera dentro quattro mesi dopo spirato l'anno il Conto giurato della versione del denaro entrato nella Cassa di detto Palazzo, o per conto delle sue Entrate particolari, o per conto dell'annuo assegnamento, che se li paga dalla nostra Camera, ad effetto di saldarlo nella Congregazione de' Conti, conforme fin'ora è stato praticato. E perchè il medesimo conto resti pienamente giustificato, sarà peso del medesimo Computista del nostro Sagro Palazzo, di ricuperare in fine di ogn'anno dalla Depositoria Generale della nostra Camera tutti li ordini, che dal Prefetto di esso Sagro Palazzo saranno stati tratti alla detta Depositeria, in piè de' quali sarà la ricevuta del pagamento, e quelli presentare nella Computisteria Generale della nostra Camera unitamente col suddetto Conto.

Rendimento dei Conti delle Persone, che ricevono qualunque somministrazione di danaro dalla Camera.

28. Non di rado accade, che si danno per varie contingenze commissioni speciali alli Presidenti della Grascia, delle Ripe, delle Chiane, e ad altre Persone, alle quali per tal'effetto si somministra dalla nostra Camera qualche somma ora maggiore, ed ora minore di danaro a proporzione del bisogno. Vogliamo pertanto, e strettamente comandiamo, che qualunque Persona di qualunque stato, grado, e condizione, ancorchè Vescovi, Arcivescovi, Patriarchi, e Cardinali di Santa Chiesa, alla quale in avvenire sarà somministrato dalla nostra Camera qualsivoglia somma di danaro in molta, o anche tenue quantità per qualunque commissione, sia tenuta onninamente render conto alla stessa Cameta del denaro ricevuto, ed a tal'effetto esibirne il conto giurato con le sue giustificazioni nella Computisteria Generale dentro il termine di due mesi dopo terminata la sua commissione, sotto pena della Nostra indignazione, ed altre a nostro arbitrio, e de' nostri Successori, secondo la qualità della Persona: E quanto alle commissioni date in passato da Noi, o da' Nostri Predecessori, e già terminate, senza che sia stato reso conto del denaro amministrato, ordiniamo al Computista Generale, che ce ne porti nota a parte, per prendere gli opportuni provedimenti.

Si eccettuano il Tesoriero Generale, e Commissarj delle Armi, e del Mare, la Dateria, e Segretaria dei Brevi.

29. Non parliamo del Tesoriero Generale della nostra Camera, del Commissario dell' Armi, e del Commissario del Mare, poichè siccome li conti appartenenti all' amministrazione delle loro Cariche tutti passano per la Computisteria Generale, e risultano dal Bilancio, che questa deve fare in fine d' ogni anno; così sarebbe cosa inutile, e superflua l'esigere da loro altri conti: E così pure non parliamo nè della nostra Dateria, nè della nostra Segreteria de' Brevi, perchè rispetto a queste, per giuste cause, che degnamente muovono l'animo nostro, daremo altri regolamenti particolari.

30. E'

30. E' stato più volte da Noi osservato, che li suddetti Tesorieri di Provincie, Appaltatori, Amministratori, e altri obbligati come sopra a render conto, hanno promosse diverse pretensioni di sgravj, disfalchi, e bonificazioni, e che queste per la loro dubbiezza, ed oscurità, o per altra ragione, sono state lasciate in sospeso dalla nostra Congregazione de' Conti, o con differire la risoluzione, o con il Rescritto: *Ponatur in aliis Computis*: Ma come che da questo capo potrebbe nascere notabile impedimento alla Scrittura Camerale, e ritardarsi il Bilancio Generale, quale vogliamo onninamente, che si dia ogn'anno nel tempo di sopra prescritto; perciò, ad effetto di togliere anche questa occasione di remora, vogliamo, ordiniamo, e comandiamo, che in avvenire sopra li conti giurati, che saranno esibiti in Computisteria, il Computista generale in primo luogo faccia le dovute considerazioni, e rilevi le difficoltà, che in essi s'incontrano, separandole in due Classi, cioè la prima di quelle, che nascono da' calcoli, conteggi, ordini, o giustificazioni mancanti, e di queste lo stesso Computista ne farà un foglio, e lo darà alla Parte quindeci giorni almeno avanti la prima Congregazione de Conti, affinchè possa rispondere, e spianare dentro detto tempo le suddette difficoltà, o supplire alle dette mancanze: l'altra Classe sarà di quelle, che nascono da pretensioni di disfalchi, sgravj, o bonificazioni, e nelle quali entra qualche ispezione legale: E di queste dovrà il Computista formarne un' altro foglio, e darlo al Commissario generale della Camera, il quale unitamente con Monsignor Tesoriero dovrà farvi sopra le convenienti riflessioni, dopo le quali, se li medesimi crederanno, che le partite pretese debbano abbonarsi, dovranno in tal caso l'uno, e l'altro approvarle nel margine del medesimo foglio dato dal Computista, e respettivamente questi, senz' altra disputa, o dilazione bonificarle all'Appaltatore nel suo conto.

Delle pretensioni, e Appaltatori circa i disfalchi ec.

Regola da tenersi per speditamente decidere tali pretensioni.

31. Se poi il Tesoriero, e Commissario crederanno non dover approvare tali Partite, o alcune di esse; in tal caso il Computista dovrà dar all' Appaltatore il Foglio delle Partite non approvate almeno quindeci giorni avanti la Congregazione de Conti, ad effetto che possa scrivere sopra le medesime partite, e dare la sua Scrittura otto giorni avanti almeno al Commissario della Camera, ad effetto di rispondere o per se stesso, o per mezzo del suo Sostituto, o Sollecitatori; Cosicchè possano proporsi le medesime partite colle ragioni dell'una, e l'altra Parte nella Congregazione; quale senz' altra dilazione dovrà deciderle, e risolverle, e non mai più rimetterle, come si è praticato fin'ora, alli conti susseguenti, ed in seguito di tale risoluzione il Computista procederà al Saldo del conto controverso, portando quel tale Appaltatore, o Amministratore, tanto nei Libri, come nel Bilancio, per Creditore, o Debitore, a tenore di detta risoluzione, non ostante che o la Camera, o l'altra Parte domandi, ed ottenga di essere nuovamente udita; Volendo Noi, che in avvenire la nuova Udienza, domandata, ed ottenuta dalle Parti, non debba mai ritardare il proseguimento della Scrittura, e Bilancio, ma solamente debba operare, che quando mai la Congregazione nella successiva proposizione receda dalla prima risoluzione: in tal caso il Computista sia tenuto stornare la partita, o partite, che averà come sopra portate nei Libri, e nel Bilancio, a tenore di essa Prima risoluzione, mutandole, e correggendole a tenore dell'ultima.

Proibendosi di rimetterle ad altri conti seguenti.

O di ritardare per qualunque causa il proseguimento della Scrittura.

32. Non avendo il Computista facoltà d'ammettere ne' conti altre partite, che quelle ordinate in Tabella, o nell'Istromento d'Appalto, o Tesoreria, o Amministrazione, o quelle, per le quali vi sia l'ordine, o lettera di ordinazione di Monsignor Tesoriero, o di altro legittimo Superiore, e finalmente li pagamenti fatti in Depositeria Generale, o altrove con ordini parimenti di Monsignor Tesoriero, dopo aver veduto, e considerato li ricapiti, e giustificazioni di ciascheduna; Quindi è, che di tutti li conti, che ogn'anno si salderanno nella Congregazione de' Conti, dovrà essere responsale, e debitore il medesimo Computista per qualunque errore di calcolo, o buonificazione di partita mancante d'ordine, e giustificazione, e per qualunque altro arbitrio, che il medesimo avesse preso in danno della Camera nel saldare li medesimi conti, volendo Noi, che la Sentenza della Congregazione unicamente vaglia per approvare il Ristretto del conto sottoscritto dal Computista, sulla fede del quale la medesima Congregazione de' Conti pronuncia la *Sentenza*; e non

Il Computista generale è tenuto agli errori de' Calcoli, ed agli arbitrj da esso presi in danno della Camera.

non mai per approvare il calcolo per giusto, e le partite di esso per giustificare: e qualora nelli conti, che si saldano, vi saranno state partite controverse, e decise da detta Congregazione, in tal caso dovrà dirsi in Sentenza: *Viste, e considerate le partite controverse portate in Congregazione de' Conti dal Computista, & ammesse quelle da ammettersi, e rigettate quelle da rigettarsi, secondo le risoluzioni prese nel tale, e tal giorno, ec.*

La Congregazione de' Conti quando debba adunarsi, e sue facoltà.

33. La Congregazione de' Conti vogliamo che si aduni, e si tenga quante volte occorre a richiesta del Computista, e ad arbitrio di Monsignor Tesoriero, e quando mai o per la moltiplicità, o per la difficoltà delle partite, che in essa si proporranno, non possa la medesima arrivare a deciderle tutte in quel giorno, vogliamo; che di nuovo si aduni nel giorno susseguente, o nel primo non impedito, ad effetto di deciderle: Nel resto poi, e salve sempre le cose prescritte ed ordinate nella presente nostra Cedola, confermiamo, ed approviamo, e quando ne faccia di bisogno, di nuovo concediamo alla suddetta Congregazione de' Conti tutte, e singole facoltà concedutele da' Nostri Predecessori; e specialmente dalla fel. mem. d' Innocenzo XIII. nel Moto proprio da lui segnato li 9. Gennaro 1723., quale vogliamo, che si osservi, ed eseguisca inviolabilmente, e specialmente nel capo, che riguarda le pretese appellazioni.

Il Computista generale deve intervenire a tutte le Congregazioni Camerali de' Conti, e de' Residui, e suo impiego di notare le Risoluzioni.

34. Vogliamo in oltre, ed ordiniamo, che il detto Computista generale intervenga personalmente in tutte le Congregazioni tanto Camerali, che de' Conti, e de' Residui., com'è stato già praticato da' suoi Antecessori, e che sia presente nelle discussioni delle Cause, che si agiteranno in detta Congregazione de' Conti, e questo non solamente ad effetto di prendere nota delle risoluzioni, per regolare con esse li Conti da saldarsi, ma ancora per qualunque occorrenza di conteggio, notizie, e simili; Anzi perchè in avvenire resti sempre la memoria delle cause, che si discuteranno in detta Congregazione de conti, e loro risoluzioni, sarà tenuto il Computista notare le medesime risoluzioni sopra le posizioni, e queste poi alligare nel conto disputato. Di più dovrà riportare le medesime risoluzioni sopra il conto in margine delle partite controverse, e dovrà sottoscriverle, affinchè si ragguaglino ne' Libri Mastri, e quando faccia di bisogno potrà ancora tenere un'altro Libro a parte, ove si notino di mano in mano le dette risoluzioni con l' opportuna riferta al conto, e posizioni in esso alligate.

Il medesimo dovrà notare gli articoli controversi negl' Istromenti degli Appalti ec.

Ed intervenire alla formazione dei Capitoli nella rinnovazione di essi.

35. Così pure vogliamo, che il medesimo Computista sia tenuto notare nel margine di qualunque Istromento d' Appalto, Tesoreria, o Amministrazione, un'*advertatur* a qualunque capitolo di esso Istromento, sul quale nel corso de' presenti, e futuri Appalti accaderà, che s'incontri qualche difficoltà, come fu già prescritto dalla fel. mem. di Clemente XII. nell'accennata sua Costituzione al §. *Cunque etiam*: e che in sequela di ciò, tutte le volte, che dovrà nuovamente concedersi, o rinuovarsi un' Appalto, li Capitoli del nuovo Istromento non solo debbano formarsi, e stabilirsi dal Commissario Generale della Camera, coll' intervento di esso Computista, oltre il Sostituto Commissario, e li due Sollecitatori, ma di più, che in tal'occasione si debba specialmente provvedere a tutte quelle difficoltà, che saranno state notate, come sopra, dal Computista nel decorso del precedente Appalto, secondo la detta Costituzione di Clemente XII. al §. *Ipsorum quoque*, e lo spirito, e mente dell'altra più antica di Pio IV. al §. X. riducendo così li Capitoli del nuovo Appalto alla maggior chiarezza che sia possibile, di modo che non abbia la Camera da esser più soggetta per li medesimi a pretensioni di buonifichi, e sgravj.

Quindi fare i Ristretti delle Offerte esibite.

36. Compilati poi, dichiarati, e moderati, nel modo suddetto li nuovi Capitoli, sarà cura di detto Commissario della Camera comunicarli a Monsignor Tesoriero Generale, per poi esibirli colla sua approvazione negli atti de' Segretarj di Camera, come si costuma, nello stesso tempo, che si pubblicaranno le Notificazioni per detti nuovi Appalti, le offerte de' quali, dopo che si saranno aperte nella Congregazione Camerale, vogliamo che si consegnino al Computista, come si è fatto in passato, per farne i Ristretti, e riferirli nella seguente Congregazione, rilevando le condizioni, e difficoltà, e formando il calcolo opportuno di ciascheduna, affinchè possa

con

con facilità apparire quale sia la più utile per la Camera. Seguita poi la deliberazione dell'Appalto, secondo le forme consuete, e secondo la disposizione di altro Moto proprio sopra ciò da Noi segnato li 23. Novembre 1742., quale in tutte, e singole sue parti approviamo di nuovo, e confermiamo, dovrà nella stipolazione intervenire ancora il Computista, com'è stato solito per il passato; ed in caso, ch' egli sia legittimamente impedito, vogliamo, che in suo luogo intervenga quello Scritturale di Computisteria, che ha l'incombenza del Libro Mastro di quell' Appalto.

Ed assistere alla stipulazione degli Istromenti.

37. Affinchè il Saldo de' Conti di quelli Appaltatori, a' quali sarà terminato l' Appalto, non venga ritardato per causa delle consegne, ordiniamo, e comandiamo, che il Commissario della Camera allo spirare di qualunque Appalto, ed insieme li Sollecitatori della medesima abbino il peso, e cura, che l'Appaltatore, ch' esce, dia prontamente, e senza indugio al nuovo Appaltatore, ch' entra la consegna di tutti gli Effetti, e Beni, quali secondo la forma del suo Istromento è obbligato a riconsegnare in fine d'Appalto, facendo prefiggere da Monsignor Tesoriero tanto al vecchio, che al nuovo Appaltatore il termine di trenta giorni, per dare, e ricevere detta consegna, spirato il quale, quello di loro, per cui difetto non sarà seguita, cada ipso facto nella pena irremissibile di dieci scudi d'oro per ogni giorno, da applicarsi alla nostra Camera, oltre la rifazione de' danni, ed interessi. Affinchè poi le suddette consegne seguano con buon' ordine, se queste si faranno nelle Provincie lontane da Roma, sarà in arbitrio del Tesoriero Generale pro tempore di commettere alli Governatori Locali, o ad altri, come stimarà più opportuno, lo assistere alle medesime, purchè non si passi il termine suddetto di trenta giorni. Ma quando le consegne si facciano ne' Luoghi vicini a Roma, potrà assistere alle medesime, oltre il Sostituto Commissario, o uno de' Sollecitatori, ed oltre un Segretario di Camera, o suo Sostituto, anche il detto Computista generale, o in sua vece lo Scritturale del Libro Mastro di quell' Appalto, quale debba portar seco l'Inventario delle cose consegnate all' Appalto, e quello confrontare colla nuova consegna; E quando sotto l'Appalto siano comprese Fabbriche, ed Edificj, Terreni, Fossi, Forme, Piantate, ed altre cose simili, dovranno similmente intervenire l'Architetto, ed Agrimensore, acciò possa procedersi senz'alcun ritardo all'atto pubblico della quietanza per il passato Appaltatore, e della consegna per il nuovo, o liberamente, o con quelle preserve, che si stimeranno necessarie farsi in detto atto per indennità della Camera; Con dichiarazione però, che andando il Computista generale o suo Scritturale, non possa dalla Camera pretendere nè diarie, nè cibarie di sorte alcuna, nè per se, nè per il suo Famiglio, o Servitore, come in fatti nè dal nominato Francesco Simonetti, nè da' passati Soprintendenti, o Computisti sono state giammai esatte, o pretese.

Ordinazioni per il saldo dei conti degl' Appalti, che cessano, e per le consegne degli Effetti alli nuovi Appaltatori.

38. Per buon regolamento della Computisteria vogliamo, che al Computista non sia lecito spedire ordini di sorta alcuna alla Depositeria, senza ordine, o mandato preventivo in scritto, o del Segretario di Stato, o del Tesoriero Generale pro tempore, o di altri, che abbiano da Noi, o Nostri Successori legittima facoltà di ordinare pagamenti: E rispetto alli ordini per Mercanti, ed Artisti (eccettuati solamente quelli, che si spediscono dal Prefetto del Nostro Palazzo Apostolico, sopra i quali dovrà invigilare il medesimo Prefetto avanti di spedirli) sarà tenuto il Computista avvertire, che vi sia l'ordinazione preventiva delli lavori, o robe contenute nel conto, e che inoltre vi sia giustificazione sufficiente, che le robe siano state ricevute, e li lavori fatti, mediante l'approvazione, e sottoscrizione di quel tal Superiore, che averà dato l'ordine per la roba, o lavoro.

Degli ordini de pagamenti da spedirsi dalla Computisteria generale.

39. Similmente vogliamo, che tutti li ordini de' pagamenti diretti alla Depositeria Generale, o ad altri, tutti li ordini di consegnare Robe, Munizioni, Armi, e simili, e generalmente tutte le ordinazioni di qualunque sorta, quali si daranno da Tesoriere Generale, dal Commissario dell' Armi, dal Commissario del Mare, o da altri, come sopra debbano registrarsi in Computisteria, e debbano essere sottoscritte dal Computista, ad effetto, che possa tenerle a calcolo in conto di quelli, a quali saranno dirette, o anche ad effetto che dopo giustificato l'adempimento di tali ordinazioni

Tutti gli ordini de pagamenti diretti alla Depositaria Generale debbano registrarsi in Computisteria generale.

possa

poſſa ſpedirſi l'ordine del pagamento, come altre volte fu preſcritto nell' enunciato Chirografo di Urbano VIII. Noſtro Predeceſſore; e mancando il ſuddetto Regiſtro, e ſottoſcrizione del Computiſta, vogliamo, che dette ordinazioni non abbiano alcuna eſecuzione, e che le conſegne, e pagamenti, che mai ſi faceſſero in virtù delle medeſime, non debbano eſſere abbonati, e buonificati.

Le alterazioni de' Conti, che ſono d' intereſſe della Camera, devono eſſere regiſtrate in Comp. Ingiungendoſi all'Amminiſtratore generale di darne nota ec.

40. Egli è parimente neceſſario per ben regolare la Scrittura Camerale, che toſto che ſieguono traslazioni de' Monti, o attergazioni in favore della Camera, aggiunte, ammiſſioni, ed altre ſomiglianti coſe, che ſono di ſuo intereſſe, ſe ne dia notizia alla Computiſteria, ad effetto di regiſtrarle ne' Libri. E perciò vogliamo, ed ordiniamo, che in avvenire ſia peſo, e cura dell' Amminiſtratore generale de' Monti di dare prontamente alla Computiſteria dentro il termine di otto giorni nota diſtinta, e copia di tutte le ſuddette traslazioni, aggiunte, ammiſſioni, attergazioni, e di ogn'altro atto, che paſſi per la ſua Segreteria, in cui abbia, e poſſa avere intereſſe la noſtra Camera, altrimenti cada nella pena di dieci ſcudi di moneta il giorno, da applicarſi come ſopra.

I Segretari della Camera devono dare alla Computiſteria le copie degli Iſtromenti chirografi ec.

41. Al medeſimo fine, ſeguendo l'orme di Urbano VIII. nel detto ſuo Chirografo, e di Clemente XII. in detta ſua Conſtituzione, vogliamo, ordiniamo, e comandiamo, che li Segretarj di Camera diano onninamente alla Computiſteria ſuddetta le copie di tutti li Chirografi, Iſtromenti, e di ogn'altro contratto, nel quale abbia intereſſe la Camera, a ſpeſe della medeſima per la Scrittura ſolamente, dentro il termine di giorni quindici, dopo che ſaranno emanati, e reſpettivamente ſtipolati; e queſto non ſolo ad effetto di conſervarle in Computiſteria, ma ancora per regola della ſcrittura, ed in caſo di mancanza, dopo ſpirato il detto termine vogliamo, che quel Segretario, che avrà mancato, incorra la pena di ſcudi dieci, da applicarſi come ſopra, ſenza che poſſa ammetterſi alcuna ſcuſa, o purgazione di mora. Così ancora il Soſtituto Commiſſario, e li Sollecitatori della Camera ſaranno tenuti ſotto la medeſima pena dare alla Computiſteria nota diſtinta di tutte le riſoluzioni, e di tutte le ſentenze, quali eſcono dalla piena Camera in quelle cauſe, nelle quali la medeſima Camera fa figura di Attrice, o di Rea convenuta, immediatamente che ſaranno riſolute, e lo ſteſſo anche di tutte le altre cauſe di prima inſtanza avanti il Cardinal Camerlengo, Monſignor Teſoriero, e di qualunque altro Giudice Camerale.

Il ſoſtituto commiſſario ed i Sollecitatori devono anche ad eſſa dare nota di tutte le Sentenze, Decreti ec.

De' Sollecitatori e varie loro incombenze.

42. Inoltre vogliamo, che li medeſimi Sollecitatori, dopo ſtipulati l' iſtromenti degli *Appalti*, o *Amminiſtrazioni*, ſiano obbligati d' inſiſtere, che gl' Appaltatori, ed Amminiſtratori diano con effetto le ſicurezze promeſſe dentro il termine preſcritto de' medeſimi Iſtromenti, riconoſcere in Segreteria de' Monti, ſe l'abbiano effettivamente date, reſpettivamente nella Computiſteria, ſe ſiano alla medeſima giunte le note, e copie, delle quali come ſopra è ſtato incaricato l' Amminiſtratore de' Monti, e mancando a queſta loro preciſa incombenza, ſiano tenuti a tutti i danni, ed intereſſi. Di più li ſteſſi Sollecitatori ſieno tenuti ed obbligati, continuamente, ed almeno ogni due giorni portarſi ciaſcheduno alla Computiſteria, sì per l' effetto ſuddetto, come per altri biſogni, che poſſono giornalmente occorrere, e particolarmente per prender le notizie de' debitori; E finalmente ancor eſſi vogliamo, che debbano dar nota di tutte le Subaſte, traslazioni de' Monti, e ſtipolazioni di contratti colla Camera, dentro il termine di quindici giorni dopo che quelle ſaranno ſeguite, e mancando, incorrino per ogni volta nella pena di ſcudi dieci, da eſiggerſi, ed applicarſi come ſopra.

Diviſione dell' incombenze da farſi fra i due Sollecitatori.

43. Affinchè li due Sollecitatori della Camera poſſano più facilmente adempire le ſuddette incombenze, ed uno di eſſi non poſſa ſcaricarſi ſopra l' altro, ingiungiamo, ed incarichiamo a Monſignor Teſoriero Generale di fare in ſcritto frà di eſſi una giuſta, ed adeguata diviſione a ſuo arbitrio degli Appalti, e delle altre materie Camerali, ſopra le quali cadono le riferite incombenze: e ſecondo tal diviſione ognuno di loro dovrà eſattamente eſeguire quanto gli ſpetta.

Della Congregazione de' Reſidui con alcune ordinazioni circa d'eſſa.

44. Così pure eſſendo Noi pienamente perſuaſi quanto ſia neceſſario per la buona amminiſtrazione del noſtro Erario, e regolamento della Scrittura, che ſi tenga *la Congregazione de' reſidui* providamente iſtituita da Clemente XII. in detta ſua Coſtitu-

stituzione nel §. *Et ad hoc*, variando solamente in qualche parte della medesima; Vogliamo, ordiniamo, e comandiamo, che detta Congregazione debba radunarsi, e tenersi onninamente sei volte almeno l'anno avanti il Tesoriere Generale pro tempore, coll'intervento dell'Avvocato Fiscale, Commissario della Camera, Computista generale, Sostituto Commissario, e li due Sollecitatori, cioè in Febbraro, Aprile, Giugno, Agosto, Ottobre, e Decembre, dentro li primi dieci giorni di ciascuno di detti mesi, e che sia cura, e peso del Computista di ricordarne a Monsignor Tesoriero l'intimazione. Affinchè poi la medesima si faccia con buon' ordine, e profitto, ordiniamo in primo luogo, che il Computista sia tenuto qualche giorno prima portare, e lasciare in mano di Monsignor Tesoriero la lista, e nota esatta di tutti li debitori della Camera fino a quel tempo: Che questa stessa nota, e lista debba leggersi in Congregazione, e prendersi sopra ciascuno di essi debitori le risoluzioni, che si stimeranno espedienti per la più sollecita esigenza, e sicurezza della Camera: Che il Sostituto Commissario scriva le suddette risoluzioni, e che queste medesime debbano leggersi nell'altra seguente Congregazione, affinchè il Commissario, e gli altri Ministri Camerali diano conto ciascheduno di loro delle incombenze appoggiategli con dette risoluzioni nella Congregazione antecedente, così di mano in mano, e di Congregazione in Congregazione, talmente che in ciascuna Congregazione non solo debbano prendersi le convenienti risoluzioni sopra ciascuno de' debitori, che di tempo in tempo si anderanno facendo, ma inoltre debba esigersi il dovuto conto, se sono state, e come sono state eseguite le precedenti risoluzioni, affinchè possino darsi in essa Congregazione, quando bisogni, li ulteriori provvedimenti: Che se mai in qualche Congregazione non si arrivasse a finire tutte le cose suddette, vogliamo, che la medesima si continui nel giorno seguente, o nel primo non impedito, com'è stato di sopra disposto per le Congregazioni de' Conti.

45. E perchè nella prelodata Costituzione di Clemente XII. al §. *ad hæc* si trova già incaricato il Tesoriere Generale di portare ogni volta al Sommo Pontefice pro tempore la suddetta lista, e nota de' debitori, perciò Noi non solo approviamo, confermiamo, e nuovamente incarichiamo il medesimo Tesoriero, e suoi Successori di portare a Noi, ed a Nostri Successori pro tempore la suddetta nota de' debitori nella prima udienza dopo ciascuna Congregazione, ma di più vogliamo, ed ordiniamo, che il Commissario della Camera similmente ci porti, e ci presenti nella medesima udienza un'altra nota a parte di tutti li debitori litigiosi, e lo stato, nel quale si trovano, e si anderanno di mano in mano trovando le cause de' medesimi in qualunque modo pendenti o nella Congregazione de' Conti, o in altro Tribunale Camerale, e che sia specialmente tenuto riferire, se nella detta Congregazione de' Conti siano state decise, e risolute le partite controverse, com'è stato da Noi poco sopra ordinato, ad effetto che non resti per tal causa ritardato il corso della Scrittura, e la formazione del Bilancio generale di ogn'anno nel tempo determinato.

Oltre la nota dei debitori liquidi solita portarsi al Papa dal Tesoriero deve al Commissario della Camera portare la nota dei debitori litigiosi, e lo stato delle liti.

46. Vogliamo in fine, che il Computista debba fare, e tenere un'esatto Inventario di tutti li Libri, e Scritture della Computisteria col suo Indice, e dimostrazione, e che debba esserne fedel custode, come già fu prescritto da Pio IV. in detta sua Bolla, e nel Chirografo di Urbano VIII., e che il più volte nominato Francesco Simonetti proseguisca incessantemente l'opera già da lui incominciata del Catastro generale di tutti gli Effetti, Proventi, Dazj, Tasse, Gabelle, ed ogn'altra Entrata, e Capitale, dal quale si forma lo intiero Stato, e Patrimonio della Camera, secondo le notizie, che di mano in mano potrà acquistare colla sua diligenza, siccome fu ordinato in detta Bolla di Clemente XII. al §. *Postquam igitur*, e da Noi stessi in detto Nostro Chirografo delli 31. Decembre 1746., volendo Noi, che a tal' effetto possa egli costringere, ed obbligare ciascuna Persona, che possa avere tali notizie, a somministrargliele prontamente, anche mediante le opportune gravatorie da spedirsi a sua istanza da Monsignor Tesoriero, e suoi Successori, ai quali special mente diamo la facoltà d'invigilare sopra il Computista, e riferire a Noi, e Nostri Successori, se mai da lui non si adimpissero le incombenze, che se li appoggiano nella presente Cedola in nostro Moto proprio.

Il Computista debba tenere un esatto Inventario de' Libri e Scritture della Computisteria col suo Indice.

Parimenti proseguire il Catastro degli *Effetti* della Camera.

47. Con la scorta di questa distinta, e regolata Scrittura, e dal suddetto annuale Bilan-

Per l'esecuzione, ed osservanza delle riferite disposizioni [illegible] Nostro Si-

gnore deputare una Congregazione particolare &c.

Bilancio tanto di Scrittura, che di Cassa, speriamo con l'ajuto di Dio, che potremo facilmente tanto Noi, che li Nostri Successori distinguere, osservare, e giudicare, se vi saranno crescimenti di spese, diminuzioni di Entrate, contrazioni di nuovi debiti, avanzi, o disavanzi considerabili, ed a misura del bisogno prendere i dovuti provvedimenti, per ben regolare l'economia del Principato, e gl'interessi della Camera, promuovere il commercio, ed isgravare, quanto sia possibile, i nostri amatissimi Sudditi, ch'è il fine, e l'oggetto, al quale fin'ora sono stati, e saranno sempre diretti tutti li nostri pensieri, e le nostre cure; ed a questo effetto deputeremo una Congregazione particolare composta di alcuni Cardinali, e Prelati, alla quale ingiungeremo il peso, non solo d'invigilare sopra la puntuale esecuzione, ed osservanza di tutte, e singole cose contenute, ed ordinate nella presente Cedola; Ma inoltre di esaminare, e discutere a capo per capo tanto le spese, quanto l'Entrate della nostra Camera, quali risultano da detto Bilancio, e suggerire a Noi quelli provvedimenti, che potranno prendersi, per diminuire le dette spese, e migliorare l'Entrate, in vantaggio del nostro Erario, e sgravio de' Sudditi; Poichè così è mente, e volontà Nostra precisa. Volendo, e decretando, che la presente nostra Cedola ammettendosi, e registrandosi in Camera, a tenore della Costituzione di Pio IV. Nostro Predecessore de registrandis vaglia, e debba aver sempre, ed in ogni futuro tempo il suo plenario effetto, esecuzione, e vigore, colla Nostra semplice sottoscrizione, e che non gli si possa in alcun tempo mai opporre di surrezione, orrezione, nè di alcun'altro vizio, e difetto della Nostra volontà, ed intenzione; e che così, e non altrimenti debba sempre nelle cose premesse, e ciascheduna di esse giudicarsi, decidersi, definirsi, ed interpretarsi dal Reverendissimo Cardinal Cammerlengo, da Monsignor Tesoriere Generale, eziandio nella Congregazione Camerale, e de' Conti respettivamente, dalla piena Camera, e da qualsivoglia altro Giudice, e Tribunale, abbenchè Collegiato, e composto de' Reverendissimi Cardinali, togliendo loro, ed a ciascuno di essi la facoltà, ed autorità di giudicare, decidere, definire ed interpretare diversamente, dichiarando Noi sin d'adesso preventivamente affatto nullo, irrito, ed invalido tutto ciò, che scientemente, o ignorantemente si facesse in contrario, ancorchè non vi siano stati chiamati, citati, nè sentiti il Commissario della Nostra Camera, e tutti quelli, che vi avessero, o pretendessero d'avervi interesse. Non ostanti, nelle parti contrarie alle sopraddette Nostre disposizioni, l'accennata Bolla di Pio IV. *de Reformatione Cameræ*, il Chirografo d'Urbano VIII., la sudetta recente Costituzione di Clemente XII., la Regola della Nostra Cancellaria *de jure quæsito non tollendo*, e qualsisiano altre Costituzioni, Chirografi, Moti proprj, Decreti, ordinazioni, e Sanzioni Apostoliche Nostre, e de' Nostri Predecessori, in qualunque tempo, modo, e forma emanate intorno alle cose contenute, ed espresse nella presente Cedola, Leggi, Statuti, Riforme, usi, stili, consuetudini, ed ogn'altra cosa, che facesse, o potesse fare in contrario, alle quali tutte e singole, avendone il tenore quì per espresso, e di parola in parola inserto questa volta sola, ed all'effetto predetto, specialmente, ed espressamente deroghiamo.

Clausule generali, e speciali, e deroghe per la sussistenza del Chirografo.

Data a dì 18. Marzo 1746.

Data dal Nostro Palazzo Apostolico Quirinale questo dì 18. Marzo 1746.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Pontifex Motu proprio &c. præinsertam Schedulam in amplissima forma confirmat.

Ne igitur ea, quæ pro felici, prosperaque directione, & administratione ipsius Ærarii Pontificii, ad publicam salutem utilitatemque, a Nobis in præinserta Schedula provide ordinata, volita, statuta, decreta, & sancita sunt, debita executione ullo unquam tempore in aliquo fraudentur; Nos primum omnium iisdem Motu, scientia, & potestatis plenitudine eandem præinsertam Schedulam, omniaque & singula in ea contenta, & expressa, & a Nobis per eam ut præmisimus ordinata, approbata, disposita, volita, mandata, decreta, statuta, & sancita harum etiam tenore confirmamus, & approbamus, eisque perpetuum & inviolabile præsentis Nostræ perpetuo valituræ Constitutionis robur & firmitatem adjicimus, atque iterum, & ex integro ea omnia & singula in omnibus & per omnia, juxta præinsertæ Schedulæ

Nostri

Nostri motus proprii, seriem, continentiam, & tenorem, eadem Apostolica auctoritate ordinamus, disponimus, volumus, mandamus, statuimus, decernimus, atque sancimus; eademque ab iis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit in futurum, perpetuo observari, & exactissime impleri jubemus, atque praecipimus.

Praeterea Motu, scientia, auctoritate, & potestatis plenitudine similibus, peculiarem Congregationem ex nonnullis S. R. E. Cardinalibus, nec non aliquibus Romanae Curiae Praelatis compositam instituimus & deputamus: Cui quidem Congregationi Nos Vener. Fratrem Nostrum Hannibalem Episcopum Portuen. S. R. E. Camerarium S. Clementis, *ac Dilectos Filios Nostros Antonium Xaverium Tit. S. Stephani in Monte Caelio* Gentili, *Dominicum Tit. SS. Duodecim Apostolorum* Riviera, *Sylvium Tit. S. Priscae* Valenti *Nostrum Secretarium Status, Presbyteros, & Hieronymum S. Angeli in Foro Piscium Diaconum* Columna *respective nuncupatos, ejusdem S. R. E. Cardinales, nec non Dilectos etiam Filios Magistros Joannem Baptistam Mesmerum Thesaurarium Nostrum Generalem, Joannem Julianum Rubini praedictae Camerae Nostrae Commissarium Generalem, & Clementem Argenvilliers Auditorem Nostrum, tamquam ipsius Congregationis cum definitivi suffragii jure Secretarium, adscribimus.* Congregationem particularem deputat pro eusdem executione, & observantia.

Hujus autem Congregationis, & Personarum eam pro tempore constituentium munus sit, & assidua cura, non modo praemissorum omnium & singulorum plenam executionem, & exactissimum implementum urgere, & promovere, verum etiam ad omnia & singula genera & capita tam expensarum, atque onerum quam redditnum & proventuum Camerae Nostrae Apostolicae solicitum dirigendo considerationis intuitum, opportuna pro tempore consilia & remedia excogitare, Nobisque & Successoribus Nostris Romanis Pontificibus insinuare, quaecumque ad optimum ipsius Camerae regimen, & Publici Aerarii emolumentum, ad subditarum Civitatum & Communitatum levamen, ac Populorum incolumitatem utilitatemque, in Domino existimarint salubriter expedire. Congregationis hujusmodi officium & scopus.

Quapropter volumus & mandamus, hujusmodi Congregationem semel singulis mensibus, nimirum prima Feria tertia cujuslibet mensis, quae de cetero impedita non fuerit, incipiendo a prima Feria tertia mensis Julii proxime futuri, (quo nimirum tempore rationes dati & accepti, quae pertinent ad elapsum annum millesimum septingentesimum quadragesimum quintum, confectas, atque inter se collatas fore praecepimus), & sic deinceps de mense in mensem in Palatio Nostro, & in Aedibus solitae habitationis praefati Nostri Secretarii Status, indesinenter congregari; eidemque praedictum Franciscum Simonetti in praeinserta Schedula saepe memoratum, sive alium pro tempore Camerae Nostrae praedictae Ratiocinatorem Generalem, semper interesse; ut communibus studiis atque consiliis, quaecumque super praemissis examinanda fuerint, expendantur, & quae justa & utilia visa fuerint, statuantur & impleantur. Quibus temporibus, & quo in loco haberi debeat.

Decernentes easdem praesentes Litteras, atque omnia & singula, tam in his, quam in praeinserta Schedula Nostri Motus proprii contenta atque statuta, nullo unquam tempore de subreptionis vel obreptionis vitio, seu intentionis Nostrae, aut alio quovis defectu notari, impugnari, invalidari, in jus vel controversiam revocari posse; sed illa semper valida, firma, & efficacia esse & fore ac ab omnibus & singulis ad quos spectat, & quomodolibet spectabit in futurum, inviolabiliter observari; Sicque, & non aliter in praemissis omnibus & singulis per quoscumque Judices Ordinarios & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, nec non S. R. E. Camerarium, & quoscumque alios Cardinales etiam de Latere Legatos, Vice-Legatos, & Nuncios, Thesaurarium quoque Generalem, etiam in Camerali, & Computorum respective Congregatione, ac Clericos Praesidentes, aliosque Ministros, & Officiales Camerae praedictae, ac alios quavis potestate fungentes nunc, & pro tempore existentes, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiri debere, ac irritum & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Clausulae praeservativae.

Non obstantibus omnibus his, quae in praeinserta Schedula non obstare voluimus, atque aliis quibusvis Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque. Derogationes.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostrae Confirmationis, Approba- Sanctio.

tionis,

tionis, Præcepti, Mandati, Statuti, Sanctionis, Decreti, Deputationis, & Voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire: Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Data Pontif. anno 6 die 18. Aprilis 1746. *Datum Romæ apud S. Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo quadragesimo sexto, quartodecimo Kalendas Maji, Pontificatus Nostri Anno sexto.*

D. Cardinalis Passioneus.

J. Datarius.

VISA DE CURIA.

J. C. Boschi.

L. Eugenius.

Loco ✠ Plumbi.

Registrata in Secretaria Brevium.

Public. die 6. Maji Anni 1746.

DE REGULARIBUS

Extra Claustra degentibus, & sese translatos asserentibus.

Venerabili Fratri, Bernardo Episcopo Sancti Pauli in America Lusitana.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Venerabilis Frater, salutem, & Apostolicam Benedictionem.

PONTIFICIA commendatione nostra prosequimur debitum tuæ erga Apostolicam hanc Sanctam Sedem obstrictæ obedientiæ obsequium, & laudabile pastoralis sollicitudinis, ac vigilantiæ officium, quo supplex ab eadem Apostolica Sede consulta petis, quibus instructus in commissa Tibi istius Diœcesis administratione Te pro munere Fraternitati Tuæ injuncto provide sapienterque cum æterna Christifidelium salute gerere debeas. Reperiri siquidem, ad Congregationem Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositam refers, quamplurimos in ipsa Diœcesi Tua Regulares Viros, qui habitu, & super habitu Mozzettam induti extra Claustra in Sæcularium Hominum domibus degentes, ad Terram colendam, sæcularia negotia obeunda, ac mercaturam faciendam incumbunt; adeoque mores a Religios vita longe alienos pravosque non sine bonorum offensione, ac scandalo præseferunt. Alios præter ea significas Regulares Viros esse, qui ex uno ad alterum Religiosum Ordinem se Apostolica auctoritate translatos fuisse asserunt: atque adeo in hoc altero Ordine constituti, facultatem licentiamque sibi inesse jactant, qua sibi liceat extra Claustra itidem commorari, agriculturam pariter exercere, & mercaturæ operam navare. Nos itaque Fraternitati Tuæ in memoriam revocamus, omnes & singulos Regulares Episcopo in Civilibus subjectos esse, eosdemque Religiosos, cujusvis Ordinis, & Instituti sint, extra Claustra degentes, & delinquentes subjectos esse Ordinario Loci, uti Sedis Apostolicæ Delegato, qui eos visitare, punire, & corrigere potest, uti conceptis verbis statutum est a Concilio Tridentino *sess.* 4. *capit.* 3. *de Reformatione*. Præterea laudatum Concilium Tridentinum *sess.* 14. *de Reformatione cap.* 11. quoad translatos statuit, ac præscribit, ut quilibet translatus

Nonnulli Regulares se extra Claustra degere posse.

Alii, ad alium Ordinem translatos se esse ex Indulto Apostolico asserebant.

Pontif. respondet Regulares, tam in Civilibus, quam extra Claustra degentes Ordinario subjectos esse.

ſatus in Ordine ipſo, ad quem transfertur, ſub ſui Superioris obedienria in Clauſtro perpetuo maneat. Unde fit, ut ſuper quolibet translatorum hujuſmodi extra Clauſtra commorante, ac degente Antiſtes loci Ordinarius vigore memorati Decreti Concilii Tridentini *ſeſſ. 6. cap. 3. de Reformatione*, omnem habeat juriſdictionem, illamque libere, & licite exercere poſſit, & valeat. Quo autem pacto Te cum translatis quibuſcumque ſibi Apoſtolica auctoritate, ut extra Clauſtra libere vivant, indultum fuiſſe aſſerentibus agere oporteat, certiorem facimus, nemini juxta ordinatas, ſtatutaſque regulas ex una ad aliam Religionem, niſi in illa, ad quam quemvis transferri contigerit, vigeat Clauſtralis, ac Regularis obſervantia, & quæ non ſit hoſpitalaria, aut militaris, tranſitum impertiri. Quod ſi vero aliquando audieris cum aliquo Religioſo Viro ab Apoſtolica hac Sancta Sede benigne diſpenſatum fuiſſe, ut vel in habitu Sacerdotis Sæcularis permanere, vel ad aliam Religionem, in qua Clauſtralis, & Regularis obſervantia non vigeat, tranſire poſſet, Te doctum volumus, id ſane perraro, & graviſſimis, rationabilibuſque de cauſis fieri: Hiſce demum ita expoſitis, cum ad Fraternitatem Tuam relatum fuerit, eſſe ac reperiri quemlibet Religioſum Virum, qui ſe Indulto quocumque hujuſmodi donatum uti, frui, ac gaudere contendat, eumdem opus eſt, ut ad tale Indultum Tibi oſtendendum primum, etiam adhibita vi, compellas, atque inſimul, poſtquam illud perlegeris, diligenter expendas cauſas in ipſo Indulto contentas & expreſſas, veræ ne, an falſæ ſint. Quod ſi illud Indultum commonſtrare, & tradere detrectaverit, adverſum ipſum, juris ordine ſervato, ſtatim procedas juxta facultatem Tibi attributam in ſupradicto Tridentinæ Synodi *cap. 6. ſeſſ. 6. de Reformatione*. Et ſi Indulti cauſas minime veras eſſe compereris, ne dubites ſuper ejus ſubreptione, ſeu obreptione pronuntiare, & adverſus Religioſum procedere extra Clauſtra ſine facultate degentem. Cæterum Fraternitati Tuæ perſuaſum eſſe optamus, Nos nunquam paſſuros eſſe, ut quæcumque Apoſtolicæ noſtræ caritatis ſupremæque auctoritatis ad oves Tibi creditas, de quibus diſtricta a Te non minus Nobis, quam Paſtorum Principi JESU CHRISTO Æterno Judici ratio reddenda eſt, ſaluberrime paſcendas regendaſque conducentia exoraveris, officia a Fraternitate Tua deſiderentur. Interim Fraternitati Tuæ Apoſtolicam Benedictionem peramanter elargimur.

Unde ipſum Ordinarium eos corrigere debere.

Circa prætenſos translatos refert ad quos Ordines ſoleat Sancta Sedes translationes concedere.

Et tradit formam contra ipſos translatos procedendi.

Datum in Arce Gandulphi Albanen. Diœceſis ſub Annulo Piſcatoris die XXVII. Maji MDCCXLVI. Pontificatus Noſtri anno Sexto.

Dat. die 27. Maij 1746.

Cajetanus Amatus.

VIII.

LITERÆ

Jam editæ adverſus Confeſſarios exquirentes a Pœnitentibus complicum nomina, confirmantur, & pœnæ in delinquentes ſtatuuntur, cum præfinitione ordinis procedendi in hujuſmodi Cauſis.

BENEDICTUS PAPA XIV.

SERVUS SERVORUM DEI.

Ad futuram rei memoriam.

UBI primum de perverſa quadam, & abſurda praxi in Sacramento Pœnitentiæ adminiſtrando apud nonnullos Confeſſarios in Portugalliæ, & Algarbiorum Regnis introduci cœpta, non ſine animi Noſtri dolore, nuntium accepimus non levi aliquo incertoque rumore ad Nos perlatum, ſed ita gravibus, ſolidiſque fundamentis innixum, ut prudentem omnino fidem de periculi cum veritate, tum magnitudine facerent; prætermittere non potuimus, quin continuo datis ad Venerabiles Fratres

Delatus aliis in Sacramento Pœnitentiæ abuſus.

eorum-

orundem Regnorum, ac Ditionum Archiepiscopos, & Episcopos Apostolicis Nostris Literis, remedium nascenti malo quam promptissime adhiberemus. Earum vero Literarum die septima mensis Julii superioris anni millesimi septingentesimi quadragesimi quinti editarum, quas præsenti huic nostræ Constitutioni inserendas existimamus, hic tenor erat.

Literis Sanctissimi Domini quæ hic inferuntur, reprobatus fuerat.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Venerabiles Fratres, salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Suprema omnium Ecclesiarum solicitudo, & Divina Jesu Christi omnium Pastorum Principis, cujus vices plane immerentes gerimus, charitas assidue urget Nos, ut pro commissa divinitus imbecillitati Nostræ universi Dominici gregis cura semper advigilantes, periculis animarum, sicubi forte superimpenderint, per omnes Christiani Orbis Populos, ac Nationes opportune, quantum cum Domino possumus, occurramus; atque iis præcipue Regnis, & Locis peculiari quodam Apostolicæ Nostræ charitatis studio, auctoritatisque providentia consulamus, in quibus, cum Fides, Religio, Pietas, quam maxime floreant, callidus humani generis hostis nocere Fidelibus dum aperto bello desperat, per insidias molitur, in Angelum scilicet sese lucis transfigurans, & ementita boni specie incautis illudens; qua ex arte non minora sæpe animarum detrimenta, quam ex aggressione manifesta, esse proventura nequissimus veterator confidit. In harum autem fraudum numero computamus, quod in florentissimis Portugalliæ, & Algarbiorum Regnis, & Ditionibus, quibus Vos Antistites summa cum Sacerdotalis virtutis vestræ commendatione præsidetis, & quibus pro singulari erga Catholicam Ecclesiam, atque Apostolicam hanc Sanctam Sedem observantia meritæ debentur laudes, nuper evenisse non sine ingenti animi nostri dolore cognovimus. Pervenit enim haud ita pridem ad aures Nostras nonnullos istarum partium Confessarios salva zeli imagine seduci se passos, sed a zelo secundum scientiam longe aberrantes, perversam quamdam, & perniciosam praxim in audiendis Christifidelium confessionibus, & in saluberrimo Pœnitentiæ Sacramento administrando, invehere atque introducere cœpisse; ut videlicet, si forte in pœnitentes incidissent socium criminis habentes, ab iisdem pœnitentibus socii hujusmodi, seu complicis nomen passim exquirerent; atque ad illud sibi revelandum non inducere modo suadendo conarentur; sed, quod detestabilius est, denuntiata quoque, nisi revelarent, absolutionis sacramentalis negatione, prorsus adigerent, atque compellerent; immo etiam complicis ejusdem nedum nomen, sed habitationis insuper locum, sibi exigerent designari. Quam illi quidem intolerandam imprudentiam tum procurandæ complicis correctionis, aliorumque bonorum colligendorum specioso prætextu colorare, tum emendicatis quibusdam Doctorum opinionibus defendere non dubitarent; cum revera opiniones hujusmodi vel falsas, & erroneas sequendo, vel veras, & sanas male applicando, perniciem tam suis, quam pœnitentium animabus consciscerent; ac sese præterea plurium gravium damnorum, quæ inde facile consecutura fore prævidere debuerant, reos coram Deo æterno Judice constituerent.

Relati abusus expositio.

Et vero jam secuta fuisse multa ejusmodi damna infelici experientia compertum est: Nec fieri potuit quin ea de causa & oblocutiones, & scandala, & non Ministrorum tantum, sed sacri etiam ipsius ministerii odium, & animorum ingens conturbatio in Populo fideli exorta sint.

Scandala inde exorta.

Tristia Nos hæc nuntia cum accepimus, simul audivimus, contra exitialem hujusmodi abusum protinus justa indignatione pro munere suo commotos fuisse dilectos Filios Nostros Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales Nunum a Cunha in iisdem Portugalliæ, & Algarbiorum Regnis Generalem Inquisitorem, & Thomam de Almeyda Patriarcham Lisbonensem; atque utrumque solicite gliscenti malo compescendo, atque eradicando adlaborasse.

Item Cardinalium Inquisitoris, & Patriarchæ solicitudines.

Nos autem, ne in tam gravi animarum discrimine ulla ex parte Apostolico Nostro Ministerio deesse videamur, neve mentem hac super re Nostram apud Vos obscuram, & ambiguam esse sinamus; Notum Vobis esse volumus, memoratam superius praxim penitus reprobandam esse, eamdemque a Nobis per præsentes Nostras in forma Brevis Literas reprobari atque damnari, tamquam scandalosam, & perniciosam, ac tum famæ proximorum, quam ipsi

Pontifex damnat relatam praxim.

ipsi etiam Sacramento injuriosam, tendentemque ad sacrosancti sigilli sacramentalis violationem, atque ab ejusdem Pœnitentiæ Sacramenti tantopere proficuo, & necessario usu Fideles abalienantem. Eapropter, Venerabiles Fratres, quamquam de pastorali vestra vigilantia nihil est, quod dubitemus; Supremi tamen Officii quoque Nostri esse censemus, alacritatem ipsam vestram hac mentis Nostræ aperta significatione, & Apostolicis insuper hortationibus nostris intentius acuere, & excitare, ut pro se quisque vestrum opportunioribus, quascumque prudentia suggesserit, initis rationibus, & efficacioribus quibusque juris remediis, quoad opus fuerit, contra delinquentes Ministros adhibitis, noxiam hujusmodi novitatem strenue insectemini, ac pene nascentem opprimatis, neque patiamini traditis curæ vestræ ovibus ibi offendiculum parari, ubi salus a Christo posita est, ab eoque divinæ misericordiæ fonte illas averti, ac deterreri, ad quem ab eodem Redemptore Nostro ad abluendas, dealbandasque in sanguine suo animas amantissime invitantur. Interea, dum a zelo vestro, ac prudentia luculentiora Nobis certo pollicemur vestræ pietatis, & observantiæ argumenta, Apostolicam Benedictionem cum uberrima cœlestium charismatum copia conjunctam Vobis, Venerabiles Fratres, ex animo impertimur. Volumus autem, ut præsentium transumptis, sive exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & Sigillo Personæ in Dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus ubique fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, & adhiberi posset, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Episcoporum diligentiam contra eam excitat.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die vij. mensis Junii MDCCXLVI. Pontificatus Nostri Anno Quinto.

Cajetanus Amatus.

Has porro Nos Literas in forma Brevis tunc datas iterum præsentibus Nostris confirmamus, & roboramus, easque ab omnibus, & singulis fideliter, exacteque observari injungimus, atque præcipimus. Confirmatio earumdem Literarum.

Statuentes insuper, ac decernentes, ut quicumque cujusvis status, gradus, conditionis, dignitatis, & ordinis etiam speciali, & individua, ad effectum, ut hisce Nostris præsentibus comprehendatur, mentione & expressione digni, ausus in posterum fuerit docere licitam esse hujusmodi praxim, prout ea in relato Nostro Brevi exponitur, ac reprobatur, vel scribere, aut loqui præsumpserit, in ejusdem damnatæ praxis defensionem; vel ea, quæ in dicto Brevi contra eandem praxim decreta sunt, impugnare, aut in alienos sensus temere detorquere, seu interpretari; incidat ipso facto in excommunicationem, a qua non possit, præterquam in articulo mortis, ab alio, quacumque etiam dignitate fulgente, vel auctoritate suffulto, nisi a Nobis, vel pro tempore existente Romano Pontifice, absolvi. Et pœnæ in docentes oppositum contradicentes, male interpretantes.

Et quia non modo cavendum est, ut, quæ sunt a Nobis in præinsertis Literis decreta, ab omni impugnatione, contradictione, pravaque interpretatione salva sint, & immunia; verum etiam ne quis in Sacramenti Pœnitentiæ administratione ab eorum omnimoda observantia unquam recedat; idcirco omnibus & singulis Confessariis utriusque Cleri tam Sæcularis, quam Regularis, quantumvis exempti, & quacumque speciali, & expressa mentione alias fortasse nominandi, graviter & districte, Divini interminatione judicii, atque in virtute sanctæ obedientiæ, prohibemus, ne, conformiter ad prædictam reprobatam praxim, pœnitentes, qui peccatum, seu crimen aliquod, cujus socium, aut socios habuerint, ipsis in Tribunali Pœnitentiæ confiteantur, interrogare præsumant, de nomine socii, seu complicis, loco habitationis, vel aliis hujusmodi adjunctis, sive circumstantiis, expressionem magisque individuam ejusdem complicis manifestationem concernentibus; eidem pœnitenti, si manifestare renuerit, sacramentalem absolutionem denegando; alioquin noverint sese, ultra peccati lethalis incursum, suspensioni ab officio audiendarum confessionum, aliisque etiam gravioribus pœnis fore subjiciendos. Et in Confessarios contrafacientes.

Præterea quoniam contra damnatum hujusmodi exitialem abusum, ne cum animarum pernicie radices agat, necesse ducimus modum, ac formam etiam in foro externo procedendi, & ultrices adversus reos pœnas imponendi, statuere, atque ordinare; Ordo procedendi contra dictos delinquentes.

nare; omnesque super hoc exorituras, vel etiam jam exortas dissensiones componere, & penitus amputare; volumus, decernimus, ac declaramus, quod docentes, ut supra, licitam esse praxim a Nobis jam reprobatam, vel in ejusdem praxis defensionem scribentes, aut loquentes, vel ejusdem reprobationem in memorato Nostro Brevi contentam impugnantes, aut perverse interpretantes, in Officio Sanctae Inquisitionis praedictorum Regnorum, atque Ditionum severe puniantur, & contra eos, & eorum quemlibet in eodem Officio procedatur, non minus, ac contra illos ibidem procedi solet, qui asserunt, tradunt, tuentur opiniones scandalosas, perniciosas, & uti tales a Sede Apostolica rejectas, & condemnatas.

Tam docentes, contradicentes, male interpretantes.

Similiter in eodem Officio procedendum erit, & procedi volumus, ac statuimus contra Confessarios quoque, ut supra, delinquentes, ac de nomine complicis poenitentes interrogantes, eidemque poenitenti, nisi illud sibi manifestet, absolutionem denegantes: Dummodo tamen hujusmodi interrogandi, ac denegandi actus talibus circumstantiis conjunctus sit, ac convestitus, quae sic agentem Confessarium de adhaesione ad praedictam reprobatam praxim, tamquam ad licitam, vel alio quovis modo de prava credulitate suspectum reddant.

Quam Confessarii contrafacientes cum suspicione pravi dogmatis.

Itaque contra praedictos omnes, & singulos Delinquentes tam saeculares, quam quorumvis etiam quomodolibet exemptorum, ac Sedi Apostolicę immediate subjectorum Ordinum, Institutorum, Societatum, & Congregationum Regulares, cujuscumque dignitatis, ac preeminentię, aut quovis privilegio muniti existant, & quorum specialis, & nominatim mentio facienda sit, prędictorum Regnorum, ac Ditionum Inquisitores, potestate a Nobis tradita, quatenus opus sit, praesentium tenore de novo concessa, prout in causis Fidei, juxta Sacrorum Canonum formam, nec non Sancti Officii Inquisitionis hujusmodi constitutiones, privilegia, consuetudines, & decreta, diligenter inquirant, & procedant, & quos in aliquo ex ejusmodi excessibus culpabiles repererint, in eos, pro criminum qualitate, & circumstantiis, suspensionis ab officio confessiones audiendi, vel etiam ab executione Ordinum, privationis Beneficiorum, Dignitatum, ac perpetuae inhabilitatis ad illa, nec non vocis activę, si Regulares fuerint, aliasque poenas decernant; omnes etiam, vel earum tantum aliquas, in perpetuum, vel ad tempus infligendo.

In Officio inquisitionis judicandi, & puniendi.

Quicumque vero alium quemlibet aliquo ex supradictis modis deliquisse cognoverit, eum, intra terminum dierum, in Edictis Sancti Officii ejusmodi Inquisitionis praefigi solitum, eidem Sancto Officio denunciare teneantur: alioquin poenas non denunciantibus per eadem Edicta infligi consuetas incurrant. Veruntamen ab hujusmodi onere denunciandi justis de causis eximi volumus, & eximimus personam ipsam poenitentem dumtaxat in causa propria, idest in casu, quod suum peccatum confitens, a Confessario adigatur ad sibi manifestandum nomen complicis in eodem peccato: tunc enim poenitentem hujusmodi ab obligatione eundem Confessarium denunciandi liberamus. Sed quando aliunde, quam ex propria, ut dictum est, confessione, noverit Confessarium aliquo ex superius enumeratis, & Sancto Officio denunciandis modis deliquisse, tunc eum & ipse denunciare ex ista aliunde habita notitia teneatur.

Et idem facientibus denunciandi.

Quod si Confessarii de complicis nomine perperam interrogantis, absolutionemque, ni sibi detegatur, denegantis actum contingat ejusmodi esse, ut quamvis imprudens, & malus, simplex tamen quidam, & nudus actus fuerit, idest iis circumstantiis destitutus, quae de prava credulitate, vel de mala adhaesione ad praxim in saepe dicto Nostro Brevi reprobatam, tamquam ad licitam eumdem Confessarium suspectum reddant; tunc istiusmodi delictum, neque denunciationis oneri, neque Sancti Officii praedicti cognitioni subjectum erit; sed de illo cognoscere, atque in delinquentem Confessarium, per suspensionem ab audiendis confessionibus, vel alias canonicas, & legitimas poenas pro delicti modo animadvertere, ad locorum Ordinarios in sua cujusque Dięcesi omnino spectabit.

Confessarii vero contrafacientes absque dicta suspicione judicandi & puniendi erunt ab Ordinariis.

His igitur circa ordinem, formam, modumque contra ejusmodi delinquentes procedendi, ut praefertur, constitutis, ac suis unicuique Judici Ecclesiastico juribus assignatis, & distributis; hanc Nos deinceps regulam ab omnibus observari, ac custodiri volumus, & mandamus, si quando talia delicta deprehendi contigerit; quae tamen haud unquam posthac eventura in Domino confidimus, accedente insuper praeclara

Haec procedendi regula servanda decernitur.

inclytae

inclytæ Lusitanæ Nationis universæ erga Sedem Apostolicam observantia, & obedientia, nec non eximia cum illius Sanctæ Inquisitionis Officii, tum cujusque loci Ordinarium nunquam defutura vigilantia. Quapropter quæcumque aliter, quam præsentibus Nostris decrevimus & constituimus, sive in Edictis præfati Officii Inquisitionis, sive in quibuslibet quorumvis Ordinariorum Mandatis, aut Pastoralibus Literis, vel Decretis antehac statuta prodierint, ea Nos, quoniam post Apostolicam hanc a Nobis propositam agendi, seu judicandi normam minus necessaria fore censemus, desinere jam, & cessare, ac, veluti nunquam emanassent, omnem obligandi vim amittere, Motu proprio, & ex certa scientia, deque Apostolicæ potestatis plenitudine declaramus, statuimus atque sancimus.

Et aliter a quorumque antehac statuta abrogantur.

Decernentes easdem præinsertas nec non præsentes nostras Literas, & in eis contenta quæcumque, etiam ex eo quod quicumque cujusvis status, gradus, ordinis, præeminentiæ, & dignitatis existant, seu alias speciali, & individua mentione, & expressione digni, in præmissis interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes, illis non consenserit, nec ad ea vocati, citati, & auditi, neque causæ, propter quas tum præinsertæ, tum præsentes emanaverint, sufficienter adductæ, verificatæ, & justificatæ fuerint, aut ex alia qualibet etiam privilegiata causa, colore, prętextu, & capite, de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ, vel interesse habentium consensus, aliove quolibet defectu, notari, impugnari, aut in controversiam vocari posse; sed ipsas præsentes, easdemque pręfatas in forma Brevi Literas, firmas, validas, & efficaces & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, & ab omnibus, & singulis pręmissis, ad quos spectat, seu pro tempore spectabit, exacte, & inviolabiliter observari.

Clausulæ pro Litterarum validitate, & executione.

Sicque & non aliter in præmissis censeri atque ita per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Sanctę Romanę Ecclesię Cardinales, & contra hęreticam pravitatem Generales Inquisitores, Legatos quoque de Latere, & Apostolicę Sedis Nuntios, aliosve quoslibet quacumque auctoritate, potestate, & pręeminentia fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet aliter judicandi, & interpretandi facultate, judicari, & definiri debere, ac irritum & inane, si secus super his a quoquam scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus quibusvis Apostolicis, & Universalibus, sive Provincialibus aut Synodalibus Conciliis editis generalibus, sive specialibus Constitutionibus, & ordinationibus, Edictis quoque prędicti Inquisitionis Officii, & quorumcumque Ordinariorum, etiam Episcoporum, & Metropolitanorum Mandatis, Literis Pastoralibus, sive Decretis, nec non ejusdem Officii, & quarumcumque Ecclesiarum etiam Episcopalium & Metropolitanarum, & quorumcumque Ordinum, Congregationum, Religionum, & Institutionum, etiam Societatis Jesu, aliisve quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, stilis, usibus, & consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis eidem Inquisitionis Officio, illiusque Inquisitoribus, Commissariis, aliisque Officialibus, tum etiam Ecclesiis, eorumque Prælatis, Ordinibus, Congregationibus, Institutis, Societatibus, illorumque Superioribus, & personis quibuslibet, sub quibusvis verborum tenoribus & formis; & cum quibuscumque etiam efficacissimis, & insolitis derogationibus, clausis atque decretis, etiam Motu, & Apostolicæ potestatis plenitudine similibus, seu ad quarumcumque personarum, etiam Regia, aliave qualibet mundana, vel Ecclesiastica potestate fulgentium instantiam, vel alias quomodolibet in contrarium præmissorum concessis, confirmatis, & innovatis.

Derogationes.

Quibus omnibus, & singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus specialis, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores prędictos pro sufficienter, & de verbo ad verbum expressis & insertis, formaque hujusmodi pro plene, & exacte observatis habentes, ad pręmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus.

Volumus autem, ut earundem pręsentium transumptis, sive exemplis, etiam impressis, manu Notarii publici subscriptis, & Sigillo personę in Ecclesiastica dignitate con-

Fides habenda Transumptis.

constitutę munitis, eadem prorsus fides in Judicio, & extra, ubique habeatur, quę adhiberetur ipsis pręsentibus, si forent exhibitę, vel ostensę.

Sanctio. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc Nostrarum condemnationis, reprobationis, confirmationis, prohibitionis, ordinationis, abrogationis, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare prę-umpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Dat. die 2. Junii 1746 Datum in Arce Gandulphi Albanensis Diœcesis Anno Incarnationis Dominicę millesimo septingentesimo quadragesimo sexto, quarto Nonas Junii, Pontificatus Nostri Anno VI.

D. Card. Passioneus.

J. Datarius.

VISA DE CURIA.

J. C. Boschi.

J. B. Eugenius.

Loco ✠ Plumbi.

Registrata in Secretaria Brevium.

ORDO PRÆCEDENTIÆ

Per Votantes Signaturæ Justitiæ & Gratiæ tum in sedendo, tum in Voto ferendo servandus.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Militanti Ecclesiæ, quæ est sicut Castrorum acies ordinata, per ineffabilem Divinæ Bonitatis abundantiam, quamvis nullis nostris meritis præsidentes, illud præcipue inter cætera permagna, & ampla Apostolicæ procurationis nostræ munera studiosius curare debemus, ut eas providentissime tradamus, statuamusque regulas, quibus ab ipsis ejusdem Ecclesiæ Prælatis in hac Romana Curia de laboriosa, & difficillima totius Catholici Orbis expedienda sive Gratiæ, sive Justitiæ negotia Nobiscum adlaborantibus rite sancteque servatis, nulla potissimum quoad præcedentiam inter eos confusio, & inordinatio inducatur, quemadmodum, iisdem regulis nondum apprime constitutis, experientia constat, maximam inductam fuisse confusionem inordinationemque. Duo in hac ipsa Romana Curia nostra sunt Tribunalia antiquissima sane, & aliis interdum, quam de præsenti, nominibus celeberrima; alterum quidem Signaturæ Justitiæ dictum; in quo duodecim tantum numerantur Prælati Votantes nuncupati; alterum vero Signaturæ Gratiæ appellatum, in quo totidem Prælati Votantes habentur. In horum sane numero Nos pariter olim, dum in Minoribus essemus, fuisse gloriamur. Porro nunquam utrique Votantes tamquam in sive Corporis, sive Tribunalis speciem conveniunt; ea propter nulla quidem hac in parte necessaria est Apostolicæ nostræ providentiæ ratio; sed hoc præsertim præcipimus, & mandamus, ut quotiescumque tam ipsi Signaturæ Justitiæ, quam Signaturæ Gratiæ Votantes pro suis respectu proprii Tribunalis seorsim obeundis adimplendisque muneribus invicem convenire debent, idem inter ipsos tum in sedendo, tum in votum, sive suffragium ferendo præcedentiæ Ordo servetur, qui ad hanc usque diem retentus servatusque est. Quoniam, ut plurimum accidere potest, ut sive unus, sive plures ex utroque Signaturæ Justitiæ, & Gratiæ Tribunali Votantes quacumque ex causa sive Prælatitio, sive quocumque alio habitu induti quomodolibet, & ubicumque insimul reperiri possint: Hinc est, quod Nos motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine

vo-

volumus & mandamus, ut in hujusmodi conventu ille Votans, qui in suo Tribunali antiquior, & prior constitutus fuerit, hoc modo præcedat, videlicet; Ut Votans prior in Signaturæ Justitiæ Tribunali adlectus, quam Signaturæ Gratiæ Votans in suo admissus fuerit, huic secundo dicto Signaturæ Justitiæ Votans, ita pariter huic Signaturæ Justitiæ Votanti præcedere debeat ille Signaturæ Gratiæ Votans, qui antequam Signaturæ Justitiæ in suum Tribunal admitteretur, jam in proprium itidem Tribunal receptus fuerat: Quod si contigerit ambos alterius Signaturæ Votantes eodem die quemque Tribunali constitutos fuisse, tunc præcedentia illi detur, qui in Prælatura quacumque antiquior, & prior reperitur. Traditam itaque statutamque regulam in præmissis, dummodo nullus alius præcedentiæ titulus intercedat, omnino servandam, custodiendamque esse volumus, & mandamus. Verum cum aliquis Votans alterius Tribunalis hujusmodi sive Episcopali charactere insignitus, sive Protonotarii Apostolici dignitate ornatus, sive quocumque alio ejusdem Romanæ Curiæ munere, vel officio decoratus reperiatur, præcipimus insuper & mandamus, ut nulla habita Signaturæ Justitiæ, aut Gratiæ Votantis ratione, sed ea dumtaxat præcedentia illæsa remaneat, quæ Votanti respectu sive characteris Episcopalis, sive Dignitatis Protonotarii Apostolici, sive cujusvis alterius muneris præcedentiam hac in re requirentis competit, & debetur. Denique statuimus, & decernimus hujusmodi præcedentiam, cum quivis Votans in utroque Signaturæ Justitiæ, & Gratiæ Tribunali adscriptus fuerit, a primæva ipsius Votantis in altero utriusque Signaturæ Tribunali receptione, & admissione, & non aliter esse repetendam, & definiendam. Decernentes ipsas præsentes Litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumqoe Judices Ordinarios, & Delegatos etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris di VII. Junii MDCCXLVI., Pontificatus Nostri Anno Sexto.

D. Cardinalis Passioneus.

OCCURITUR ABUSIBUS X.

In Expeditione resignationum Beneficiorum inductis, ad eludendam Constitutionem Gregorii Papæ XIII. incipien. *Humano*.

BENEDICTUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Ecclesiastica ministeria & officia nec ab obtinentibus temere deferi, aut minus recta ratione vel causa dimitti, nec a minus idoneis assumi & exerceri, neque demum ullo pacto in cupiditatis & avaritiæ fomentum transferri volentes Prædecessores Nostri Romani Pontifices, plura peculiariter observanda statuerunt in admittendis Beneficiorum sive Officiorum Ecclesiasticorum dimissionibus, ac cessionibus, & eorumdem sic per resignationem vacantium provisionibus & concessionibus, quæ omnia non modo Nostram approbationem & confirmationem promereri, sed etiam quo certius propositum reipsa sortiantur effectum, uberioribus providentiæ Nostræ consiliis, prout rerum necessitas suasit, stabilienda, & amplianda Nobis esse judicavimus. Exordium. Pontifex Prædecessorum Providentiam circa dimissiones Beneficiorum prosequitur.

Indicat præscripta a S. Pio V per Schedulam sui Motus propr ii; Cogit Nos.

Postquam enim beatæ memoriæ S. Pius Papa V. Prædecessor Noster per suam Schedulam Motus proprii, quæ incipit: *Cogit Nos*: Anno Domini MDLXVII. die XIII. Martii, Pontificatus sui Anno II. editam, methodum & formam designaverat servandam in expeditione Litterarum Apostolicarum, super gratiis Resignationum quorumcumque Beneficiorum sive Officiorum Ecclesiasticorum; certasque opportunas clausulas, expressiones, & limitationes, in hujusmodi Litteris respective apponendas provida ordinatione præscripserat; sequenti anno MDLXVIII., per suam Constitutionem, quæ incipit: *Quanta Ecclesiæ Dei*: datam apud S. Petrum Kalendis Aprilis, definivit & declaravit, quænam Beneficiorum, & Officiorum hujusmodi resignationes seu dimissiones ab Episcopis, & aliis ad id facultatem habentibus, quibusque ex causis recipi & admitti possent, aliaque in ipsis dimissionibus, seu resignationibus, necnon eorumdem Beneficiorum resignatorum collationibus respective cavenda decrevit; censuras in controvenientes pronunciando, aliasque pœnas respective statuendo, prout in Schedula, & Constitutione prædictis plenius continetur.

Item per Constitutionem; Quanta Ecclesiæ Dei.

Cum vero adhuc præfati Sancti Pii Prædecessoris Leges & Ordinationes, ad compescendas fraudes & simulationes, quæ in hujusmodi Resignationibus hominum malitia committebantur, non satis prodesse, experiendo compertum esset, placuit felicis recordationis Gregorio Papæ XIII. Prædecessori pariter Nostro in sua Constitutione, quæ incipit: *Humano vix judicio*: data apud S. Petrum Nonis Januarii, Anno Incarnationis Dominicæ MDLXXXIII. Pontificatus sui XII., decernere & constituere, ut omnes & quæcumque resignationes, cessiones, sive retrocessiones, quæ deinceps de quibuscumque Ecclesiis, Monasteriis, Prioratibus tam Virorum, quam Mulierum, Dignitatibus, Officiis, & Beneficiis Ecclesiasticis sæcularibus, & quorumvis Ordinum, etiam Militarium, Regularibus, etiam electivis, & manualibus, ac etiam de jurepatronatus Laicorum illustrium, & alias quomodocumque existentibus, sive pacificis, sive in petitorio, aut in possessorio litigiosis, etiam de quibus in Consistorio disponi consuevit, seu debet, in manibus Romani Pontificis pro tempore existentis, ex quacumque causa, & quolibet modo fierent, & ab illo, seu illius mandato admitterentur, & super eis provisiones, & quæcumque aliæ dispositiones, sive temporales, sive perpetuæ, aut ad id mandata Apostolica, sub quacumque forma, & quibuscumque, etiam S. R. E. Cardinalibus, ac piis Locis quantumvis privilegiatis, facta, publicari deberent, una cum Litteris Apostolicis desuper confectis, intra sex menses, si Beneficia citra Montes essent, ultra vero Montes, intra novem menses, a data concessionis Gratiæ numerandos. Cumque de forma & loco hujusmodi publicationum explendarum, plura distincte præscripsisset; illud etiam provide constituit, ut ii, in quos de Beneficiis hujusmodi resignatis, seu cessis, sub quacumque forma disponi vel mandari contigisset, intra dictum respective tempus, eorumdem Beneficiorum possessionem, vigore Litterarum Apostolicarum desuper confectarum, apprehendere deberent, vel, si propter litem, aut aliud legitimum impedimentum, hujusmodi possessionem reipsa apprehendere non potuissent, saltem Litteras Apostolicas cum earum publicatione, si tunc facta esset, Judici, seu Executori illarum, vel aliis, ad quos pertineret, intra illud tempus præsentare, & apud illum, vel illos, pro ipsarum Literarum executione instare, & possessionem hujusmodi instanter petere tenerentur. Quod si quicquam præmissorum omnium omissum fuisset, dictis terminis, ut cuique præscripti sunt, elapsis, voluit & decrevit, omnes dispositiones & gratias resignatorum & cessorum Beneficiorum hujusmodi, cum omnibus inde sequutis, irritas & inanes esse, nullamque aliam gratiam super iisdem, his quibus concessa fuissent, suffragari, sed eos ad hujusmodi Beneficia quandocumque obtinenda inhabiles & incapaces fore & esse: ipsaque Beneficia censeri statim a prima resignatione seu cessione, eo ipso vacavisse, & vacare; & tanquam sic a principio vacantia, a Sede Apostolica dumtaxat impetrari, & respective concedi posse; & alias, prout in prædicta Constitutione latius, & uberius continetur.

Refert disposita a Gregorio XIII. in Constitutione; Humano.

Memorat sui Constitutionem prohibentem fieri resignationes cum pensione & pacto eam extinguendi.

Nos ipsi demum ad Romanæ & universalis Ecclesiæ gubernacula, licet immerentes, evecti, hanc ipsam Resignationum materiam retractare coacti sumus, propter delatam ad aures Nostras nonnullorum malitiam, qui malis artibus, & per illicita pacta, fraudulento verborum & formalitatum circuitu tecta hujusmodi Beneficiorum resi-

resignationes cum reservatione Pensionum, per anticipatas deinde pecuniarum resolutiones extinguendarum, in detestabilem negotiationem convertebant; quapropter hujusmodi pacta & conventiones pro abolitione, seu cassatione Pensionum, per anticipatas vel anticipandas terminorum earumdem Pensionum solutiones, contemporanee ad ipsas Beneficiorum resignationes inita, atque conventa, per aliam Constitutionem Nostram, quæ incipit: *In sublimi*: datam IV Kalendas Septembris Anno MDCCXLI. Pontificatus Nostri Anno secundo, damnavimus, improbavimus, & omnino irritavimus; pluraque desuper opportune statuimus atque sancivimus, per quæ illicitarum pactionum hujusmodi exterminationi satis consultum esse & fore in Domino confidimus.

Sed neque tot salubres & providas ordinationes & Constitutiones valuisse ad eliminandas omnis generis fraudes & corruptelas, quæ hominum malitia & radix malorum omnium cupiditas in hac resignationum materia invenit, magno cum animi Nostri mœrore accepimus. Siquidem ad eludendam præfati Gregorii Prædecessoris consultissimam Legem & Constitutionem, plures adinventæ sunt artes, quarum præsidio resignatorum Beneficiorum possessio, eorumque fructuum & redditnum perceptio, vel nunquam, durante resignantium vita, vel nonnisi diuturno tempore elapso, contra Pontificis opinionem & voluntatem, & contra ipsam admissæ resignationis naturam, in resignatarium cum effectu transiret. Dolet artes adinventas fuisse ad eludendam dictam Gregorianam Constitutionem.

Nonnulli enim negotiorum Datariæ Nostræ Expeditores, postquam super brevi & compendiaria supplicatione, in qua resignantis & resignatarii nomina, cognominaque, ac Titulus & qualitas Beneficii resignandi adscripta sunt, obtinuerunt *Præsentatam*, quam vocant, a Substituto Subdatarii semel apponi; mox ad libellum supplicem super ipsa resignationis gratia exhibitum emanare curarunt rescriptum Datarii, seu Pro-Datarii, Pontificiæ voluntatis & annuentiæ testem; vel etiam supplicationem in forma a Nobis, sive a Romano pro tempore Pontifice signari; nil amplius solliciti de expeditione Literarum Apostolicarum (quas intendunt sub Data illius diei, qui in prædicta præsentata, seu deinceps in supplicatione adscriptus fuit, quandocumque sibi libuerit, expedire), compluribus prorogationibus ad publicandum sive in integrum restitutionibus successive se muniunt; quarum quidem terminos quum ad diem illum initio sibi propositum accommodaverint, minime dubitant de validitate gratiæ resignationis, quantumvis longe post assensum Pontificis, Apostolicas super ea Litteras expedire distulerint. Ea sunt 1. Litterarum Expeditionum tracta præsidio prorogationum & restitutionum ad publicandum.

Alii vero, quum supradictam tantummodo *Præsentatam* in officio Subdatarii reportaverint, minime urgent pro obtinendo rescripto Datarii, aut signatura supplicationis, neque pro expeditione Literarum Apostolicarum, aut pro prorogationibus, vel in integrum restitutionibus ullo pacto instant, sed retento apud se mandato Procuræ ad resignandum, novas identidem Præsentatas, tamquam ex integro iterum iterumque referre curant, usque dum, resignantis vita ad interitum vergente, vel alias quandocumque ipsi maluerint, resignationis negotium ulterius promovendum sibi esse ducant; tuncque dumtaxat deprompta una ex obtentis Præsentatis, quam sibi magis expedire judicaverint, sub illius data, & vigore prioris illius mandati, requisitum consensum præstant, atque Apostolicas Literas expediunt. 2. Iteratio Præsentatæ super una resignatione identidem captæ.

Alii demum, præfato rescripto obtento, signataque supplicatione, non desistunt ante, vel post expeditionem Literarum Apostolicarum multiplices prorogationes ad eas publicandas, aut etiam elapso ipsarum prorogationum termino, restitutiones in integrum adversus hujusmodi publicationis omissionem, petere & obtinere, ut interim, publicatione prædictæ minime sequuta, nec possessione Beneficii per resignatarium adepta, ipsius detentio, fructuumque perceptio penes resignantem, quamvis jampridem se Beneficio abdicaverit, usque ad ejus obitum remaneat; nec nisi eo defuncto, vel saltem morti proximo, hujusmodi possessio in resignatarium seu cessionarium (cui, favore obtentarum prorogationum, vel restitutionum in integrum, nihil de suo jure deperit) cum effectu tandem transferatur. 3. Possessio, & publicatio usque ad obitum resignantis dilata.

Nos igitur hujusmodi fraudes, & collusiones, in quibus cum animarum pernicie, & recti ordinis subversione, jurium quoque Apostolicæ Sedis detrimentum conjunctum esse animadvertimus, & quarum aliquas judicialibus controversias non ita pridem locum Confirmat d. ConstitutionemGregorianam.

cum dedisse, eaque ratione detectas fuisse novimus, de medio tollere, atque in futurum præcavere volentes, Motu proprio, ac certa scientia, & matura deliberatione Nostris, memoratam Gregorii Prædecessoris Constitutionem de publicandis intra certum tempus prædictarum resignationum gratiis, & de capienda resignatorum Beneficiorum possessione, in omnibus & per omnia approbamus, confirmamus, & innovamus; Utque relatis artibus eadem Constitutio in posterum dolose, ut præfertur, eludi, & effectu fraudari amplius non valeat, hac Nostra pariter perpetuo valitura Constitutione in primis Datariæ Nostræ Notario, seu Notariis, quos de excipiendis sive extendendis consensibus pro quorumcumque Beneficiorum, sive Officiorum Ecclesiasticorum, cujuscumque qualitatis & naturæ existant, resignationibus, etiam ex causa permutationibus, accessionibus quibuscumque, tam simplicibus, quam cum pensionis, aut fructuum, vel alia qualibet reservatione, quæ in manibus Nostris, aut Successorum Nostrorum Romanorum Pontificum pro tempore existentium a quibuscumque, etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, sub quacumque forma, & qualibet ex causa & favore cujuscumque personæ, etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium prædictorum, aut etiam Locorum piorum quantumvis privilegiatorum, ad quemcumque effectum fient, pro parte cujuscumque Personæ etiam specifica mentione dignæ, ut supra, in posterum rogari continget, districte vetamus atque interdicimus, ne hujusmodi consensus admittere, recipere, & extendere, ac super ipsis instrumenta conficere, seque de iis rogare audeant seu præsumant, quoties mandata Procuræ, quæ ad hujusmodi consensus præstandos exhibebuntur, adscriptam habeant Datam seu diem anteriorem octo mensibus, quoad Personas existentes citra Montes, vel duodecim, quoad Personas ultra Montes constitutas, quos quidem menses ab ipso die, quo hujusmodi mandata ad consentiendum eisdem Notariis actu exhiberi continget, numerandos & computandos esse decernimus; non obstante quacumque anteriori Præsentata, seu Rescripto obtento, aut etiam supplicatione sub quacumque data jampridem manu Nostra aut Successorum Nostrorum signata.

Inhibet Notario Datariæ ne recipiat consensus super resignationibus quoties Mandata Procuræ habeant Datam anteriorem 8. Mensibus quoad Citramontanos, vel 12 quoad resignantes ultramontes degentes.

Insuper volumus & mandamus, post rescriptum a Nostro, & Romani pro tempore Pontificis Datario factum super admissione cujuscumque resignationis, sive cessionis, aut retrocessionis hujusmodi, a quocumque, & favore cujuscumque Personæ, vel Loci pii, ut supra, intra duos ad summum menses, a data rescripti hujusmodi decurrendos, remota omni mora & prætextu, signandam esse supplicationem, & successive expediendas esse Litteras Apostolicas; itaut intra sex menses a Data concessionis Gratiæ numerandos, quoad Beneficia citra Montes posita, & intra novem, quoad ea, quæ ultra Montes existunt, eorundem resignatorum Beneficiorum possessio capi, ipsæque resignationum Gratiæ cum Litteris Apostolicis desuper confectis publicari valeant, & cum effectu possessio capiatur, & Litteræ respective publicentur, ad normam prædictæ Gregorianæ Constitutionis, & juxta formam ibi præscriptam.

Vult signari supplicationem infra duos menses decurrendos a Data Rescripti.

Item ne primam quidem prorogationem amplius concedi nisi docto de Litteris expeditis.

Ubi vero justis & rationabilibus de causis aliquam prorogationem ad publicandum postulari necesse sit, nolumus hujusmodi prorogationes, ne pro prima quidem vice, amplius concedi, nisi docto prius in Officio Subdatarii, non autem alterius cujuscumque Datariæ prædictæ Officialis, de Apostolicis Litteris expeditis. Post primam autem aut secundam ad summum prorogationem hujusmodi, alias ulteriores prorogationes ad publicandum, etiam quoad gratias resignationum ad hunc diem de præterito admissas, seu concessas, & nondum exequutioni demandatas, aut publicatas, nemini amplius in posterum concedi volumus, nisi (præter expeditionem Litterarum Apostolicarum, ut supra) coram Datario pro tempore justificatum fuerit legitimum impedimentum, propter quod eædem Apostolicæ Litteræ exequutioni mandari, aut publicari non possint. Hoc enim concludenter probato, & non alias, eidem Datario relictam volumus facultatem concedendi tot ulteriores prorogationes ad publicandum, quot necessariæ erunt usque ad hujusmodi legitimi impedimenti remotionem.

Post primam vel secundam, ulteriores prorogationes concedi vetat.

Relinquit facultatem Datario concedendi alias prorogationes justificato impedimento, usque ad illius remotionem.

Quod si constiterit vel post elapsum tempus, ut supra, præscriptum, præfatos consensus super Beneficiorum resignationibus præstitos, sive admissos, & extensos, vel intra aliud præfinitum tempus, aut supplicationes minime signatas, aut Litteras confectas, & expeditas in posterum non fuisse, vel etiam, elapso tempore in Constitutione Gregoriana præfixo, aut alio ulteriori termino per concessas rite prorogationes

Statuit pœnas per inobservantiam incurrendas.

nes obtento, non fuisse captam possessionem, vel factam Litterarum publicationem, ut supra; aut demum, ad novas obtinendas prorogationes, falsum, & insubsistens impedimentum dolose allegatum fuisse; in quolibet ex hisce casibus, volumus & decernimus, ipsas resignationum gratias, cum omnibus inde sequutis, nullas, irritas, cassas, & inanes esse, & censeri perinde ac si nunquam admissæ, & concessæ fuissent; nec ullam aliam gratiam super hujusmodi Beneficiis, aut etiam restitutionem in integrum his, quibus concessa fuerant, concedi debere, aut concessam ullatenus suffragari; sed eosdem inhabiles & incapaces esse ad hujusmodi Beneficia sic resignata & cessa quandocumque obtinenda; ipsaque Beneficia tanquam ab initio vacantia apud Sedem, ab alio quolibet impetrari, & respective ad libitum ejusdem Apostolicæ Sedis alteri cuilibet conferri posse.

Præsentes quoque Litteras, & in eis contenta quæcumque nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostræ, vel quovis alio defectu notari, impugnari, infringi, invalidari, aut in jus, vel controversiam revocari posse, sed illa semper, & perpetuo valida, & efficacia fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, atque ita per quoscumque Judices Ordinarios vel Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, Vice-Legatos, dictæque Sedis Nuncios, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi & interpretandi facultate & auctoritate, judicari & definiri debere, & si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum & inane decernimus. *Clausulæ salutares.*

Non obstantibus quibusvis resignantium aut cedentium voluntatibus, conditionibus, protestationibus, & clausulis in ipsismet resignationibus, seu cessionibus, aut Procuratorum Constitutionibus & mandatis, ac alias etiam ad præservationem suorum jurium, & significationem, quod non aliter, nec alio modo resignant, seu cedunt, appositis, omnibusque & singulis aliis, quæ idem Gregorius Prædecessor in relata Constitutione voluit non obstare; Datariæ quoque usibus, stilis, tolerantiis, permissionibus, & consuetudinibus etiam diuturnis, & inveteratis, in contrarium præmissorum quomodolibet facientibus vel extantibus; Quibus omnibus & singulis, illorum omnium & singulorum qualitates præsentibus pro sufficienter expressis habentes, quatenus eisdem præsentibus adversantur, specialiter & expresse, motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus, derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. *Derogationes.*

Cæterum dilecto Filio Magistro Joanni Jacobo Milo Datario Nostro, ejusque in Officio hujusmodi Successoribus in perpetuum, cæterisque ejusdem Datariæ Nostræ Officialibus, ad quos spectat, & pro tempore spectabit in futurum, ipsarum tenore præsentium injungimus, & mandamus, ut hanc præcepti Nostri formam & methodum a Nobis præscriptam præ oculis habentes, eam pro virili parte singuli adamussim observent, & ab aliis exactissime observari faciant; pœnales quoque sanctiones Nostras adversus temere contravenientes exequutioni cum effectu demandent. *Injungit Datario & aliis ad quos spectat, ut Præsentium observantiam diligenter curent.*

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostræ confirmationis, approbationis, innovationis, inhibitionis, irritationis, annullationis, voluntatis, præcepti, decreti, mandati, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. *Sanctio.*

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo quadragesimo sexto, decimo septimo Kalendas Junii, Pontificatus Nostri Anno Sexto. *Data Pontif. anno VI. die 15. Junii 1746.*

D. Card. Passioneus.

J. Datarius.

VISA DE CURIA.

J. C. Boschi.

L. Eugenius.

Loco ✠ Plumbi.

Registrato in Secretaria Brevium.

Public. die 25. Junii 1746.

CA-

CANONIZATIO.

BEATI FIDELIS A SIGMARINGA Sacerdotis Professi Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci Cappuccinorum nuncupatorum Præfecti Missionis Apostolicæ in Rhætia, & Sagræ Congregationis de Propaganda Fide Proto-Martyris.

BENEDICTUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium. VINEA electa, quam plantavit dextera Domini, cujus unica vitis Christus, tot autem palmites, quotquot in Christo radicati Fideles interiori gaudent vivificæ nutritionis illapsu, providam circa se Cœlestis Agricolæ curam, & solicitudinem in eo potissimum experitur, quod omnes palmites non ferentes fructum, justo judicii rigore succidi, & tolli; fructiferos vero, atque feraces, ut fructum plus afferant, salubri ac pia severitate purgari, nunc quidem occulte persentit, nunc autem apertius, atque evidentius agnoscit. Hanc sane æquabilem Divinæ simul justitiæ bonitatisque rationem manifeste agnoscimus in præclaro Beati Martyris Fidelis certamine; in quo & detestantes miramur eorum duritiam cordis, obcæcatamque sævitiam, qui a felici, qua portabantur, radice, sua culpa semel excisi, oblatam sibi a Domino pacem, & gratiam pervicaciter repulerunt, Angelum vero pacis, evangelizantem sibi bona, apprehensum, & cæsum occiderunt; & illius triumpho plaudentes gratulamur, qui in Dei, & Ecclesiæ charitate fundatus, post multos bonorum operum fructus, animam demum, ac vitam suam, oblationem acceptam Domino meruit exhibere. Sicut enim illi vesano erroris spiritu in furorem acti, & sanguinem justi per summum scelus effundentes, satis declararunt, nequaquam se ad Regnum dilectionis Filii Dei pertinere; ita dum gloriosus Martyr pro Catholicorum Dogmatum integritate, & errantium proximorum salute, perpetuos labores, ærumnas, pericula, mortem denique ipsam fortiter subiit, profecto vitam suam, non tam inimicorum ferro præcisam amisisse, quam veluti maturum Cœlestibus horreis fructum in manus Dei deposuisse dicendus.

Hunc itaque Beatum Virum, Catholicæ Fidei præconem, assertorem, Martyrem, solemni judicio Nostro, cum Venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, nec non Patriarcharum, plurimorumque Archiepiscoporum, & Episcoporum Romæ congregatorum consilio & assensu, agnitum atque probatum, Apostolica Auctoritate, humilitati Nostræ divinitus concessa, universæ Ecclesiæ Dei colendum, & venerandum proponimus: Qui Sigmaringæ Constantiensis Diœcesis in Svevia Oppido, honesta Rojorum stirpe, Catholicis piisque parentibus ortus anno Domini MDLXXVII., & salutari lavacro tempestive regeneratus, innocenter exacta pueritia, & sequenti ætate in honestissimarum disciplinarum, & scientiarum studiis cum laude transacta, nobilibus deinde adolescentibus Italiam, Galliamque peragrantibus comes, & gubernator datus, sex ferme annorum spatia, tum eorum, tum propriæ eruditioni, & virtuti promovendæ, sedulam navavit operam. Mox utriusque juris lauream Friburgi adeptus, Advocati munus Ensishemii in Alsatia professus est. Verum quum ipsius animus desideriis sæcularibus neutiquam inhærens, ad Christianæ perfectionis studium interiori Dei voce traheretur; turbulentas Fori controversias, atque suspecta negotia cito dimisit, seque Divinis obsequiis plenissime dedicaturus, sacris simul Ordinibus initiari, & in religiosam familiam Fratrum Minorum Sancti Francisci Cappuccinorum admitti postulavit. Utriusque voti compos effectus, post primum Missæ Sacrificium die Festo ejusdem S. Francisci religiosissime peractum, arctioris Instituti habitum, atque rationem, novumque Fidelis nomen (quum antea Marcus vocaretur) velut in auspicium præclaræ Fidei, quam Deo & Ecclesiæ usque ad mortem præstiturus erat, assumpsit.

B. Fidelis ortus, & vita ante ingressum in Religionem.

Cappucinorum Religionem ingreditur.

Evan-

Evangelicæ paupertatis, continentiæ, obedientiæque vota, ad quæ toto constituti Tyrocinii decursu, omnium virtutum exercitatione se comparaverat, eo spiritu emisit, ut semper hoc ipsum inter maxima erga se Divinæ largitatis beneficia commemoraverit, quod ad ea profitenda vocatus fuerit, & admissus. Quare de ipsorum implemento omni ex parte solicitus, & quum privatam in Cœnobio vitam ageret, Regularis vitæ disciplinam summo studio, atque humilitate servavit; & quum deinceps, ex obedientia, Conventus Veldkirchiensis regimini diu præfuit, consummatum se perfectionis Magistrum aliis etiam exhibuit, pro Dei gloria, & Animarum salute zelo flagrans, in exhortandis ad pietatem, & concordiam Fratribus alacer, in corripiendis cum mansuetudine potens, in obeundis pro subditorum cura, & levamine abjectis quibuscumque ministeriis, laboriosus, & humilis. De sua vero perfectione, & salute super omnia solicitus, assiduus fuit in rerum Divinarum meditatione: Ideoque cæteris, post nocturna precum, & laudationum officia e Choro discedentibus, ipse in Ecclesia flexis genibus coram Sanctissimo Sacramento ad auroram usque in oratione Dei perseverare consuevit: Insuper, præscripta Horarum Canonicarum psalmodia minime contentus, duo alia Officia, nimirum de Beatissima Virgine Maria, & de S. Francisco Patriarcha suo, quotidie recitabat. Quod autem sæpe a Domino flagitabat, ut sibi daretur vitam ab omni peccati labe immunem traducere, id, ut securius obtinere mereretur, corpus suum ciliciis, aliisque voluntariis castigationibus afflictum perpetua fere inedia extenuabat, non ea tantum jejunia exactissime observans, quæ ex legibus sui Ordinis maximam anni partem comprehendere dignoscuntur, sed iis etiam id ultro adjiciens, ut solemnibus Adventus, & Quadragesimæ jejuniis, & Sanctorum quorundam pervigiliis a quocumque obsonio abstineret, tum reliquis omnibus per annum Secundis, Quartis, & Sextis Feriis, solis leguminibus victitaret: In Deiparæ vero, & Sanctorum Ordinis Sancti Francisci pervigiliis, pane tantummodo & aqua vesceretur; nec nisi sub vesperam plerumque cibo sese reficeret. Somno tandem ita parco utebatur, ut tribus, aut quatuor ad summum horis dormiendo transactis, reliquam noctis partem orationi, lectioni, scribendisque concionibus tribueret. Ipsius virtutes.

Quæ quidem, atque alia plura interiorum virtutum exercitia quum Fideli Dei Servo assidua, & perpetua fuisse, probatum fuerit; mirari satis non potuimus, quomodo idem, dilatatis charitatis suæ spatiis, adeo se totum proximorum saluti promovendæ tradiderit, ut quasi nil aliud egisse, nil aliud cogitasse toto vitæ suæ tempore videatur. Quum enim a primis usque Religiosæ professionis annis, exacto Theologiæ curriculo, Sacramentalibus Fidelium Confessionibus excipiendis, & prædicationi verbi Dei operam dare jussus fuerit, difficile dictu est, qua diligentia & labore, qua libertate ac zelo, qua contentione, quo fructu, eximias hasce Sacerdotalis officii partes omni tempore impleverit. Omnia vitiorum genera, pravas omnes consuetudines immaculatis Christianæ sanctimoniæ legibus adversantes, qua fidelibus exhortationibus, qua liberiori voce, & mirabili quadam eloquentiæ vi insectatus, novos populo mores induxisse visus est. Præcipuam vero curam studiumque adhibuit in investigandis Hæreticorum impietatibus, ac fallaciis, si quem forte aditum in Catholicorum animos, vel per seductorum fraudes artificia, vel per Diaboli suggestionem, & ultroneam præsumptionis temeritatem, iis patefieri posse dubitaret: eisdemque profligandis, nec sua tantum opera, sed Magistratuum quoque, ac Principum auctoritate, undequaque eliminandis fugandisque feliciter adlaboravit. Charitas erga Proximorum singularis.

Denique charitatis suæ plenitudinem ad externum quoque Proximorum levamen, & auxilium extendens, omnes calamitosos paterno sinu complexus, pauperum numerosos greges collectis undique eleemosynis sustentabat; Pupillorum, ac Viduarum solitudinem comparata eisdem Potentiorum, ac Principum ope, sublevabat; Carceribus inclusos, omnibus, quibus poterat, spiritualibus, & corporalibus solatiis juvare, ægrotos quoslibet sedulo invisere, recreare, ac Deo conciliatos ad extremam subeundam luctam armare non desistebat. Quo quidem in genere nullam habuit uberiorem meritorum segetem, quam quum Austriacus exercitus in iis Regionibus stationes habens, epidemico morbo universim fere correptus, miserandum de se pabulum languoribus, & morti præbebat. Tunc enim videre licuit, qua charitatis flamma succen-

census Fidelis esset, dum horrendas morborum, & funerum species minime refugiens, ægrotos Milites singulatim invisere, solari, eorum ulcera contrectare, tabem & pedorem abstergere, cibos ac medicamenta ipsis suppeditare, denique Ecclesiæ Sacramenta indefesso studio ministrare, in deliciis habuit.

Missionibus in Rhætia præficitur. Quum itaque Sanctissimis Salvatoris Nostri exemplis, atque præceptis, tam accurate insistens, duplici dilectionis spiritu se plenum ostenderet, id optimo jure assequutus est Fidelis, ut ad Apostolici muneris consortium, Divino consilio, Superiorum judicio, Romanæ Sedis auctoritate, adlegeretur; quo tandem eximiæ suæ charitatis, cujus illustria diu dederat specimina, heroicum illum actum expleret, quo sane majorem nemo præstat, ut animam suam poneret pro Dei gloria, & proximorum salute. Quum etenim fel. recordat. Prædecessores Nostri Romani Pontifices Paulus V. & Gregorius XV. decrevissent, grassanti per conterminam Italiæ Rhætiam Hæreticorum dogmatum contagioni, per Orthodoxæ doctrinæ prædicationem, salutaria admovere remedia, & validum simul aggerem, ne latius error propagaretur, objicere; visum est ex Cappuccinorum potissimum Familia delectos Viros, ipso præside, ac duce Fideli, in hujusmodi opus designare, qui animas diabolica fraude deceptas ad Ecclesiæ gremium revocare, eas vero, quæ Dei beneficio a pestifera labe adhuc servabantur intactæ, in sanctæ Religionis Fide conservare niterentur.

Hic vero excelsa Fidelis virtus, quæ antea velut angustis conclusa limitibus se continuerat, tamquam latissimo sibi aperto ad currendum stadio, totam se exeruit, & plenissime manifestavit. Nec enim assequi dicendo possumus, quo animi fervore, ac zelo, quam invicta patientia, atque constantia, quam assiduis durisque laboribus, impositum sibi munus fuerit executus; nunc stantes in fide confirmans, nunc nutantibus opportune succurrens, hic lapsos ad pœnitentiam revocans, illic obfirmatos in impietate cum omni fiducia increpans, & impugnans, non modo in Catholicorum Ecclesiis, sed in ipsis quoque Hæreticorum Ædibus, per vicos præterea, atque plateas, per domos, & rusticana tuguria, per aspera & invia montium, in sudore & angore, in fame & frigore & nuditate, & in periculis & vitæ discrimine; ita ut admirabilis zeli, sanctitatis, atque doctrinæ testimonium ab ipsis etiam stupentibus Hæreticis extorqueret.

Excitabat eum ad præclaros exantlandos labores, non modo suscepti officii sublimitas, & uberrimus animarum fructus, quem in multis quotidie Hæreticis ex omni ordine, atque ætate ad Ecclesiæ sinum redeuntibus aperte cernebat; verum etiam occulta quædam, & blanda spes illius obtinendi finis, quem multo ante sibi propositum, & votis ardentibus expetitum, vix tamen se aliquando assecuturum fore putaverat, ut scilicet dignus efficeretur pro nomine Christi sanguinem, & vitam profundere.

Persecutio in eum excitatur. Et quidem non diu tulit humani generis hostis, hunc sibi Virum tot prædas e faucibus eripere, dumque fiduciam conceperat, novas in dies Nationes, nova Regna in suam potestatem se redacturum, jam fere sibi ab acquisitis imperio suo terris migrandum esse. Videns ergo Fidelem plura quotidie ad destructionem erroris, & Catholicæ veritatis propagationem utiliter constituere, ejusque consilia incredibili populi voluptate, auctoritate quoque Principis in tota Regione constabiliri, nonnullos ex pervicacissimis impietatis sectatoribus diabolico furore complevit, misitque in cor eorum, ut Virum Dei, profanorum dogmatum, rituumque destructorem, Apostolicæ Missionis ducem, de medio tollerent. Qui quum novissent eum in quodam Oppido, Luceyn nomine, commorari, miserunt ad ipsum aliquos ex vicino Seviensi Pago, qui pietatem verbo simulantes, rogarent eum, ut proximo die Dominico, ad eorum Ecclesiam concionaturus se se conferret; ostendentes haud inutilem apud ipsos fore salutaris doctrinæ prædicationem. Quamvis autem multa essent, quæ insidiarum suspicionem Fideli merito facerent; ne tamen Apostolico muneri aliqua ex parte deesse videretur, quum præsertim martyrii certamen sibi nequaquam declinandum putaret, constituta die, quæ fuit VIII. Kalendas Majas anno salutis MDCXXII. eorum salutis cupidior, quam vitæ suæ, ad præfatum Seviensem Pagum tempestive perrexit: Cumque in primis Omnipotenti Deo immaculatam Hostiam obtulisset, seque Eucharistici Panis alimento roborasset, Divini ardoris incendia spirans, suaque voluntate

Ipsius Martyrii narratio.

jam

jam Martyr, suggestum conscendit: In quo quum instantis mortis præsagium invenisset in hæc verba conscriptum: *Hodiæ prædicabis, & non amplius*; non ideo tamen formidine fractus, nec de concepto zeli fervore quidquam remittens, cœpit frequentissimo populo libera voce, ut solebat, veritatem annunciare, hortarique errantes, ut redirent ad Ecclesiam intemeratæ Fidei alumnam, nutricem beatæ spei. Cum subito armatis hominibus Templum complectur, qui impetu facto, insanisque clamoribus elatis, concionem perturbant, cumque omnes in unum Fidelem arma, fustes, tela dirigerent, quidam ex ipsis ignito globulo exploso, irrito quamvis ictu, eundem trajicere conatur. Tum demum Fidelis extremam sibi vitæ horam adventasse conspiciens, e cathedra descendit, & ante Majorem Aram in genua provolutus, quum se, vitam, & sanguinem suum in holocaustum Deo lubens obtulisset, suumque agonem, Ecclesiæ pacem, ipsos demum persecutores suos, crudelia corda, cruentos animos, Domino commendasset, scuto Fidei, & lorica spei armatus, per ostium e latere Ecclesiæ patens, ad non dubiam mortem impavidus properavit. Qua in re non minor apparuit illius magnanimitas & fortitudo, quam si atrocissimos cruciatus, atque diuturnos dolores corpori suo injustos fortiter patienterque tolerasset. Quis enim putet minorem vim adhibitam esse homini, cujus animo præsentis mortis aspectus, perspicuum cædis periculum, non sine tumultu horrendisque minis, objectum est; quam si ipsius corpus afflictum fuisse tormentis, atque vulneribus, quæ fortes sæpe viri naturali quadam virtute constanter tulisse memorantur? Verumtamen hanc fortitudinem Militi suo donavit is, qui pro illo prior in Cruce sanguinem fudit.

Vix itaque Fidelis e Templi foribus modico spatio processerat, quum impiorum manus cum gladiis, hastis, ferratisque fustibus eum circumsistunt, ac furentium belluarum more in ipsum irruentes, vulneribus supra viginti confodiunt, atque immanissime contundunt. Ille autem sereno vultu horrendos ictus excepit, sublatisque, quantum poterat, in Cœlum oculis, lætus & hilaris, quod sibi datum esset pro Ecclesiæ Fide gloriosam mortem occumbere, in manus Dei, cui omnia vivunt, spiritum exhalavit.

Invicta Fidelis in perferenda morte constantia, Christianaque animi magnitudo, cujus non suspecti testes facti sunt ipsi Sicarii, Hæreticos quoque in admirationem traxit, & alicujus ex ipsis mentem ita illustravit, ut paulo post ex magistro erroris, discipulus fieret veritatis. Catholici vero, quibus & illius vitæ sanctitas, & prædicationis veritas, & pretiosæ mortis causa perspectæ erant, minime dubitarunt Fidelem ipsum Martyris loco habere, ejusque opem apud Deum in angustiis, & necessitatibus implorare. Itaque septimo post mense concisas Fidelis exuvias ex eo loco, ubi primum humatæ fuerant, ad Ecclesiam Curiensem, triumphali veluti pompa, Austriacis comitantibus copiis, atque universo Clero, & Populo obviam prodeuntibus, detulerunt. Neque vero distulit Altissimus, editis signis, atque prodigiis, ostendere quam accepta sibi essent præstita Martyri suo obsequia, & vota fidelium ipsius interventioni commendata. Etenim ille idem Archiducis Austriæ Exercitus haud ita multo post contra debellantes illius Regionis Hæreticos arma ferens, non occulto dumtaxat Fidelis præsidio, sed & ipsius visibili ductu, quem & complures Milites, & ipsemet Hæreticorum Dux, clarissima in luce, strictoque gladio sibi minitantem conspexerunt, insignem de perduellibus victoriam reportavit. Cumque innumeri quotidie Fideles, qui se Martyris precibus commendabant, in rebus etiam naturæ vires prætergredientibus, votorum compotes fieri se testificarentur; eaque fama per universam Ecclesiam in dies magis augeretur, visum est Apostolicæ Sedi, instante petitissimum Venerabili Cœtu Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium negotiis Propagandæ Fidei præpositorum (qui, post eam Congregationem constitutam, primum hunc ex Missionariis a se ablegatis pro Christo mortem oppetiisse gloriabantur), legitimas Inquisitiones, atque Processus auctoritate Apostolica confici; ut, si de FIDELIS martyrio pro Catholicæ Fidei causa perpesso, & juxta tutissimam Ecclesiæ Romanæ disciplinam, de miraculis præterea ipsius intercessione a Deo patratis, rite constitisset; debitus ipsi cultus in terris, cum Sanctis Martyribus, quorum consortium in Cœlis obtinuerat, ab Ecclesia exhiberi posset.

De fama Sanctitatis & Miraculorum S. Fidelis.

Cœpta sunt igitur usque a temporibus felic. record. Prædecessoris Nostri Urbani Papæ

Actorum series.

Papæ VIII., eoque annuente & jubente, hujusmodi Inquisitionum acta, quæ per integrum fere sæculum continuata, tandem, instantibus clar. memor. Carlo VI. Hispaniarum Catholico, & Romanorum Rege in Imperatorem electo, & Charissima in Christo Filia Nostra Elisabetha Christiana earundem Hispaniarum Catholica, ac Romanorum Regina Illustri, nunc ipsius Caroli Vidua, aliisque supremis Principibus, nec non prædicta Congregatione Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium de Propaganda Fide, magnoque numero Antistitum, & Procerum Germaniæ, totoque præfato Ordine Fratrum Minorum S. Francisci Cappuccinorum, sub piæ memoriæ Benedicto Papa VIII. similiter Prædecessore Nostro ad examen deducta, & primo quidem pro validis agnita, mox ad eruendas Martyris, & Miraculorum prædictorum probationes, totius Congregationis Sacrorum Rituum judicio subjecta fuerunt. Cumque Nos ipsi tunc in minori statu Promotoris Fidei munus gerentes, pro officii Nostri debito, quæcumque super duplici hujusmodi judicii capite animadverti, aut objici poterant, diligentissime adnotare, & tam voce, quam scripto deducere non omiserimus; triplici ipsius causæ examine, ut moris est, in prædicta Congregatione Sacrorum Rituum præmisso, idem Benedictus Prædecessor, audito ejusdem Congregationis consilio, causaque cognita, die XXIV. Februarii anni MDCCXIX. pronunciavit, constare de Martyrio in odium Fidei Catholicæ a FIDELI perpesso, ac de veritate quatuor potissimum Miraculorum ad invocationem ipsius Beati Viri a Deo editorum; quorum primum fuit, quod exorto in Arce Majenfeldensi maximo incendio, eoque inter aptissima ignis alimenta, ligna nimirum, & pyri pulveris cumulos, increbescente, invocata apud Deum FIDELIS ope, statim restinctum fuit: Secundum, quod Monialis quædam, nomine Cecilia Munsigerin, horribili inflammatione mammillæ, cum suspicione cancri, plures jam dies excruciata, admotis gloriosi Martyris Reliquiis, perfectam sanitatem illico recuperavit: Tertium, quod oculus Infantis Pauli Francisci Papussin a primis ipsius vitæ diebus humore diffluens, apertoque foramine, & pellicula superinducta, excipiendæ luci jamjam ineptus, quum a medica facultate auxilium frustra quæreretur, concepto a Matre voto in honorem ipsius FIDELIS, naturali integritati restitutus fuit: Quartum denique, quod Gaspar Stigher ob quinquennales dorsi dolores ad omnem fere corporis motum impotens factus, quum se FIDELIS patrocinio commendasset, ad tactum mucronis, quo Dei Servus confossus fuerat, momento temporis convalescens, non itineri modo, sed & rusticis quibusque laboribus ipsa die se dedit, integris viribus exinde utens. Quare, audito iterum præfatæ Congregationis consilio super tuto progressu ad formalem ipsius Servi Dei Beatificationem, idem Benedictus Prædecessor, per suas Literas in forma Brevis datas die XXI. Martii ejusdem anni, ipsum FIDELEM in Beatorum Martyrum numero recenseri, ejusque memoriam, imagines, atque reliquias religiose coli, Divina quoque Officia, & Missas in ipsius honorem a Fratribus Minoribus prædicti Ordinis Cappuccinorum, universoque Clero nonnullarum Civitatum & Oppidorum, celebrari permisit.

Decretum de martyrio, & causa martyrii.

Miracula pro Beatificatione approbata.

Solemnis Beatificatio.

Causa reassumitur pro Canonizatione.

Cum autem Beati gloria, novorum prodigiorum fama, & impensiori Fidelium cultu in dies amplificaretur, & præfati Supremi Principes, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, aliique per Orbem Antistites, & Proceres, idemque Cappuccinorum Ordo pias super eo instantias iterarent, placuit fel. record. Decessori Nostro Clementi Papæ XII., non solum Lectiones proprias de ipsius Beati FIDELIS vita, & Martyrio a prædicta Sacrorum Rituum Congregatione recognitas in ejusdem officio recitari, ejusque nomen in Martyrologio Romano describi; sed etiam, reassumpta causa, novos auctoritate Apostolica Processus instrui concessit super Miraculis, quæ post indultam ipsi venerationem accidisse dicebantur: Cumque hujusmodi Processus ante omnia rite, & valide confectos esse constiterit; ex quatuor Miraculis inibi recensitis, & in prædicta Congregatione Sacrorum Rituum semel, bis, tertio, audito semper oretenus, & in scriptis Dilecto Filio Promotore Fidei, examinatis, duo præcipue reperta sunt plenissimis probationibus testata, & omnem naturæ vim excedentia; quæ quum deinde Nos ipsi privatis studiis accuratissime discusserimus, ea tandem, invocato sæpe Divini Luminis auxilio, solemni Decreto Nostro, die XVIII. Januarii anni MDCCXLIV. in Festivitate Cathedræ Beati Petri Apostoli edito, approbavi-

bavimus, & publicavimus. Unum eorum accidit Dilecto Filio Fr. Candido a Mediolano Sacerdoti professo præfati Ordinis Minorum Cappuccinorum, qui epileptico morbo per decennium laborans, postremo infirmitatis suæ anno nullam fere diem, nullam noctem, ab iteratis, gravibusque ejusdem morbi accessibus liberam habuerat; & stomachi temperie labefactata, cibum retinere non valens, corporis viribus adeo destitutus remanserat, ut in lectulo projectus ne cibum quidem manibus suis ori admovere posset. Hic post inutilem plurium medicamentorum usum, Beati FIDELIS opem implorans, ejusque Imaginem a Confessario sibi benedicente oblatam devoto mentis affectu veneratus, perfectam sanitatem, corporisque vires, ac robur, nulla interjecta convalescentiæ mora, recuperavit; itaut ipsa die, communis Instituti observantiam resumere, & plurium milliarium iter peragere non dubitaverit, deindeque laboriosis quibusque officiis obeundis idoneus, & a quocumque prædicti morbi incursu exemptus extiterit. Alterum evenit in puero Josepho Kirner, qui antequam per ætatem pedibus suis incedere posset, dira rachitide in inferioribus corporis partibus correptus, eaque jam per triinnium perseverante, nullo modo poterat cruribus pedibusque se sustentare. Cum autem ipsius Mater ad Beati FIDELIS Aram supplex eum detulisset, ab Omnipotenti Deo obtinuit, ut statim consolidatis ipsius basibus, relictisque fulcris, quibus corpus regere consueverat, per se ambulans & exiliens, domum redierit, ac deinceps libero pedum, & crurium usu gavisus fuerit. *Nova Miracula pro Canonizatione approbata.*

His itaque novis miraculis, ut prædiximus, cognitis & approbatis, quum jam Beati Martyris glorificatio ipsius Dei voce manifeste declarari videretur, accepto prius consilio Venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, aliorumque in prædicta Sacrorum Rituum Congregatione suffragium habentium, Spiritus Sancti lumine nostris aliorumque precibus implorato, tandem die XXIV. mensis Aprilis ejusdem anni MDCCXLIV. ipsius gloriosi Martyrii anniversaria, post sanctum Sacrificium Deo oblatum in Ecclesia Fratrum Cappuccinorum, ad Altare, in quo expositæ erant ejusdem Beati FIDELIS Reliquiæ, publicum Decretum edidimus, quo causam hanc in præfata Congregatione absolutam denunciantes, ad solemnem ipsius Beati Canonizationem servatis servandis quandocumque procedi posse declaravimus. *Decretum de tuto procedi ad Canonizationem.*

Pro cujus Decreti exequutione, quum præter superius enunciatos, Clarissima quoque in Christo Filia Nostra Maria Theresia Hungariæ, & Bohemiæ Regina Illustris, in Romanorum Imperatricem electa, aliique Catholici Principes, & Populi, Ecclesiarumque Pastores demissas Nobis preces obtulissent, Nos, ut in tanto negotio nihil contra Sanctionum, & Constitutionum Apostolicarum statuta, & tutissimum Prædecessorum Nostrorum morem ageremus, primum quidem congregatis coram Nobis die XVIII. elapsi mensis Aprilis in Consistorio secreto universis Venerabilibus Fratribus Nostris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, de præclaris Beati Viri meritis verba fecimus, & adhibitas in hujus causæ discussione, ad normam Decretorum Apostolicæ Sedis, exactissimas diligentias, prolataque tum a Nobis, tum a Prædecessoribus Nostris, ut præfertur, matura judicia, Nos ipsi distincte exposuimus. Cumque eorum unanimis sententia fuerit, ut supremam gravissimo judicio manum, servata tamen consueta in hujusmodi causis tractandis Ecclesiæ Romanæ praxi, tandem imponeremus: Ideo accitis ad Urbem compluribus Generalibus Fratribus Archiepiscopis, & Episcopis per Ecclesias constitutis, uberem primo Relationem de ipsius Beati vita, virtutibus, martyrio, ac miraculis, in publico Consistorio, coram Nobis universoque Ecclesiasticorum Ordinum consessu, per Dilectum Filium Virgilium Montecatinum Nostræ Consistorialis Aulæ Advocatum oretenus exponi: mox aliam ex authenticis monumentis prædictæ Congregationis Sacrorum Rituum collectam, scriptoque traditam, omnibus & singulis, quorum suffragia exquirebantur, exhiberi mandavimus. Deinde die VIII. currentis Junii, coactis iterum coram Nobis in Consistorio semipublico prædictis S. R. E. Cardinalibus, tum etiam Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis in Romana Curia præsentibus, adstantibus quoque Apostolicæ Sedis Notariis, & Causarum Palatii Apostolici Auditoribus, prædictorum consulentium suffragia, & quidem omnia in unum sensum pro Beati Canonizatione convenientia, lætantes audivimus; quorum etiam exempla a singulis subscripta in Tabulariis Romanæ Ecclesiæ jussimus asservari. Nos autem infirmitatis Nostræ conscii, ut spiritum con- *Consistorium Secretum. Consistorium Publicum. Cardinalium, & Episcoporum suffragia in Consistorio semipublico.*

consilii de Cœlo Nostris, atque fidelis populi precibus obtinere mereremur, generalibus indictis jejuniis, publicas in designatis per Urbem Ecclesiis obsecrationes plurium dierum spatio, concessa etiam in eum finem orantibus Indulgentia, fieri præcepimus. Tum adveniente hac die Apostolorum Petri & Pauli natalitio dicata, solemni supplicationis ritu ad Ecclesiam B. Petri in Vaticano procedentes, una cum omnibus prædictis Venerabilibus Fratribus Nostris, cæterisque Romanæ Curiæ, & Nostræ Aulæ Prælatis, Officialibus, & Familiaribus, universoque Clero Sæculari, & Regulari, & devotissimo Populo, divinam opem advocantibus, auditis iterum enixis Christianorum Principum, Ecclesiarum, & Populorum postulationibus, quas Nobis repræsentavit Dilectus Filius Noster Joachimus Tituli Sanctorum Quatuor Coronatorum ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbyter Cardinalis Portocarrero nuncupatus: post sacros Hymnos, Litanias, aliasque preces de more decantatas; ad laudem, & gloriam Sanctæ, & Individuæ Trinitatis, ad Fidei Catholicæ exaltationem, & Christianæ Religionis augmentum, auctoritate Domini Nostri Jesu Christi, Beatorum Apostolorum Petri & Pauli, ac Nostra, & de præmissorum omnium Venerabilium Fratrum Nostrorum consilio, & assensu, prædictum FIDELEM a Sigmaringa Sacerdotem Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci Cappuccinorum, de cujus vita sancte traducta, & morte pro Catholicæ Fidei propagatione perpessa, deque miraculis ipsius intercessione patratis plenissime constabat, & constat, Sanctum Christi Martyrem esse pronunciavimus, & Sanctorum Martyrum Catalogo adscriptum, ab universa Catholica Ecclesia honorari, & coli, decrevimus, definivimus, & respective mandavimus: In Nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti: Omnibus quoque Christifidelibus, qui singulis annis die XXIV. Aprilis, vere pœnitentes, & confessi, Ecclesiam Cathedralem Curiensem, in qua sacrum Martyris Corpus asservatur, devote visitaverint, septem annos, & totidem Quadragenas de injunctis eis, seu alias debitis pœnitentiis, eadem auctoritate misericorditer in Domino relaxantes.

Solemnis Canonizatio.

Indulgentiæ.

Mox Omnipotenti Deo cum Angelis, & Sanctis ejus humillimam gratiarum actionem, demissasque preces per ipsius Sancti merita offerentes, ad sacram Beati Petri Apostoli Confessionem sacrosanctum Missæ Sacrificium cum commemoratione ejusdem Sancti FIDELIS Martyris, nec non Sanctorum Camilli, Petri, & Joseph Confessorum, Sanctæque Catharinæ Virginis a Nobis pariter Sanctorum albo rite adscriptorum, solemniter celebravimus, ac denique humiliatis in conspectu Domini Fidelibus cunctis ibi præsentibus, plenariam omnium peccatorum Indulgentiam largiti fuimus.

Gratulemur igitur invicto Orthodoxæ Religionis Præconi, cui donatum est pro Christo, non solum, ut crederet in eum, sed etiam, ut pateretur pro eo, atque ita per momentaneum tribulationis certamen, ad æternum Beatitudinis triumphum perveniret in Cœlis, ubi eum pro Catholicæ Fidei dilatatione, & pro temporum Nostrorum tranquillitate, apud Auctorem pacis Nostræ, & consummatorem Fidei suæ, deprecatorem fore confidimus.

Ut autem præmissa omnia perpetuæ futurorum temporum memoriæ commendentur, Nos ea præsentium Litterarum Apostolicarum tenore in omnium per universum Orbem notitiam deduci volumus; mandantes, ut earumdem præsentium transumptis, sive exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem ab omnibus fides habeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Præsentium transumptis auctoritas tribuitur.

Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc nostræ definitionis, decreti, adscriptionis, mandati, statuti, relaxationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Sanctio.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ MDCCXLVI. III. Kalendas Julii, Pontificatus Nostri Anno VI.

Dat. Pontificatus Anno VI. 29. Junii 1746.

✠ Ego

✠ Ego Benedictus Catholicæ Ecclesiæ Episcopus.

✠ *Ego T. Episcopus Ostien. & Veliternen. Cardinal. Rufus Decanus, & S. R. E. Vice-Cancellarius.*
✠ *Ego A. Episcopus Portuensis Cardinalis S. Clementis S. R. E. Camerarius.*
✠ *Ego V. Episcopus Prænestinus Card. Petra, Card. Pœnitentiarius.*
✠ *Ego P. A. Episcopus Albanen. Cardinal. Carafa.*
✠
✠ *Ego V. Episcopus Sabinen. Card. Bichius.*
✠
✠
✠
✠
✠
✠
✠ *Ego Nicolaus Maria Tituli S. Petri ad Vincula Presbyter Card. Lercari.*
✠
✠
✠
✠ *Ego F. Tit. S. Mariæ Transtyberim Presbyter Card. Burghesius.*
✠ *Ego A. Tit. S. Stephani in Monte Cœlio Presbyter Card. Gentili.*
✠ *Ego Fr. J. A. Tit. SS. Sylvestri & Martini Presbyter Card. Guadagni.*
✠ *Ego T. Tituli S. Cæciliæ Presbyter Card. de Aquaviva.*
✠ *Ego D. Tituli Basilicæ SS. Duodecim Apostolorum Presbyter Card. Rivera.*
✠ *Ego J. B. Tituli S. Mariæ Angelorum Presbyter Card. Spinula.*
✠
✠
✠
✠
✠ *Ego R. Tit. Sanctæ Sabinæ Presbyter Card. de Ilcio.*
✠
✠
✠ *Ego D. Tit. S. Bernardi ad Thermas Presbyter Card. Passioneus.*
✠ *Ego S. Tit. S. Priscæ Presbyter Card. Valenti.*
✠
✠ *Ego J. F. Tituli SS. Quatuor Coronatorum Presbyter Card. Portocarrero.*
✠ *Ego C. Tit. SS. Joannis & Pauli Presbyter Card. Paulutius.*
✠
✠ *Ego C. A. Tituli S. Mariæ de Pace Presbyter Card. Cavalchinus.*
✠
✠
✠
✠
✠
✠
✠
✠ *Ego F. Tit. S. Mariæ de Populo Presbyter de Ricciis.*
✠ *Ego A. Tit. S. Sylvestri in Capite Presbyter Card. Rufus.*
✠ *Ego C. Tit. S. Mariæ de Ara-Cœli Presbyter Card. Calcagnini.*
✠ *Ego P. M. Tit. S. Agnetis extra muros Presbyter Card. de Montibus.*
✠ *Ego F. Tituli S. Matthæi in Merulana Presbyter Card. Tamburini.*
✠ *Ego J. Tit. S. Crucis in Hierusalem Presbyter Card. Besozzi.*
✠
✠
✠

✠ Ego

✠
✠
✠
✠ *Ego Carolus S. Mariæ in Via lata Diaconus Card. de Marinis.*
✠ *Ego Alexander S. Mariæ ad Martyres Diaconus Card. Albanus.*
✠ *Ego Nerius S. Eustachii Diaconus Card. Corsinus.*
✠ *Ego Agapitus S. Agathæ Diaconus Cardinalis Mosca.*
✠
✠
✠ *Ego C. S. Mariæ in Porticu Diaconus Card. Sacripantes.*
✠ *Ego M. SS. Cosmæ & Damiani Diaconus Card. Colognettus.*
✠ *Ego H. S. Angeli in Foro Piscium Diaconus Card. Columna.*
✠ *Ego P. S. Georgii in Velabro Diaconus Card. Columna.*
✠ *Ego A. S. Mariæ in Aquiro Diaconus Card. Tanari.*
✠ *Ego H. S. Adriani Diaconus Cardinalis Bardi.*
✠ *Ego D. SS. Viti & Modesti Diaconus Card. Ursinus.*

D. Cardinalis Passioneus.

J. Datarius.

VISA DE CURIA.

J. C. Boschi.

L. Eugenius.

Loco ✠ Plumbi.

Registrata in Secretaria Brevium.

XII.

CANONIZATIO.

BEATI CAMILLI DE LELIIS Fundatoris Clericorum Regularium Ministrantium Infirmis.

BENEDICTUS PAPA XIV.

SERVUS SERVORUM DEI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium. MISERICORDIÆ studium, Cœlestis Patris exemplo, inculcatoque sæpius Salvatoris Nostri præcepto commendatum, Discipulos Christi, Ecclesiæque Filios ab omnibus humanarum Societatum sectatoribus ita discernit, ut qui dilectionem habuerint ad invicem, ii demum supereminentem omni scientiæ disciplinam percepisse, ii vere ad Regnum Filii Dei pertinere dignoscantur. Hæc charitatis lex non lapideis Israelitarum cordibus insculpta, non Levitico generi hæreditate transmissa, non Aaronis stirpi cum Sacerdotii prærogativa tributa fuit, sed in Fidelium cordibus per Spiritum Sanctum suaviter copioseque diffusa, sicut alienigenam Samaritanum languenti Judæo proximum fecit, ita universas Orbis Terræ Nationes Fraternitatis vinculo inter se copulavit. Per hunc dilectionis spiritum vere renovata est facies Terræ; dum genus humanum, peccatorum, & consequentium pœnarum vulneribus sauciatum, non amplius hanc lacrymarum vallem pro exilii atque supplicii loco, sed pro charitatis exercitatione, ac beatæ peregrinationis diversorio habere cepit; humanæque infirmitates jam inter unius Corporis membra communes redditæ, patientibus

qui-

quidem facta sunt in expiationem delictorum, & causam salutis æternæ; compatientibus vero meritorum augmentum, & obtinendæ sibi, quam aliis præstitissent, misericordiæ fiduciam attulerunt. Hoc spiritu de Cœlo repletus superiori sæculo B. CAMILLUS DE LELLIS piam calamitosorum omnium, præcipue vero ægrotantium curam in se suscepit, quosque nec patriæ, nec sanguinis conjunctione ullo modo attingebat; urgente charitate Christi, plusquam paternis fraternisque officiis complecti & sublevare, proprium sibi munus assumpsit. Quin etiam quum se videret, nec ad omnes ubique in tribulatione constitutos, nec, ultra præfinitum sibi vitæ cursum, ad futuras ætates operam studiumque suum extendere posse: propagato in alios ejusdem spiritus sui fervore, iisque perenni charitatis nexu, & Religiosi Voti proposito obligatis, spiritualem, ac temporalem Infirmorum curam ipsis perpetuo commisit, & commendavit. Cujus quidem Beati Viri virtutes, quum ad illud perfectionis fastigium, quod humana ratio, & naturæ vires assequi nequeunt, Dei gratia pertigisse constiterit; ejusque Sanctitatem Omnipotens Deus, illustribus editis miraculis, in conspectu filiorum hominum magnificare dignatus fuerit; Nos eum merito ex hac veritatis Cathedra, de Venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, necnon Patriarcharum, Archiepiscoporum, & Episcoporum in Romana Curia frequenti numero congregatorum assensu & consilio, Ecclesiæ universæ colendum, & venerandum, populis invocandum, Fidelibus cunctis imitandum proponimus, & præsentium Literarum tenore denunciamus.

Natus est is Buclanici Theatinæ Diœcesis oppido in Marruccinis Anno Domini MDL., non sine futuræ Sanctitatis præsagiis, quum Mater, quæ ipsum provecta jam ætate conceperat, visa sibi in somnis fuerit Puerum peperisse, Crucem in pectore gestantem, & Chorum ducentem aliorum complurium Crucem similiter signatorum. Quibus tamen auspiciis minime respondit CAMILLI adolescentia, ab eo in vitiis, maximeque in effuso alearum lusu traducta, cum valetudinis, fortunarum, & famæ dispendio; ut etiam probrosa paupertate adactus, abjectissimis primum ministeriis a natalium suorum conditione alienissimis, in Nosocomio Incurabilium de Urbe, mox laboriosæ militiæ in Venetorum Castris, denique in Sipontino Fratrum Cappuccinorum Conventu famulatui se addicere compulsus fuerit; ubique inconstans, ubique sibi aliisque gravis: nunquam tamen a miserentis Dei longanimitate desertus, qui, & cum semper a profundiore abysso, a blasphemiarum scilicet impietate, aleatoribus adeo familiari, arcere dignatus fuerat: & tandem ostensurus in eum divitias misericordiæ suæ, excitavit ipsum aliquando a somno mortis, & in manu potenti & brachio extento a perditionis via ad salutis tramitem revocavit. Cum enim quadam die iter agens CAMILLUS, accepta quondam fastidientibus auribus piarum exhortationum verba solus secum recoleret, & quasi ruminans animo volutaret; interiori luce subito perculsus, ac peccatorum suorum conscientia, divinorumque judiciorum timore perterrefactus, humi se prostravit; nec inde prius surrexit, quam anteactæ vitæ crimina vehementissimo doloris actu detestatus, de custodiendis in posterum justificationibus Domini immutabiliter constituerit. Ex eo tempore novus homo factus CAMILLUS, non modo ab omni vitiorum genere deinceps abstinuit, sed ad sublimiorum Christianæ perfectionis metam contendere cœpit: S. Francisci habitum in Ordine Fratrum Cappuccinorum Siponti induit. Sed veteri ulcere, quod olim in tibia contraxerat, identidem recrudescente, bis a dolentibus Superioribus dolens dimissus, ab hac sibi carissima arctioris vitæ semita deflectere coactus est.

S. CAMILLI ortus, & adolescentia.

Ipsius ad Deum conversio, & sanctioris vitæ initium.

Romam reversus, vetus Hospitium suum, S. Jacobi scilicet Domum, Incurabilium nuncupatam repetiit, ac, Deo sic disponente, ejusdem bonorum administrationi præfectus fuit. Quo in munere quum se CAMILLUS non tam hominibus, quam Deo servire cogitaret, maxima sedulitate ac diligentia, Infirmorum necessitatibus sublevandis se totum dicavit. Sed quum ea in re non satis sibi obsecundare videret eos, qui temporali mercede conducti, in ipsius Nosocomii ministeriis adhibebantur, secum cogitare cœpit quomodo ferventiores Operarios, præstantioribus propositis spiritualium meritorum præmiis, compararet. Communicavit consilium hac de re suum cum S. Philippo Nerio tunc in humanis agente, a cujus præceptis nutuque pendebat; quo approbante atque hortante, cum paucis primo ejusdem Nosocomii Ministris, mox cum

Societatem instituit Ministrantium Infirmis.

cum ampliori piorum Fidelium numero, Sodalitatem quandam instituit Laicorum hominum, qui se Divinis obsequiis, & ægrotantium curæ, in ipsa primum S. Jacobi Domo, pro Dei amore & futuræ vitæ mercede, manciparunt, & contempta propriorum commodorum ratione, spretisque Divino præsidio invidorum calumniis, in instituto constanter perseverantes, brevi tempore extra prædictam quoque domum charitatem suam dilatarunt; cumque proprium sibi domicilium in Urbe constituissent, inde ad omnium pauperum ægrotantium levamen tam in Nosocomiis, quam in privatis Domibus accurrentes, incredibilem Urbi universæ utilitatem attulerunt. Hæc autem utilitas tunc major evasit, quum multis Ecclesiasticis Viris CAMILLO se se adjungentibus, ipsoque CAMILLO, de prædicti S. Philippi directoris sui consilio, post exacta in Scholis Collegii Romani, singulari humilitatis exemplo, Literarum studia, ad Sacrum Presbyteratus Ordinem promoto, spiritualis non minus quam temporalis vitæ subsidia ægrotis quibusque præstare cœperunt. Ea re permotus sapientissimus Pontifex Sixtus Papa V. Prædecessor Noster, per suas Literas Apostolicas datas apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die XVIII. Martii anni MDLXXXVI. hujusmodi Institutum, Omnipotentis Dei, atque ejus pauperum ægrotorum famulatui dicatum, ac voluntariæ paupertatis, castitatis, & obedientiæ proposita, nulla tamen voti sponsione, adstrictum, collaudans atque commendans, perpetuo approbavit & confirmavit sub denominatione *Congregationis Ministrantium Infirmis*, eidemque complura Indulta & Privilegia tam in spiritualibus, quam in temporalibus benigne concessit; inter quæ illud specialibus Literis die XXVI. Junii ejusdem anni datis indulsit, ut illius Sodales, pro habitus proprii distinctione, Crucem fulvi coloris ad latus dextrum vestium suarum assutam deferrent.

Quæ inde plurimum aucta, a Sixto V. confirmatur, & privilegiis ditatur.

Sed quum hujusmodi Congregatio paucorum annorum decursu, CAMILLO præside & promotore, non solum fructuosior evaderet, sed & spectabilium Virorum numero aucta, ad ampliorem Domum S. Mariæ Magdalenæ de Urbe in Regione Columnæ translata fuisset, omniumque eidem adscriptorum jam sensus esset, ut sub prudentissimis Legibus & Regulis ab eodem CAMILLO præscriptis, ac solemni paupertatis, castitatis, & obedientiæ professione, in perenni ministerio ægrotantium, ne excepto quidem pestiferæ contagionis casu, Religiosam vitam degere optarent; exhibitis felicis recordationis Prædecessori pariter Nostro Gregorio Papæ XIV. hujusmodi Regulis, iisque examinatis, & approbatis, placuit eidem Gregorio præfatam Congregationem in Ordinem Regularem erigere, sub nomine, & nuncupatione *Clericorum Regularium Ministrantium Infirmis*, ejusque Professores in quibuscumque locis tunc & deinceps commorantes, sub immediata & speciali sua & Apostolicæ Sedis protectione perpetuo susceptos, amplissimis gratiis & privilegiis de Apostolica liberalitate ditare; prout in ipsius Gregorii Prædecessoris Literis, datis apud Sanctum Marcum Anno Incarnationis Dominicæ MDXCI. Kalen. Octobris, plenius atque distinctius continetur.

Eadem in Congregationem Regularem erigitur a Gregorio XIV.

Ex hac nova charitatis schola, mirum quanta in omnium ordinum homines, tum corporum, tum animarum præcipue utilitas dimanavit. Non jam ægrotantes ad morborum ærumnas, solitudinis ac derelictionis mœrorem accessisse doluerunt: Non jam transactæ vitæ reatibus gravati imminentis mortis discrimen absque peccatorum expiatione subire timuerunt: Non jam humani generis adversarius miseros mortales in extremis laborantes infesta rabie circumsistens, eos a susceptorum Sacramentorum robore imparatos, aut Fidelium exhortationum solatio & subsidio destitutos invenit. Reddita Nosocomiis munditiès, allevati Ministrorum labores, animarum Pastores ubique adjuti, in anxietatibus, curis, & solicitudinibus sublevati; ut minime sit mirandum, tot hujus Instituti domos, & tunc modico temporis intervallo per Italiam universam, per Siciliam, aliasque remotiores Provincias, & deinceps per Europæ totius Regiones, plaudentibus Civibus, Episcopis adnitentibus, erectas esse; in quibus, cum magno populorum fructu & emolumento, viget eximiæ charitatis spiritus per CAMILLUM in ipsius Filios, atque discipulos diffusus & propagatus.

Ejus Congregationis utilitas, & fructus.

Ipse vero saluberrimi operis institutor atque promotor, cum omnes, quas aliis tradiderat, Christianæ perfectionis Leges exactissime implevit; tum eam præcipue, quæ plenitudo Legis est, dilectionem: Cujus profecto Nobis datum est, ex collectis de ipsius

Ss Camilli Fundatoris, Virtutes.

ipsius vita, & rebus gestis certissimis monumentis, tam sublimitatem, atque profundum, quam latitudinem, longitudinemque dignoscere.

Sublimis profecto charitas, quæ a Deo procedens, & in Deum ipsum se referens, creata omnia, quæ aliis ordinatæ cupiditatis fomenta esse solent, vel tanquam pietatis in Deum argumenta, vel tanquam occasiones misericordiæ in proximos exercendæ, unice intuebatur. Hinc, quum ex omnibus rebus, quæcumque ipsius sensibus obversabantur, nova quotidie amandi laudandique Creatoris incitamenta sumeret, novas charitatis flammas conciperet; in assiduos de Deo sermones, in flagrantissimos Divini Amoris actus, non sine lacrymis, identidem erumpebat; tantoque cor ejus æstuabat ardore, ut sensibilem aliquando lucem e vultu suo radiantem emitteret; & nihilominus ingemiscens, quod se infinitæ bonitati pro merito diligendæ imparem agnosceret, infinitas sibi animas dari voluisset, quas in Dei amore totas impenderet. Hoc desiderio incensus, ad operosa ministeria proximis præstanda eo spiritu accedebat, ut Omnipotenti Deo, quem in pauperibus intuebatur, obsequium aliquod pro viribus exhiberet; ab eaque cogitatione nunquam mentem animumque avertebat. Itaque Cœlestem fere vitam in terris ducens, nonnunquam visus est per mirabiles exstases a sensibus omnino alienatus, totoque corpore in aera elevato ac suspenso, beatorum spirituum consortio sese miscere: Unde & eorum ope ac præsidio, complura vitæ discrimina mirabiliter evasit; & S. Philippi Nerii testimonio compertum est, Angelos ipsius Sociorum lateribus, dum Infirmis ministrarent, adstantes apparuisse. Sed & aliis supernaturalibus donis a Deo cumulatus, spiritu prophetiæ, gratia curationum, & mirabili in naturæ leges imperio, adhuc vivens, innumera Cœlestis favoris, quo fruebatur, argumenta dedit.

Pietas in Deum.

Ab ea tamen virtutum suarum, & supernorum charismatum sublimitate oculos declinans CAMILLUS, eosque in propriæ humilitatis profunditate libentius defigens, nec unquam oblivione captus purgationis veterum suorum delictorum, sæpe se inter omnes peccatores pessimum appellabat, seque indignum, qui inter homines viveret, ac destinatum æternis ignibus titionem intimo animo sensu profitebatur; ex quo sane humilitatis fonte prodierunt assidua, quibus corpus affictabat, pœnitentiæ ac mortificationis exercitia; præcipue vero demissus ille mentis habitus, quo pauperibus & ægrotis, quos sibi in Domino adsciverat, in abjectis & laboriosis quibusque officiis sine requie ministrabat atque inserviebat. Neque vero ob præclaram, Deoque, & hominibus acceptissimam Religionem a se fundatam, sapientissime administratam, latissimeque propagatam, ullo modo efferebatur: quinimmo delatum sibi forte Fundatoris nomen refugiens, ipsam quoque Ordinis Præfecturam, quam per XXVII. annos in omnis patientia & solicitudine gesserat, tandem, firmato jam ipsius statu & regimine, humiliter a se abdicavit & sponte dimisit; ut ita, cum eo, a quo didicerat mitis esse & humilis corde, fratribus suis jam dicere posset: *Ego autem in medio vestri sum, tamquam qui ministrat*. Qua tamen ex re iidem novam utilitatem sunt consequuti; dum ab ipso Ordinis moderatore, a quo sapientissimas leges atque vivendi Regulas ad eum diem acceperant, deinceps etiam perfectæ subjectionis & obedientiæ formam, ipsius exempla intuentes, desumere potuerunt.

Humilitatis, & pœnitentiæ studium.

Sed jam videamus qua latitudine dilatatum sit cor ejus, ut charitatis suæ fructus ad omnes proximos in tribulatione & angustia positos derivaret. Quo in genere non hic omnia recensenda ducimus, quæ CAMILLUS assidue pro pauperibus sustentandis, alendis, hospitio accipiendis, pro virginibus tuendis & collocandis, pro viduis ac pupillis defensandis sublevandisque gerebat. Unum pro viduis ac pupillis defendendis sublevandisque gerebat. Unum pro cunctis opus, quod sibi suisque Alumnis proprium & præcipuum sumpserat, ut ægrotantium animabus corporibusque succurreret, immensam prope illius charitatis amplitudinem satis demonstrat. Quis enim tota Urbe infirmabatur, cum quo commiserationis affectu non infirmaretur CAMILLUS? ad quem non accurreret, ac vel ipse præsens inserviendo & consolando usque ad extremum adesset, val subrogatis Sociis desideratam opem afferret? Quem reperit inopia pressum, ægritudine prostratum, aut nimio mortis metu perterritum, cui non opportuna corporis animique subsidia contulerit, eumque in æternæ salutis fiduciam erexerit? Quem vitiis atque peccatis irretitum, vel Religionis mysteria & dogmata

Charitas erga proximos, maxime infirmos.

mata ignorantem, quin eum ad melioris vitæ propositum, ad Divinæ bonitatis sinum reducere studuerit, vel in doctrina Fidei, & in lege Domini erudierit? Quin etiam constat, aliquos Hæreticos in Urbe morbo correptos, CAMILLI charitate & comitate devinctos, ejusque instructionibus, atque hortationibus illustratos adjuvante Divina gratia, Ecclesiæ Catholicæ restitutos fuisse.

Quibus in rebus quum per omnes Urbis Regiones, ac domos magni ipsius fuerint, & quotidiani labores; tum vero in publicis Xenodochiis, & potissimum in Hospitali Domo Sancti Spiritus in Saxia, illius opera adeo assidua fuit, ut ibi cogitationum atque studiorum omnium scopum, ibi veluti perpetuam vitæ suæ sedem collocasse videretur. Ibi non solum Famuli, & inservientes, sed ipsi quoque Præpositi viderunt eum in omnis officii ministerio sibimetipsis præeuntem, quæque inter plures dispertita sunt munera, eundem unum omnia amplectentem, ac mira sedulitate obeuntem. In eo habuerunt ægroti, quidquid homines fere ab amicis, propinquis, parentibus desiderare consueverunt. Nec major est amantissimæ Matris solicitudo erga unicum languentem Filium, ea, quam CAMILLUS singulis quibusque ægrotantibus præstabat; eorum desideria prævertens, eorum solatium, commodum, munditiem, ac potissimum animæ expiationem, rectamque Sacramentorum perceptionem procurans; In eos vero peculiariter intentus, a quibus cæteri vel contagionis metu, vel morborum nausea & horrore refugiebant, eos ipse ulnis amplexari, fovere sinu, suisque vestibus tegere non recusabat. Ibi sæpe laboriosas noctes laboriosissimis diebus continuavit, nec ulcerati cruris, nec gravis herniæ incommodo & dolore detentus, nec cibi, nec somni, nec requietis memor, non semel ob extremam corporis defatigationem, spirituum deliquio captus, in terram semianimis corruit.

Grassante peste in Urbe, quid præstiterit Camillus.

Reliquum erat, ut præsenti experimento proposito, videretur an CAMILLI charitas ad illum, quem cum Sociis professus fuerat, gradum revera pertingeret, ut nimirum ægrotis Fidelibus, quos etiam pestis incessisset, opem & ministerium præstaret. Et quidem quatuor vix annis post indultam novo Ordini Apostolicam confirmationem, invasit Urbem contagiosa lues, cum extrema Annonæ caritate conjuncta, ut duplici clade perculsa Civitas, funeribus, luctu, vastitate completa fuerit. Alios morbi vis, alios inopia & fames, plurimos desperatio & horror ad mortem ducebant: omnes vero metus, ac præsens vitæ periculum, ad salutem & securitatem alibi conquirendam, vel saltem discrimini non objiciendam adigebant. At vero CAMILLUS, propria incolumitate vitaque contempta, minime dubitavit cum suis Alumnis pro salute publica se devovere. Itaque visus est, non modo publicis omnibus Nosocomiis sine intermissione adesse, ac miseris ægrotantibus opera, consilio, exhortationibus opem ferre; verum etiam incredibili solicitudine privatas quaslibet Domos ingredi, quandoque etiam, si occlusæ essent fores, adhibitis scalis per fenestras penetrare; remotissima quæque loca, obscuras cryptas, immunda stabula anxie circumire; languentes, afflictos, inedia dejectos conquirere, atque omnes, quibuscumque poterat, subsidiis juvare, ac reficere; eorum plagas curare, tabem abstergere, sordes eluere, lectos purgare; præterea novum aperuit Xenodochium in ipsa Religionis suæ Domo; alterum in Regione Cœlimontana ad Sixtum; alterum quoque ad Clivium Capitolii in via Rhedarum nuncupata constituit; illucque ægrotos undique comportari curavit, complures etiam propriis sublatos humeris ipse detulit; per omnes denique Urbis vastissimæ Regiones alacer opera, voce, animo præsto fuit, ut non sine causa judicatum fuerit, clementissimum Dominum, qui etiam in ira sua misericordiæ recordatur, deliberato in Urbem flagello, opportunum levamen per CAMILLUM, ejusque propositi Sectatores opponere voluisse.

Quid exundante Flumine.

Ea tempestate sedata, ecce biennio post, novum calamitatis genus novam CAMILLO præbuit occasionem ardentissimæ charitatis suæ erga periclitantes proximos ostendendæ. Quum scilicet Tiberis aquarum copia plus nimio auctus, magnam Urbis partem inundasset, jamque adjacentes Sancti Spiritus Ædes invadens, inferiora ipsius cubicula occupasset, commotus tanto Infirmorum periculo CAMILLUS, in medias aquas prosiliens, cœpit ægrotos ipsos, eorumque grabatos humeris suis alio tranferre, nec prius ab opere cessavit, quam immenso trium dierum labore in tuto omnia collocata conspexerit.

Quod

Quod si, veritatis æternæ testimonio, majorem hac dilectionem nemo habet, quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis; quid ni heroicam agnoscamus fuisse charitatem CAMILLI, qui minime detrectavit pro pauperibus Christi vitam sæpe suam in manifestum discrimen adducere, nec unquam animam suam pretiosiorem fecit ea, cujus desiderio flagrabat, proximorum salute?

Neque vero unius Romanæ Urbis ambitu se continuit ipsius dilectionis amplitudo, sed alias quoque Regiones ac Civitates complexa est, ad quas Instituti sui fructum, utilitatemque propagavit: Italiam vero universam fere benefaciendo peragravit, mirifica charitatis opera ubique exercens, omniumque necessitatibus opportune succurrens. Mediolanum grassante & Nolam Urbes pestifera contagione, quo tempore alii earum Urbium commercia omni ratione vitabant, quin etiam earum Cives alio evolare posse cupiebant, ultro ingressus est CAMILLUS, dilectionis ignem in sinu portans, atque utrobique admiranda illa virtutis exempla, quæ Roma olim conspexerat, pari omnium ordinum admiratione renovavit. Buclanicum Patrium Oppidum ut audivit Annonæ difficultate graviter afflictum, illico Roma eo se contulit, suosque Cives impensis providentiæ & charitatis officiis, illustribus (quoque impetratis a Deo prodigiis, mirifice recreavit. Quid aliis in Civitatibus & Oppidis.

Denique inextinctam charitatis suæ flammam usque ad exitum vitæ, usque ad metam præclari cursus feliciter perduxit; cumque diuturno triginta trium mensium languore, lentaque, & molesta febri probatus fuisset, prænunciatum sibi cœlitus mortis diem animo concupiscenti præstolando, nil aliud præter Dei & proximi dilectionem in corde & in ore habens, nil aliud Sociis, ac Discipulis suis commendans, tandem Ecclesiæ Sacramentis pie & religiose susceptis, die XIV. Julii Anno salutis MDCXIV., ætatis suæ LXV. ad regnum perfectæ charitatis migravit. Ipsius sancta mors.

Nec dubitarunt quicumque ipsius laborum agnovere certamina, quin ipsi coronam justitiæ reddidisset justus Judex; qui etiam, editis potentiæ suæ signis, devota frequentis populi ad ejus funus confluentis officia sibi accepta esse monstravit. Cumque de hujusmodi Miraculis, ac potissimum de perspecta Servi Dei sanctitate, universalis fama, & constans hominum judicium esset, cito deventum est ad legitimorum Processuum constructionem, quibus Ordinaria primum, mox etiam Apostolica auctoritate confectis, eorumque validitate approbata, post maturum omnium examen iteratis vicibus resumptum, Nobismetipsis olim, pro munere Promotoris Fidei, quod gerebamus, minutissima quæque dubitationis capita proponentibus, tandem a felic. record. Prædecessore Nostro Benedicto Papa XIII., cum consilio Congregationis Sacrorum Rituum, judicatum est constare de CAMILLI *Virtutibus in gradu heroico*; ut patet ex decreto ab eo edito die XXIV. Julii anni MDCCXXVIII.

Mox examinatis in eadem Congregatione Miraculis, quæ post CAMILLI obitum, ejusdemque intercessione evenisse dicebantur, hujusque examinis summa ad Nos ipsos in Petri Cathedra jam sedentes delata, post invocatam Divini luminis opem, ac reiteratam collectarum probationum considerationem, visum est Nobis duo potissimum ex novem propositis indubitanter approbanda esse; unum nimirum de enormi Polypo in naribus cujusdam Puellæ Viterbiensis suborto, & plures jam menses pervicaciter permanente, qui ex solo contactu fili subuculæ Servi Dei, penitus evanuit; Alterum de lethali morborum congerie, maligna scilicet febri, pulmonum & pleuræ inflammatione, gutturis etiam ulcere, quibus Catharina Dondula sexto jam mense uterum ferens, correpta, & ad extremum, vitæ, Medicorum etiam judicio, deducta fuerat, sed omnia solo haustu aquæ, in qua comminutus fuerat pulvis e cubiculo Servi Dei collectus, illico depulsa fuerunt, itaut ægra non modo sanitatem, sed pristinas etiam vires momento temporis recuperaverit. Quæ quidem Miracula quum Nos decreto edito die XXVI. Septembris Anni MDCCXLI. approbata publicaverimus, mox præfatæ Congregationis consilium audierimus super Beatificationis honoribus eidem Dei Servo tuto deferendis, die demum secunda Februarii Anni MDCCXLII. in Festivitate Purificationis Beatissimæ Virginis Mariæ, quo die olim CAMILLUS superni luminis radio illustratus, ad bonam frugem conversus fuisse perhibetur, aliud Decretum protulimus de ejusdem formali Beatificatione peragenda; cujus solemnia deinde in Basilica Principis Apostolorum de Urbe rite celebrata fuerunt vigore Literarum No- Miracula pro Beatificatione approbata. Solemnis Beatificatio.

Nostrarum Apostolicarum die VII. ejusdem mensis, & anni, sub Annulo Piscatoris editarum.

Indultam Beato Viro venerationem, ac summo Fidelium studio eidem exhibitam, nova subsequuta sunt Miracula, quæ manifestam Dei voluntatem de ipsius glorificatione in Terris augenda ostendere videbantur. Tribus itaque Episcopis, ad inquirendum super hujusmodi Miraculis, auctoritate Nostra Apostolica de more delegatis, cognitaque Processuum ab ipsis confectorum validitate, ex tribus Miraculis in prædicta Sacrorum Rituum Congregatione accuratissime discussis, audito, ut par erat, Peritorum judicio, novisque inquisitionibus super sanationum obtentarum perseverantia legitime peractis, duo potissimum, tamquam approbatione nostra digna, Nobis proposita fuerunt, quæ quum revera, privatis Nostris studiis adhibitis, & invocato lumine Spiritus Sancti, clarissima in luce posita esse judicaverimus, die prima Maji superioris anni MDCCXLV. Decreto Nostro approbavimus, & publicavimus.

Causa reassumitur.

Primum est sanatio Luciæ Theresiæ Petri Puellæ ex Oppido Caprarolæ, quæ quum ab ipsa nativitate, ob pravam Thoracis structuram, magna respirandi difficultate laborasset, & procedentibus annis, ingravescente Asthmate, accedentibus purulentis, & sanguineis excretionibus, ac summa virium prostratione, externo quoque contracto gibbo, gravem sibi, aliisque vitam haud longe protrahere posse ostenderet; in maxima morborum hujusmodi intensione, quum, invocata Beati CAMILLI ope, aquam bibisset præfato pulveri admixtam, unius noctis spatio a morbis omnibus expedita, & perfecta valetudinis firmitate donata fuit.

Miracula pro Canonizatione approbata.

Alterum est instantanea sanatio Margaritæ Castelli duodeviginti annorum Puellæ ex Oppido Marini, quæ ob vitium sanguinis ab utero matris contractum, malignis pustulis sæpe afflicta, tandem earum numero in immensum aucto, itaut universum ipsius corpus unica crusta, sanie taboque manante, coopertum appareret, acuta quoque febri superveniente, omnique amissa motus, & sensuum facultate, jamjam expiratura judicabatur; quum subito imposita ipsi Imagine Beati CAMILLI, ac brevi prece ab ipsius Sorore & Matre emissa, velut a somno mortis excita, perfecte convaluit; corpus repente detumuit, crustæ deciderunt, reliquit eam febris; itaut e lecto statim surgens, integerrimis viribus incedere & operari potuerit, neque deinceps inveteratæ hujusmodi affectionis incommoda amplius perpessa fuerit.

Consulta deinde fuit eadem Sacrorum Rituum Congregatio, an rebus ita se habentibus, ad solemnem Beati CAMILLI Canonizationem tuto procedi posse censeret, omnibusque Venerabilibus Fratribus Nostris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus eandem Congregationem constituentibus, nec non dilectis Filiis ejusdem Congregationis Consultoribus in partem affirmativam consentientibus, Nos deinde, matura ponderatione præmissa, ac ferventibus Deo oblatis precibus, tandem anno superiore die XVII. Augusti, illius diei anniversaria, quo Inscrutabilis Divini consilii altitudo Nos immerentes ad Summi Pontificatus apicem evexit, publico Decreto edito, hujusmodi Congregationis sententiæ Nos quoque adhærere declaravimus.

Decretum de tuto processu ad Canonizationem.

Urgebant vero pro hujus Decreti implemento non solum communia Fidelium Populorum, ac in primis dilectæ Urbis Nostræ vota, sed & enixæ preces, ac supplicationes antedictæ Congregationis Clericorum Regularium Ministrantium Infirmis, quibus, & olim clar. memoriæ Philippus III., & Philipus IV. Hispaniarum Reges Catholici, plurimique Ecclesiastici, & Sæcularis Ordinis Proceres apud Prædecessores Nostros Romanos Pontifices suas preces adjunxerant, & suas nuper postulationes Nobis humiliter exhiberi mandaverat Carissimus in Christo Filius Noster Carolus utriusque Siciliæ Rex Illustris, ejusque Conjux Carissima in Christo Filia Nostra Maria Amalia utriusque pariter Siciliæ Regina Illustris, & cum aliis pluribus Antistitibus & Principibus, dilecti Filii Nobiles Viri Neapolitanæ Civitatis Electi. Quapropter communicato consilio cum universo Collegio Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium in Consistorio secreto die XVIII. elapsi mensis Aprilis coram Nobis habito, hisque similiter, audito a Nobilmetipsis Causæ statu ac meritis, ad ulteriora, servatis servandis, progrediendum esse suadentibus, Nos demum, convocatis per Literas compluribus Venerabilibus Fratribus Archiepiscopis, & Episcopis per Eccle-

Consistorium Secretum.

ſias conſtitutis, eorum quoque ſuffragia, ut in tanti momenti judicio fieri conſuevit & decet, audire deliberavimus.

Itaque expoſitis primum in plenario publicoque prædictorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, Antiſtitum, omniumque Ordinum Romanæ Curiæ Conſeſſu, per dilectum Filium Julium Cæſarem Fagnanum Noſtræ Conſiſtorialis Aulæ Advocatum, ejuſdem Beati CAMILLI geſtis, Virtutibus, & Miraculis, iiſdemque præterea in ſummaria Relatione ex monumentis prædictæ Sacrorum Rituum Congregationis fideliter deſumpta, una cum Actorum ſerie, prædictorum omnium judicio ſubjectis; die decima currentis Junii eoſdem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, & Patriarchas, Archiepiſcopos, & Epiſcopos univerſos coram Nobis in Conſiſtorio ſemipublico congregatos, adſtantibus de more dilectis Filiis Sedis Apoſtolicæ Notariis, & Cauſarum Palatii Noſtri Auditoribus, requiſivimus, an ad ſolemnem ipſius Beati Canonizationem deveniri poſſe cenſerent; cumque omnes unanimi ſenſu id a nobis præſtandum eſſe ſuaderent, exhibitis quoque in ſcriptis per ſingulos ſuffragiis, quæ in Romanæ Eccleſiæ Tabularium inferri juſſimus: Nos quidem tunc eos omnes hortati ſumus, ut pro impetrando Nobis superni luminis adjutorio, ſuas Deo preces offerrent; mox generalia per Urbem jejunia indiximus; deſignatiſque Eccleſiis cum Indulgentia ab omnibus Chriſtifidelibus Nobiſcum orantibus conſequenda, iteratis etiam Sacrificiis, Deum Omnipotentem precati ſumus, ut ſedium ſuarum aſſiſtricem ſapientiam ad illuminandas mentis Noſtræ tenebras emittere dignaretur.

Conſiſtorium publicum.

Cardinalium & Epiſcoporum ſententiæ in Conſiſtorio ſemipublico.

Demum adveniente hac die Beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli Martyrio conſecrata, in ſplendidiſſimo Eccleſiæ Romanæ jubilo, præcedentibus cum prece omnibus Cleri Sæcularis & Regularis Ordinibus, & ſubſequentibus Aulæ Noſtræ, & Curiæ Officialibus, atque Miniſtris, frequentiſſima Conſacerdotum corona ſtipati, ad Sacram Beatiſſimi Apoſtolorum Principis memoriam in Vaticano, ſolemnis ſupplicationis ritu proceſſimus; Ubi exhibitis Nobis iterum a dilecto Filio Noſtro Joachimo Tituli Sanctorum Quatuor Coronatorum Presbytero Cardinali Portocarrero nuncupato, prædictorum Supremorum Principum, & Procerum, Eccleſiarumque, & Congregationis Clericorum Regularium precibus & obſecrationibus, Dei nomine cum gemitibus invocato, ad laudem Sanctæ, & Individuæ Trinitatis, ad Triumphantis Eccleſiæ gloriam, & Militantis conſolationem, atque præſidium, auctoritate Domini Noſtri Jeſu Chriſti, Sanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli, ac Noſtra, ac de congregatæ Fraternitatis, ut ſupra diximus, aſſenſu & conſilio, prædictum CAMILLUM DE LELLIS Diœceſis Theatinæ Sacerdotem, Fundatorem Congregationis Clericorum Regularium Miniſtrantium Infirmis, de cujus præcellenti Fide & charitate, ceteriſque Virtutibus in gradu heroico, nec non de Miraculis ipſius interceſſione a Deo patratis, pleniſſime conſtabat, & conſtat, Sanctum eſſe definiendo pronunciavimus, & pro Sancto ab omnibus habendum, atque colendum ediximus, in Nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti; omnibuſque Chriſtifidelibus, qui ſingulis annis die XIV. Julii vere pœnitentes, & confeſſi Eccleſiam Sanctæ Mariæ Magdalenæ de Urbe, Congregationis præfatæ Clericorum Regularium, in qua ipſius Sancti Corpus religioſe aſſervatur, devote viſitarint, ſeptem annos, & totidem quadragenas de injunctis eis, ſeu alias debitis pœnitentiis, eadem auctoritate in perpetuum miſericorditer relaxavimus. Denique in obſequium Omnipotentis Dei decantato Laudis, & Confeſſionis Hymno incruentam ſalutis Noſtræ Hoſtiam ad Altare Confeſſionis Beatiſſimi Petri Apoſtoli in Spiritu humilitatis obtulimus, cum commemoratione etiam ipſius S. CAMILLI Confeſſoris, nec non Sanctorum Fidelis Martyris, Petri, & Joſeph Confeſſorum & Catharinæ Virginis, quos pariter Sanctorum Albo rite adſcripſimus, omnibuſque ibi præſentibus plenariam peccatorum Indulgentiam largiri fuimus.

Solemnis Canonizatio.

Indulgentiæ.

Exultet igitur Eccleſia Sancta Dei, & jucundetur in Domino, qui ſecundum promiſſiones ſuas, ſanctitatis & dilectionis ſpiritum in ea conſervat, & fovet. Excitentur Fideles ad præclara Sancti hujus perſequenda veſtigia, ipſius mereantur ſuffragiis adjuvari; qui quum in illo Regno Beatitudinis, in quod neque luctus, neque luctus, neque dolor ingreditur, non habeat, cui aſſueta miſericordiæ ſuæ exhibeat officia, Nos hic in tantis anguſtiis, & calamitatibus conſtitutos, ſua interceſſione ſublevare dignetur, & flagella Divinæ iracundiæ a Nobis lubens avertere.

Ut

Præsentium Literarum exemplis auctoritas tribuitur.

Ut autem præmissa omnia ad consolationem, & eruditionem Christianæ plebis ubique innotescant, Nos ea præsentium Litterarum Apostolicarum tenore & auctoritate publicanda, atque edicenda esse censuimus; mandantes, ut earumdem præsentium transumptis, sive exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides ab omnibus habeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Sanctio.

Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc nostræ definitionis, decreti, adscriptionis, mandati, statuti, relaxationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Dat. Pontificatus An. VI. die 29. Junii 1746.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ MDCCXLVI. III. Kalendas Julii, Pontificatus Nostri Anno VI.

✠ Ego Benedictus Catholicæ Ecclesiæ Episcopus.

✠ *Ego T. Episcopus Ostien. & Veliternen. Cardinal. Rufus Decanus, & S. R. E. Vice-Cancellarius.*
✠ *Ego A. Episcopus Portuensis Cardinalis S. Clementis S. R. E. Camerarius.*
✠ *Ego V. Episcopus Prænestinus Card. Petra, Card. Pœnitentiarius.*
✠ *Ego P. A. Episcopus Albanen. Cardinal. Carafa.*
✠
✠ *Ego V. Episcopus Sabinen. Card. Bichius.*
✠
✠
✠
✠
✠
✠
✠ *Ego Nicolaus Maria Tituli S. Petri ad Vincula Presbyter Card. Lercari.*
✠
✠
✠
✠ *Ego F. Tit. S. Mariæ Transtyberim Presbyter Card. Burghesius.*
✠ *Ego A. Tit. S. Stephani in Monte Cœlio Presbyter Card. Gentili.*
✠ *Ego Fr. J. A. Tit. SS. Sylvestri & Martini Presbyter Card. Guadagni.*
✠ *Ego T. Tituli S. Cæciliæ Presbyter Card. de Aquaviva.*
✠ *Ego D. Tituli Basilicæ SS. Duodecim Apostolorum Presbyter Card. Rivera.*
✠ *Ego J. B. Tituli S. Mariæ Angelorum Presbyter Card. Spinula.*
✠
✠
✠
✠
✠ *Ego R. Tit. Sanctæ Sabinæ Presbyter Card. de Ilcio.*
✠
✠
✠ *Ego D. Tit. S. Bernardi ad Thermas Presbyter Card. Passioneus.*
✠ *Ego S. Tit. S. Priscæ Presbyter Card. Valenti.*
✠
✠ *Ego J. F. Tituli SS. Quatuor Coronatorum Presbyter Card. Portocarrero.*
✠ *Ego C. Tit. SS. Joannis & Pauli Presbyter Card. Paulutius.*
✠
✠ *Ego C. A. Tituli S. Mariæ de Pace Presbyter Card. Cavalchinus.*
✠
✠
✠

✠ *Ego*

quidem facta sunt in expiationem delictorum, & causam salutis æternæ; compatientibus vero meritorum augmentum, & obtinendæ sibi, quam aliis præstitissent, misericordiæ fiduciam attulerunt. Hoc spiritu de Cœlo repletus superiori sæculo B. CAMILLUS DE LELLIS piam calamitosorum omnium, præcipue vero ægrotantium curam in se suscepit, quosque nec patriæ, nec sanguinis conjunctione ullo modo attingebat; urgente charitate Christi, plusquam paternis fraternisque officiis complecti & sublevare, proprium sibi munus assumpsit. Quin etiam quum se videret, nec ad omnes ubique in tribulatione constitutos, nec, ultra præfinitum sibi vitæ cursum, ad futuras ætates operam studiumque suum extendere posse: propagato in alios ejusdem spiritus sui fervore, iisque perenni charitatis nexu, & Religiosi Voti proposito obligatis, spiritualem, ac temporalem Infirmorum curam ipsis perpetuo commisit, & commendavit. Cujus quidem Beati Viri virtutes, quum ad illud perfectionis fastigium, quod humana ratio, & naturæ vires assequi nequeunt, Dei gratia pertigisse constiterit; ejusque Sanctitatem Omnipotens Deus, illustribus editis miraculis, in conspectu filiorum hominum magnificare dignatus fuerit; Nos eum merito ex hac veritatis Cathedra, de Venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, necnon Patriarcharum, Archiepiscoporum, & Episcoporum in Romana Curia frequenti numero congregatorum assensu & consilio, Ecclesiæ universæ colendum, & venerandum, populis invocandum, Fidelibus cunctis imitandum proponimus, & præsentium Literarum tenore denunciamus.

S. CAMILLI ortus, & adolescentia.

Natus est is Bucianici Theatinæ Diœcesis oppido in Marruccinis Anno Domini MDL., non sine futuræ Sanctitatis præsagiis, quum Mater, quæ ipsum provecta jam ætate conceperat, visa sibi in somnis fuerit Puerum peperisse, Crucem in pectore gestantem, & Chorum ducentem aliorum complurium Crucem similiter signatorum. Quibus tamen auspiciis minime respondit CAMILLI adolescentia, ab eo in vitiis maximeque in effuso alearum lusu traducta, cum valetudinis, fortunarum, & famæ dispendio; ut etiam probrosa paupertate adactus, abjectissimis primum ministeriis a natalium suorum conditione alienissimis, in Nosocomio Incurabilium de Urbe, mox laboriosæ militiæ in Venetorum Castris, denique in Sipontino Fratrum Cappuccinorum Conventu famulatui se addicere compulsus fuerit; ubique inconstans, ubique sibi aliisque gravis: nunquam tamen a miserentis Dei longanimitate desertus, qui, & cum semper a profundiore abysso, a blasphemiarum scilicet impietate, aleatoribus adeo familiari, arcere dignatus fuerat: & tandem ostensurus in eum divitias misericordiæ suæ, excitavit ipsum aliquando a somno mortis, & in manu potenti & brachio extento a perditionis via ad salutis tramitem revocavit. Cum enim quadam die iter agens CAMILLUS, accepta quondam fastidientibus auribus piarum exhortationum verba solus secum recoleret, & quasi ruminans animo volutaret; interiori luce subito perculsus, ac peccatorum suorum conscientia, divinorumque judiciorum timore perterrefactus, humi se prostravit; nec inde prius surrexit, quam anteactæ vitæ crimina vehementissimo doloris actu detestatus, de custodiendis in posterum justificationibus Domini immutabiliter constituerit. Ex eo tempore novus homo factus CAMILLUS, non modo ab omni vitiorum genere deinceps abstinuit, sed ad sublimiorum Christianæ perfectionis metam contendere cœpit: S. Francisci habitum in Ordine Fratrum Cappuccinorum Siponti induit. Sed veteri ulcere, quod olim in tibia contraxerat, identidem recrudescente, bis a dolentibus Superioribus dolens dimissus, ab hac sibi carissima arctioris vitæ semita deflectere coactus est.

Ipsius ad Deum conversio, & sanctioris vitæ initium.

Romam reversus, vetus Hospitium suum, S. Jacobi scilicet Domum, Incurabilium nuncupatam repetiit, ac, Deo sic disponente, ejusdem bonorum administrationi præfectus fuit. Quo in munere quum se CAMILLUS non tam hominibus, quam Deo servire cogitaret, maxima sedulitate ac diligentia, Infirmorum necessitatibus sublevandis se totum dicavit. Sed quum ea in re non satis sibi obsecundare videret eos, qui temporali mercede conducti, in ipsius Nosocomii ministeriis adhibebantur, secum cogitare cœpit quomodo ferventiores Operarios, præstantioribus propositis spiritualium meritorum præmiis, compararet. Communicavit consilium hac de re suum cum S. Philippo Nerio tunc in humanis agente, a cujus præceptis nutuque pendebat; quo approbante atque hortante, cum paucis primo ejusdem Nosocomii Ministris, mox cum

Societatem instituit Ministrantium Infirmis.

cum ampliori piorum Fidelium numero, Sodalitatem quandam instituit Laicorum hominum, qui se Divinis obsequiis, & ægrotantium curæ, in ipsa primum S. Jacobi Domo, pro Dei amore & futuræ vitæ mercede, manciparunt, & contempta propriorum commodorum ratione, spretisque Divino præsidio invidorum calumniis, in instituto constanter perseverantes, brevi tempore extra prædictam quoque domum charitatem suam dilatarunt; cumque proprium sibi domicilium in Urbe constituissent, inde ad omnium pauperum ægrotantium levamen tam in Nosocomiis, quam in privatis Domibus accurrentes, incredibilem Urbi universæ utilitatem attulerunt. Hæc autem utilitas tunc major evasit, quum multis Ecclesiasticis Viris CAMILLO se se adjungentibus, ipsoque CAMILLO, de prædicti S. Philippi directoris sui consilio, post exacta in Scholis Collegii Romani, singulari humilitatis exemplo, Literarum studia, ad Sacrum Presbyteratus Ordinem promoto, spiritualis non minus quam temporalis vitæ subsidia ægrotis quibusque præstare cœperunt. Ea re permotus sapientissimus Pontifex Sixtus Papa V. Prædecessor Noster, per suas Literas Apostolicas datas apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die XVIII. Martii anni MDLXXXVI. hujusmodi Institutum, Omnipotentis Dei, atque ejus pauperum ægrotorum famulatui dicatum, ac voluntariæ paupertatis, castitatis, & obedientiæ proposita, nulla tamen voti sponsione, adstrictum, collaudans atque commendans, perpetuo approbavit & confirmavit sub denominatione *Congregationis Ministrantium Infirmis*, eidemque complura Indulta & Privilegia tam in spiritualibus, quam in temporalibus benigne concessit; inter quæ illud specialibus Literis die XXVI. Junii ejusdem anni datis indulsit, ut illius Sodales, pro habitus proprii distinctione, Crucem fulvi coloris ad latus dextrum vestium suarum assutam deferrent.

Quæ inde plurimum aucta, a Sixto V. confirmatur, & privilegiis ditatur.

Sed quum hujusmodi Congregatio paucorum annorum decursu, CAMILLO præside & promotore, non solum fructuosior evaderet, sed & spectabilium Virorum numero aucta, ad ampliorem Domum S. Mariæ Magdalenæ de Urbe in Regione Columnæ translata fuisset, omniumque eidem adscriptorum jam sensus esset, ut sub prudentissimis Legibus & Regulis ab eodem CAMILLO præscriptis, ac solemni paupertatis, castitatis, & obedientiæ professione, in perenni ministerio ægrotantium, ne excepto quidem pestiferæ contagionis casu, Religiosam vitam degere optarent; exhibitis felicis recordationis Prædecessori pariter Nostro Gregorio Papæ XIV. hujusmodi Regulis, iisque examinatis, & approbatis, placuit eidem Gregorio præfatam Congregationem in Ordinem Regularem erigere, sub nomine, & nuncupatione *Clericorum Regularium Ministrantium Infirmis*, ejusque Professores in quibuscumque locis tunc & deinceps commorantes, sub immediata & speciali sua & Apostolicæ Sedis protectione perpetuo susceptos, amplissimis gratiis & privilegiis de Apostolica liberalitate ditare; prout in ipsius Gregorii Prædecessoris Literis, datis apud Sanctum Marcum Anno Incarnationis Dominicæ MDXCI. Kalen. Octobris, plenius atque distinctius continetur.

Eadem in Congregationem Regularem erigitur a Gregorio XIV.

Ex hac nova charitatis schola, mirum quanta in omnium ordinum homines, tum corporum, tum animarum præcipue utilitas dimanavit. Non jam ægrotantes ad morborum ærumnas, solitudinis ac derelictionis mœrorem accessisse doluerunt: Non jam translactæ vitæ reatibus gravati imminentis mortis discrimen absque peccatorum expiatione subire timuerunt: Non jam humani generis adversarius miseros mortales in extremis laborantes infesta rabie circumsistens, eos a susceptorum Sacramentorum robore imparatos, aut Fidelium exhortationum solatio & subsidio destitutos invenit. Reddita Nosocomiis munditіes, allevati Ministrorum labores, animarum Pastores ubique adjuti, in anxietatibus, curis, & solicitudinibus sublevati; ut minime sit mirandum, tot hujus Instituti domos, & tunc modico temporis intervallo per Italiam universam, per Siciliam, aliasque remotiores Provincias, & deinceps per Europæ totius Regiones, plaudentibus Civibus, Episcopis adnitentibus, erectas esse; in quibus, cum magno populorum fructu & emolumento, viget eximiæ charitatis spiritus per CAMILLUM in ipsius Filios, atque discipulos diffusus & propagatus.

Ejus Congregationis utilitas, & fructus.

Ipse vero saluberrimi operis institutor atque promotor, cum omnes, quas aliis tradiderat, Christianæ perfectionis Leges exactissime implevit; tum eam præcipue, quæ plenitudo Legis est, dilectionem: Cujus profecto Nobis datum est, ex collectis de ipsius

Ss Camilli Fundatoris Virtutes.

ipsius vita, & rebus gestis certissimis monumentis, tam sublimitatem, atque profundum, quam latitudinem, longitudinemque dignoscere.

Pietas in Deum.

Sublimis profecto charitas, quæ a Deo procedens, & in Deum ipsum se referens, creata omnia, quæ aliis ordinatæ cupiditatis fomenta esse solent, vel tanquam pietatis in Deum argumenta, vel tanquam occasiones misericordiæ in proximos exercendæ, unice intuebatur. Hinc, quum ex omnibus rebus, quæcumque ipsius sensibus obversabantur, nova quotidie amandi laudandique Creatoris incitamenta sumeret, novas charitatis flammas conciperet; in assiduos de Deo sermones, in flagrantissimos Divini Amoris actus, non sine lacrymis, identidem erumpebat; tantoque cor ejus æstuabat ardore, ut sensibilem aliquando lucem e vultu suo radiantem emitteret; & nihilominus ingemiscens, quod se infinitæ bonitati pro merito diligendæ imparem agnosceret, infinitas sibi animas dari voluisset, quas in Dei amore totas impenderet. Hoc desiderio incensus, ad operosa ministeria proximis præstanda eo spiritu accedebat, ut Omnipotenti Deo, quem in pauperibus intuebatur, obsequium aliquod pro viribus exhiberet; ab eaque cogitatione nunquam mentem animumque avertebat. Itaque Cœlestem fere vitam in terris ducens, nonnunquam visus est per mirabiles exstases a sensibus omnino alienatus, totoque corpore in aera elevato ac suspenso, beatorum spirituum consortio sese miscere: Unde & eorum ope ac præsidio, complura vitæ discrimina mirabiliter evasit; & S. Philippi Nerii testimonio compertum est, Angelos ipsius Sociorum lateribus, dum Infirmis ministrarent, adstantes apparuisse. Sed & aliis supernaturalibus donis a Deo cumulatus, spiritu prophetiæ, gratia curationum, & mirabili in naturæ leges imperio, adhuc vivens, innumera Cœlestis favoris, quo fruebatur, argumenta dedit.

Humilitatis, & pœnitentiæ studium.

Ab ea tamen virtutum suarum, & supernorum charismatum sublimitate oculos declinans CAMILLUS, eosque in propriæ humilitatis profunditate libentius defigens, nec unquam oblivione captus purgationis veterum suorum delictorum, sæpe se inter omnes peccatores pessimum appellabat, seque indignum, qui inter homines viveret, ac destinatum æternis ignibus titionem intimo animo sensu profitebatur; ex quo sane humilitatis fonte prodierunt assidua, quibus corpus affictabat, pœnitentiæ ac mortificationis exercitia; præcipue vero demissus ille mentis habitus, quo pauperibus & ægrotis, quos sibi in Domino adsciverat, in abjectis & laboriosis quibusque officiis sine requie ministrabat atque inserviebat. Neque vero ob præclaram, Deoque, & hominibus acceptissimam Religionem a se fundatam, sapientissime administratam, latissimeque propagatam, ullo modo efferebatur: quinimmo delatum sibi forte Fundatoris nomen refugiens, ipsam quoque Ordinis Præfecturam, quam per XXVII. annos in omni patientia & solicitudine gesserat, tandem, firmato jam ipsius statu & regimine, humiliter a se abdicavit & sponte dimisit; ut ita, cum eo, a quo didicerat mitis esse & humilis corde, fratribus suis jam dicere posset: *Ego autem in medio vestri sum, tamquam qui ministrat*. Qua tamen ex re iidem novam utilitatem sunt consequuti; dum ab ipso Ordinis moderatore, a quo sapientissimas leges atque vivendi Regulas ad eum diem acceperant, deinceps etiam perfectæ subjectionis & obedientiæ formam, ipsius exempla intuentes, desumere potuerunt.

Charitas erga proximos, maxime infirmos.

Sed jam videamus qua latitudine dilatatum sit cor ejus, ut charitatis suæ fructus ad omnes proximos in tribulatione & angustia positos derivaret. Quo in genere non hic omnia recensenda ducimus, quæ CAMILLUS assidue pro pauperibus sustentandis, alendis, hospitio accipiendis, pro virginibus tuendis & collocandis, pro viduis ac pupillis defensandis sublevandisque gerebat. Unum pro viduis ac pupillis defendendis sublevandisque gerebat. Unum pro cunctis opus, quod sibi suisque Alumnis proprium & præcipuum sumpserat, ut ægrotantium animabus corporibusque succurreret, immensam prope illius charitatis amplitudinem satis demonstrat. Quis enim tota Urbe infirmabatur, cum quo commiserationis affectu non infirmaretur CAMILLUS? ad quem non accurreret, ac vel ipse præsens inserviendo & consolando usque ad extremum adesset, vel subrogatis Sociis desideratam opem afferret? Quem reperit inopia pressum, ægritudine prostratum, aut nimio mortis metu perterritum, cui non opportuna corporis animique subsidia contulerit, eumque in æternæ salutis fiduciam erexerit? Quem vitiis atque peccatis irretitum, vel Religionis *mysteria* & dog-

mata ignorantem, quin eum ad melioris vitæ propositum, ad Divinæ bonitatis sinum reducere studuerit, vel in doctrina Fidei, & in lege Domini erudierit? Quin etiam constat, aliquos Hæreticos in Urbe morbo correptos, CAMILLI charitate & comitate devinctos, ejusque instructionibus, atque hortationibus illustratos adjuvante Divina gratia, Ecclesiæ Catholicæ restitutos fuisse.

Quibus in rebus quum per omnes Urbis Regiones, ac domos magni ipsius fuerint, & quotidiani labores; tum vero in publicis Xenodochiis, & potissimum in Hospitali Domo Sancti Spiritus in Saxia, illius opera adeo assidua fuit, ut ibi cogitationum atque studiorum omnium scopum, ibi veluti perpetuam vitæ suæ sedem collocasse videretur. Ibi non solum Famuli, & inservientes, sed ipsi quoque Præpositi viderunt eum in omnis officii ministerio sibimetipsis præeuntem, quæque inter plures dispertita sunt munera, eundem unum omnia amplectentem, ac mira sedulitate obeuntem. In eo habuerunt ægroti, quidquid homines fere ab amicis, propinquis, parentibus desiderare consueverunt. Nec major est amantissimæ Matris solicitudo erga unicum languentem Filium, ea, quam CAMILLUS singulis quibusque ægrotantibus præstabat; eorum desideria prævertens, eorum solatium, commodum, munditiem, ac potissimum animæ expiationem, rectamque Sacramentorum perceptionem procurans; In eos vero peculiariter intentus, a quibus cæteri vel contagionis metu, vel morborum nausea & horrore refugiebant, eos ipse ulnis amplexari, fovere sinu, suisque vestibus tegere non recusabat. Ibi sæpe laboriosas noctes laboriosissimis diebus continuavit, nec ulcerati cruris, nec gravis herniæ incommodo & dolore detentus, nec cibi, nec somni, nec requietis memor, non semel ob extremam corporis defatigationem, spirituum deliquio captus, in terram semianimis corruit.

Grassante peste in Urbe, quid præstiterit Camillus.

Reliquum erat, ut præsenti experimento proposito, videretur an CAMILLI charitas ad illum, quem cum Sociis professus fuerat, gradum revera pertingeret, ut nimirum ægrotis Fidelibus, quos etiam pestis incessisset, opem & ministerium præstaret. Et quidem quatuor vix annis post indultam novo Ordini Apostolicam confirmationem, invasit Urbem contagiosa lues, cum extrema Annonæ caritate conjuncta, ut duplici clade perculsa Civitas, funeribus, luctu, vastitate completa fuerit. Alios morbi vis, alios inopia & fames, plurimos desperatio & horror ad mortem ducebant: omnes vero metus, ac præsens vitæ periculum, ad salutem & securitatem alibi conquirendam, vel saltem discrimini non objiciendam adigebant. At vero CAMILLUS, propria incolumitate vitaque contempta, minime dubitavit cum suis Alumnis pro salute publica se devovere. Itaque visus est, non modo publicis omnibus Nosocomiis sine intermissione adesse, ac miseris ægrotantibus opera, consilio, exhortationibus opem ferre; verum etiam incredibili solicitudine privatas quaslibet Domos ingredi, quandoque etiam, si occlusæ essent fores, adhibitis scalis per fenestras penetrare; remotissima quæque loca, obscuras cryptas, immunda stabula anxie circumire; languentes, afflictos, inedia dejectos conquirere, atque omnes, quibuscumque poterat, subsidiis juvare, ac reficere; eorum plagas curare, tabem abstergere, sordes eluere, lectos purgare; præterea novum aperuit Xenodochium in ipsa Religionis suæ Domo; alterum in Regione Cœlimontana ad Sixtum; alterum quoque ad Clivium Capitolii in via Rhedarum nuncupata constituit; illucque ægrotos undique comportari curavit, complures etiam propriis sublatos humeris ipse detulit; per omnes denique Urbis vastissimæ Regiones alacer opera, voce, animo præsto fuit, ut non sine causa judicatum fuerit, clementissimum Dominum, qui etiam in ira sua misericordiæ recordatur, deliberato in Urbem flagello, opportunum levamen per CAMILLUM, ejusque propositi Sectatores opponere voluisse.

Quid exundante Flumine.

Ea tempestate sedata, ecce biennio post, novum calamitatis genus novam CAMILLO præbuit occasionem ardentissimæ charitatis suæ erga periclitantes proximos ostendendæ. Quum scilicet Tiberis aquarum copia plus nimio auctus, magnam Urbis partem inundasset, jamque adjacentes Sancti Spiritus Ædes invadens, inferiora ipsius cubicula occupasset, commotus tanto Infirmorum periculo CAMILLUS, in medias aquas prosiliens, cœpit ægrotos ipsos, eorumque grabatos humeris suis alio tranferre, nec prius ab opere cessavit, quam immenso trium dierum labore in tuto omnia collocata conspexerit.

Quod

Quod si, veritatis æternæ testimonio, majorem hac dilectionem nemo habet, quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis; quid ni heroicam agnoscamus fuisse charitatem CAMILLI, qui minime detrectavit pro pauperibus Christi vitam sæpe suam in manifestum discrimen adducere, nec unquam animam suam pretiosiorem fecit ea, cujus desiderio flagrabat, proximorum salute?

Neque vero unius Romanæ Urbis ambitu se continuit ipsius dilectionis amplitudo, sed alias quoque Regiones ac Civitates complexa est, ad quas Instituti sui fructum, utilitatemque propagavit: Italiam vero universam fere benefaciendo peragravit, mirifica charitatis opera ubique exercens, omniumque necessitatibus opportune succurrens. Mediolanum grassante & Nolam Urbes pestifera contagione, quo tempore alii earum Urbium commercia omni ratione vitabant, quin etiam earum Cives alio evolare posse cupiebant, ultro ingressus est CAMILLUS, dilectionis ignem in sinu portans, atque utrobique admiranda illa virtutis exempla, quæ Roma olim conspexerat, pari omnium ordinum admiratione renovavit. Buclanicum Patrium Oppidum ut audivit Annonæ difficultate graviter afflictum, illico Roma eo se contulit, suosque Cives impensis providentiæ & charitatis officiis, illustribus quoque impetratis a Deo prodigiis, mirifice recreavit. Quid aliis in Civitatibus & Oppidis.

Denique inextinctam charitatis suæ flammam usque ad exitum vitæ, usque ad metam præclari cursus feliciter perduxit; cumque diuturno triginta trium mensium languore, lentaque, & molesta febri probatus fuisset, prænunciatum sibi cœlitus mortis diem animo concupiscenti præstolando, nil aliud præter Dei & proximi dilectionem in corde & in ore habens, nil aliud Sociis, ac Discipulis suis commendans, tandem Ecclesiæ Sacramentis pie & religiose susceptis, die XIV. Julii Anno salutis MDCXIV., ætatis suæ LXV. ad regnum perfectæ charitatis migravit. Ipsius sancta mors.

Nec dubitarunt quicumque ipsius laborum agnovere certamina, quin ipsi coronam justitiæ reddidisset justus Judex; qui etiam, editis potentiæ suæ signis, devota frequentis populi ad ejus funus confluentis officia sibi accepta esse monstravit. Cumque de hujusmodi Miraculis, ac potissimum de perspecta Servi Dei sanctitate, universalis fama, & constans hominum judicium esset, cito deventum est ad legitimorum Processuum constructionem, quibus Ordinaria primum, mox etiam Apostolica auctoritate confectis, eorumque validitate approbata, post maturum omnium examen iteratis vicibus resumptum, Nobismetipsis olim, pro munere Promotoris Fidei, quod gerebamus, minutissima quæque dubitationis capita proponentibus, tandem a felic. record. Prædecessore Nostro Benedicto Papa XIII., cum consilio Congregationis Sacrorum Rituum, judicatum est constare de CAMILLI Virtutibus in gradu *heroico*; ut patet ex decreto ab eo edito die XXIV. Julii anni MDCCXXVIII.

Mox examinatis in eadem Congregatione Miraculis, quæ post CAMILLI obitum, ejusdemque intercessione evenisse dicebantur, hujusque examinis summa ad Nos ipsos in Petri Cathedra jam sedentes delata, post invocatam Divini luminis opem, ac reiteratam collectarum probationum considerationem, visum est Nobis duo potissimum ex novem propositis indubitanter approbanda esse; unum nimirum de enormi Polypo in naribus cujusdam Puellæ Viterbiensis suborto, & plures jam menses pervicaciter permanente, qui ex solo contactu fili subuculæ Servi Dei, penitus evanuit; Alterum de lethali morborum congerie, maligna scilicet febri, pulmonum & pleuræ inflammatione, gutturis etiam ulcere, quibus Catharina Dondula sexto jam mense uterum ferens, correpta, & ad extremum, vitæ, Medicorum etiam judicio, deducta fuerat, sed omnia solo haustu aquæ, in qua comminutus fuerat pulvis e cubiculo Servi Dei collectus, illico depulsa fuerunt, itaut ægra non modo sanitatem, sed pristinas etiam vires momento temporis recuperaverit. Quæ quidem Miracula quum Nos decreto edito die XXVI. Septembris Anni MDCCXLI. approbata publicaverimus, mox præfatæ Congregationis consilium audierimus super Beatificationis honoribus eidem Dei Servo tuto deferendis, die demum secunda Februarii Anni MDCCVLII. in Festivitate Purificationis Beatissimæ Virginis Mariæ, quo die olim CAMILLUS superni luminis radio illustratus, ad bonam frugem conversus fuisse perhibetur, aliud Decretum protulimus de ejusdem formali Beatificatione peragenda; cujus solemnia deinde in Basilica Principis Apostolorum de Urbe rite celebrata fuerunt vigore Literarum No- Miracula pro Beatificatione approbata. Solemnis Beatificatio.

Nostrarum Apostolicarum die VII. ejusdem mensis, & anni, sub Annulo Piscatoris editarum.

Causa resumitur.

Indultam Beato Viro venerationem, ac summo Fidelium studio eidem exhibitam, nova subsequuta sunt Miracula, quæ manifestam Dei voluntatem de ipsius glorificatione in Terris augenda ostendere videbantur. Tribus itaque Episcopis, ad inquirendum super hujusmodi Miraculis, auctoritate Nostra Apostolica de more delegatis, cognitaque Processuum ab ipsis confectorum validitate, ex tribus Miraculis in prædicta Sacrorum Rituum Congregatione accuratissime discussis, audito, ut par erat, Peritorum judicio, novisque inquisitionibus super sanationum obtentarum perseverantia legitime peractis, duo potissimum, tamquam approbatione nostra digna, Nobis proposita fuerunt, quæ quum revera, privatis Nostris studiis adhibitis, & invocato lumine Spiritus Sancti, clarissima in luce posita esse judicaverimus, die prima Maji superioris anni MDCCXLV. Decreto Nostro approbavimus, & publicavimus.

Miracula pro Canonizatione approbata.

Primum est sanatio Luciæ Theresiæ Petri Puellæ ex Oppido Caprarolæ, quæ quum ab ipsa nativitate, ob pravam Thoracis structuram, magna respirandi difficultate laborasset, & procedentibus annis, ingravescente Asthmate, accedentibus purulentis, & sanguineis excretionibus, ac summa virium prostratione, externo quoque contracto gibbo, gravem sibi, aliisque vitam haud longe protrahere posse ostenderet; in maxima morborum hujusmodi intensione, quum, invocata Beati CAMILLI ope, aquam bibisset præfato pulveri admixtam, unius noctis spatio a morbis omnibus expedita, & perfecta valetudinis firmitate donata fuit.

Alterum est instantanea sanatio Margaritæ Castelli duodeviginti annorum Puellæ ex Oppido Marini, quæ ob vitium sanguinis ab utero matris contractum, malignis pustulis sæpe afflicta, tandem earum numero in immensum aucto, itaut universum ipsius corpus unica crusta, sanie taboque manante, coopertum appareret, acuta quoque febri superveniente, omnique amissa motus, & sensuum facultate, jamjam expiratura judicabatur; quum subito imposita ipsi Imagine Beati CAMILLI, ac brevi prece ab ipsius Sorore & Matre emissa, velut a somno mortis excita, perfecte convaluit; corpus repente detumuit, crustæ deciderunt, reliquit eam febris; itaut e lecto statim surgens, integerrimis viribus incedere & operari potuerit, neque deinceps inveteratæ hujusmodi affectionis incommoda amplius perpessa fuerit.

Decretum de tuto processu ad Canonizationem.

Consulta deinde fuit eadem Sacrorum Rituum Congregatio, an rebus ita se habentibus, ad solemnem Beati CAMILLI Canonizationem tuto procedi posse censeret, omnibusque Venerabilibus Fratribus Nostris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus eandem Congregationem constituentibus, nec non dilectis Filiis ejusdem Congregationis Consultoribus in partem affirmativam consentientibus, Nos deinde, matura ponderatione præmissa, ac ferventibus Deo oblatis precibus, tandem anno superiore die XVII. Augusti, illius diei anniversaria, quo Inscrutabilis Divini consilii altitudo Nos immerentes ad Summi Pontificatus apicem evexit, publico Decreto edito, hujusmodi Congregationis sententiæ Nos quoque adhærere declaravimus.

Urgebant vero pro hujus Decreti implemento non solum communia Fidelium Populorum, ac in primis dilectæ Urbis Nostræ vota, sed & enixæ preces, ac supplicationes antedictæ Congregationis Clericorum Regularium Ministrantium Infirmis, quibus, & olim clar. memoriæ Philippus III., & Philipus IV. Hispaniarum Reges Catholici, plurimique Ecclesiastici, & Sæcularis Ordinis Proceres apud Prædecessores Nostros Romanos Pontifices suas preces adjunxerant, & suas nuper postulationes Nobis humiliter exhiberi mandaverat Carissimus in Christo Filius Noster Carolus utriusque Siciliæ Rex Illustris, ejusque Conjux Carissima in Christo Filia Nostra Maria Amalia utriusque pariter Siciliæ Regina Illustris, & cum aliis pluribus Antistitibus & Principibus, dilecti Filii Nobiles Viri Neapolitanæ Civitatis Electi. Quapropter communicato consilio cum universo Collegio Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium in Consistorio secreto die XVIII. elapsi mensis Aprilis coram Nobis habito, hisque similiter, audito a Nobismetipsis Causæ statu ac meritis, ad ulteriora, servatis servandis, progrediendum esse suadentibus, Nos demum, convocatis per Literas compluribus Venerabilibus Fratribus Archiepiscopis, & Episcopis per Eccle-

Consistorium Secretum.

sias

ſuas conſtitutis, eorum quoque ſuffragia, ut in tanti momenti judicio fieri conſuevit & decet, audire deliberavimus.

Itaque expoſitis primum in plenario publicoque prædictorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, Antiſtitum, omniumque Ordinum Romanæ Curiæ Conſeſſu, per dilectum Filium Julium Cæſarem Fagnanum Noſtræ Conſiſtorialis Aulæ Advocatum, ejuſdem Beati CAMILLI geſtis, Virtutibus, & Miraculis, iiſdemque præterea in ſummaria Relatione ex monumentis prædictæ Sacrorum Rituum Congregationis fideliter deſumpta, una cum Actorum ſerie, prædictorum omnium judicio ſubjectis; die decima currentis Junii eoſdem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, & Patriarchas, Archiepiſcopos, & Epiſcopos univerſos coram Nobis in Conſiſtorio ſemipublico congregatos, adſtantibus de more dilectis Filiis Sedis Apoſtolicæ Notariis, & Cauſarum Palatii Noſtri Auditoribus, requiſivimus, an ad ſolemnem ipſius Beati Canonizationem deveniri poſſe cenſerent; cumque omnes unanimi ſenſu id a nobis præſtandum eſſe ſuaderent, exhibitis quoque in ſcriptis per ſingulos ſuffragiis, quæ in Romanæ Eccleſiæ Tabularium inferri juſſimus: Nos quidem tunc eos omnes hortati ſumus, ut pro impetrando Nobis superni luminis adjutorio, ſuas Deo preces offerrent; mox generalia per Urbem jejunia indiximus; deſignatiſque Eccleſiis cum Indulgentia ab omnibus Chriſtifidelibus Nobiſcum orantibus conſequenda, iteratis etiam *Sacrificiis*, Deum Omnipotentem precati ſumus, ut ſedium ſuarum aſſiſtricem ſapientiam ad illuminandas mentis Noſtræ tenebras emittere dignaretur.

Conſiſtorium publicum.

Cardinalium & Epiſcoporum ſententiæ in Conſiſtorio ſemipublico.

Demum adveniente hac die Beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli Martyrio conſecrata, in ſplendidiſſimo Eccleſiæ Romanæ jubilo, præcedentibus cum prece omnibus Cleri Sæcularis & Regularis Ordinibus, & ſubſequentibus Aulæ Noſtræ, & Curiæ Officialibus, atque Miniſtris, frequentiſſima Conſacerdotum corona ſtipati, ad Sacram Beatiſſimi Apoſtolorum Principis memoriam in Vaticano, ſolemnis ſupplicationis ritu proceſſimus; Ubi exhibitis Nobis iterum a dilecto Filio Noſtro Joachimo Tituli Sanctorum Quatuor Coronatorum Presbytero Cardinali Portocarrero nuncupato, prædictorum Supremorum Principum, & Procerum, Eccleſiarumque, & Congregationis Clericorum Regularium precibus & obſecrationibus, Dei nomine cum gemitibus invocato, ad laudem Sanctæ, & Individuæ Trinitatis, ad Triumphantis Eccleſiæ gloriam, & Militantis conſolationem, atque præſidium, auctoritate Domini Noſtri Jeſu Chriſti, Sanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli, ac Noſtra, ac de congregatæ Fraternitatis, ut ſupra diximus, aſſenſu & conſilio, prædictum CAMILLUM DE LELLIS Diœceſis Theatinę Sacerdotem, Fundatorem Congregationis Clericorum Regularium Miniſtrantium Infirmis, de cujus præcellenti Fide & charitate, cęteriſque Virtutibus in gradu heroico, nec non de Miraculis ipſius interceſſione a Deo patratis, pleniſſime conſtabat, & conſtat, Sanctum eſſe definiendo pronunciavimus, & pro Sancto ab omnibus habendum, atque colendum ediximus, in Nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti; omnibuſque Chriſtifidelibus, qui ſingulis annis die XIV. Julii vere pœnitentes, & confeſſi Eccleſiam Sanctæ Mariæ Magdalenæ de Urbe, Congregationis præfatæ Clericorum Regularium, in qua ipſius Sancti Corpus religioſe aſſervatur, devote viſitarint, ſeptem annos, & totidem quadragenas de injunctis eis, ſeu alias debitis pęnitentiis, eadem auctoritate in perpetuum miſericorditer relaxavimus. Denique in obſequium Omnipotentis Dei decantato Laudis, & Confeſſionis Hymno incruentam ſalutis Noſtræ Hoſtiam ad Altare Confeſſionis Beatiſſimi Petri Apoſtoli in Spiritu humilitatis obtulimus, cum commemoratione etiam ipſius S. CAMILLI Confeſſoris, nec non Sanctorum Fidelis Martyris, Petri, & Joſeph Confeſſorum & Catharinæ Virginis, quos pariter Sanctorum Albo rite adſcripſimus, omnibuſque ibi præſentibus plenariam peccatorum Indulgentiam largiri fuimus.

Solemnis Canonizatio.

Indulgentiæ.

Exultet igitur Eccleſia Sancta Dei, & jucundetur in Domino, qui ſecundum promiſſiones ſuas, ſanctitatis & dilectionis ſpiritum in ea conſervat, & fovet. Excitentur Fideles ad præclara Sancti hujus perſequenda veſtigia, ipſius mereantur ſuffragiis adjuvari; qui quum in illo Regno Beatitudinis, in quod neque luctus, neque luctus, neque dolor ingreditur, non habeat, cui aſſueta miſericordiæ ſuæ exhibeat officia, Nos hic in tantis anguſtiis, & calamitatibus conſtitutos, ſua interceſſione ſublevare dignetur, & flagella Divinæ iracundiæ a Nobis lubens avertere.

Ut

Præsentium Literarum exemplis auctoritas tribuitur.

Ut autem præmissa omnia ad consolationem, & eruditionem Christianæ plebis ubique innotescant, Nos ea præsentium Litterarum Apostolicarum tenore & auctoritate publicanda, atque edicenda esse censuimus; mandantes, ut earumdem præsentium transumptis, sive exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides ab omnibus habeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Sanctio.

Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc nostræ definitionis, decreti, adscriptionis, mandati, statuti, relaxationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Dat. Pontificatus An. VI. die 29. Junii 1746.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ MDCCXLVI. III. Kalendas Julii, Pontificatus Nostri Anno VI.

✠ Ego Benedictus Catholicæ Ecclesiæ Episcopus.

✠ *Ego T. Episcopus Ostien. & Veliternen. Cardinal. Rufus Decanus, & S. R. E. Vice Cancellarius.*
✠ *Ego A. Episcopus Portuensis Cardinalis S. Clementis S. R. E. Camerarius.*
✠ *Ego V. Episcopus Prænestinus Card. Petra, Card. Pœnitentiarius.*
✠ *Ego P. A. Episcopus Albanen. Cardinal. Carafa.*
✠
✠ *Ego V. Episcopus Sabinen. Card. Bichius.*
✠
✠
✠
✠
✠
✠
✠ *Ego Nicolaus Maria Tituli S. Petri ad Vincula Presbyter Card. Lercari.*
✠
✠
✠
✠ *Ego F. Tit. S. Mariæ Transtyberim Presbyter Card. Burghesius.*
✠ *Ego A. Tit. S. Stephani in Monte Cœlio Presbyter Card. Gentili.*
✠ *Ego Fr. J. A. Tit. SS. Sylvestri & Martini Presbyter Card. Guadagni.*
✠ *Ego T. Tituli S. Cæciliæ Presbyter Card. de Aquaviva.*
✠ *Ego D. Tituli Basilicæ SS. Duodecim Apostolorum Presbyter Card. Rivera.*
✠ *Ego J. B. Tituli S. Mariæ Angelorum Presbyter Card. Spinula.*
✠
✠
✠
✠
✠ *Ego R. Tit. Sanctæ Sabinæ Presbyter Card. de Ilcio.*
✠
✠
✠ *Ego D. Tit. S. Bernardi ad Thermas Presbyter Card. Passioneus.*
✠ *Ego S. Tit. S. Priscæ Presbyter Card. Valenti.*
✠
✠ *Ego J. F. Tituli SS. Quatuor Coronatorum Presbyter Card. Portocarrero.*
✠ *Ego C. Tit. SS. Joannis & Pauli Presbyter Card. Paulutius.*
✠
✠ *Ego C. A. Tituli S. Mariæ de Pace Presbyter Card. Cavalchinus.*
✠
✠
✠

✠
✠
✠
✠
✠ *Ego F. Tit. S. Mariæ de Populo Presbyter de Riccis*
✠ *Ego A. Tit. S. Sylvestri in Capite Presbyter Card. Rufus.*
✠ *Ego C. Tit. S. Mariæ de Ara-Cœli Presbyter Card. Calcagnini.*
✠ *Ego P. M. Tit. S. Agnetis extra muros Presbyter Card. de Montibus.*
✠ *Ego F. Tituli S. Matthæi in Merulana Presbyter Card. Tamburini.*
✠ *Ego J. Tit. S. Crucis in Hierusalem Presbyter Card. Besozzi.*
✠
✠
✠
✠
✠
✠
✠ *Ego Carolus S. Mariæ in Via lata Diaconus Card. de Marinis.*
✠ *Ego Alexander S. Mariæ ad Martyres Diaconus Card. Albanus.*
✠ *Ego Nerius S. Eustachii Diaconus Card. Corsinus.*
✠ *Ego Agapitus S. Agathæ Diaconus Cardinalis Mosca.*
✠
✠
✠ *Ego C. S. Mariæ in Porticu Diaconus Card. Sacripantes.*
✠ *Ego M. SS. Cosmæ & Damiani Diaconus Card. Colognettus.*
✠ *Ego H. S. Angeli in Foro Piscium Diaconus Card. Columna.*
✠ *Ego P. S. Georgii in Velabro Diaconus Card. Columna.*
✠ *Ego A. S. Mariæ in Aquiro Diaconus Card. Tanari.*
✠ *Ego H. S. Adriani Diaconus Cardinalis Bardi.*
✠ *Ego D. SS. Viti & Modesti Diaconus Card. Ursinus.*

D. Cardinalis Passioneus.

J. Datarius.

VISA DE CURIA.

J. C. Boschi.

L. Eugenius.

Loco ✠ Plumbi.

Registrata in Secretaria Brevium.

CANONIZATIO. XIII.

BEATI PETRI REGALATI Sacerdotis Professi Ordinis Minorum, Regularis Observantiæ inter Hispanos Restitutoris.

BENEDICTUS PAPA XIV.

SERVUS SERVORUM DEI.

Ad perpetuam rei memoriam.

NEGOTIATORES Cœli, qui, fidelibus Redemptoris nostri promissionibus innixi, quæcumque Mundus appetit, quæ caro concupiscit, quæ Dæmon pollicetur, omnia relinquunt, ut Christum bajulantem sibi Crucem, per asperam angustamque viam prosequantur, non modo inæstimabilem bonæ negotiationis fructum in æternæ Exordium.

vitæ possessione percipiunt, sed etiam in terris centuplum, pro omnibus, quæ dimiserunt, utilissima commutatione lucrantur. Dum enim vitæ hujus oblectamentis, per mortificationis, & continentiæ studium renunciant, puris tranquillisque voluptatibus, de conscientiæ serenitate, ac Divini favoris suavitate, replentur; dum anxias Mundi divitias, Evangelicam paupertatem amplexi, a se abdicant, supernorum charismatum thesauris abunde ditantur; & pro vanis fluxisque honoribus, quos contemnunt, veram solidamque gloriam, non solum coram Angelis Dei, sed etiam coram hominibus adipiscuntur. Vidit hæc Cœlesti lumine edoctus BEATUS PETRUS REGALATUS, Ordinis Minorum Alumnus, ejusque disciplinæ, quam Sanctus Patriarcha Franciscus discipulis suis tradiderat, perfectissimus ipse Sectator, & in aliis quoque Restitutor. Gustavit, quam suave ac bonum esset, abnegatis sæcularibus desideriis, uni Deo adhærere; reliquit, quæ sua erant, ut Christum lucrifaceret: Verum in ipsis etiam voluntariæ paupertatis angustiis dilatatum est cor ejus, ut quarum rerum nec possessione, nec affectu tenebatur, in eas mirum sæpe jus & imperium, supra id quod naturæ leges ferunt, Deo concedente, exerceret. Nunc denique ad immensum Gloriæ pondus, qua is jamdudum in Cœlis potitur, non exiguus in Terris accessit honoris cumulus, decreto eidem cultu universæ per Orbem Ecclesiæ, cui Nos, licet indigni, Divina voluntate præsidentes, ipsum Beatum Virum, Christianarum Virtutum perfectione, & Miraculorum claritate illustrem, inter Sanctos Confessores a Nobis, cum consilio Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium, nec non Patriarcharum, Archiepiscoporum, & Episcoporum in Romana Curia frequenti numero congregatorum, rite ac solemniter adscriptum, religiosa veneratione prosequendum, & proficua devotione invocandum proponimus, ac præsentium Literarum tenore denunciamus.

S. Petri Regulari ortus, & initia. Vallisoleti, Nobili Hispaniæ Urbe natus est PETRUS Anno salutis MCCCXC., ex Nobilius piisque parentibus, quorum disciplina, & exemplis eruditus, ac Divina præsertim gratia præventus, cœpit a puero ad Christianæ perfectionis leges vitam moresque suos componere, & conformare; quin etiam vix decimo ætatis anno transacto, domesticis facultatibus honoribusque contemptis, Franciscani Instituti habitum, ac professionem expetere. Restitit ab initio amantissima Mater, & piis Filii desideriis obsecundare triennio toto recusavit; verum is in sancto proposito firmiter perseverans, eumque præferens Matri, quem præferre jubemur, & animæ Nostræ, instando & obsecrando, tandem obtinuit, ut ad Religiosæ vitæ Tyrocinium, mox etiam ad solemnia emittenda Vota in patriæ Civitatis Cœnobio admitteretur. Ex eo tempore quum in suscepto perfectionis curriculo, per internæ humilitatis, externæque mortificationis studium, per assidua Orationis, & contemplationis exercitia, per sollicitam pari cordis, & sensuum custodiam, novos semper progressus faceret, numquam respiciens retro, sed ad perfectiora, & sublimiora extendens se ipsum; ad illud brevi pervenit virtutis fastigium, ut & in omnibus religiosi Viri officiis toti Sodalitio exemplis suis præluedret, & sanctioris disciplinæ in Minorum Familia non nihil tunc temporis laxatæ in pristinum splendorem restituendæ, inspirante Deo, consilium caperet, eodemque adjuvante, ad effectum mire perduceret.

Ordinem Minorum ingreditur.

Ejusque Reformationem una cum Petro Villacretio promovet. Etenim occasionem nactus, qua Vir pius, ac prudens Frater Petrus Villacretius ejusdem Ordinis Professor, potestate a Superioribus sibi facta, Hispaniæ Cœnobia peragrabat, ut ex iis, qui a subinducta libertate ad perfectiorem vivendi rationem transire cuperent, peculiarem veluti gregem conflaret, in quo pristina Franciscanæ Regulæ puritas, & austeritas revivisceret, nihil cunctatus PETRUS se illi socium adjunxit, & in solitariam Domum prope Aquileriam Oxomensis Diœcesis, Oppidum permissu Episcopi extructam, lubens cum eo secessit. Ibi in perpetuis pietatis, & pœnitentiæ exercitationibus ambo viventes, non solum Cœlestium gratiarum copiam, sed etiam hominum admirationem sibi conciliarunt; ut ea permoti quamplurimi, tum ex ipso Fratrum Minorum Ordine, tum e sæculari Clero, & e Populo, in eorum Societatem admitti certarint, eorumque disciplinæ se instituendos tradiderint. Quare cum nova Reformatorum Familia ad eum numerum aucta fuisset, ut jam Aquileriensibus Ædibus contineri minime posset, alterum ejusdem Instituti Cœnobium de Abroxo nuncupatum in Agro Tribulano ad Ripam Durii Fluminis construi, opus fuit.

In horum Conventuum regimine, uoties nascentis Reformationis negotia Villacretium alio vocabant, PETRUS REGALATUS ipsius vices sustinere consuevit. Cum vero idem Villacretius, post obtenta a felicis recordationis Martino Papa V. Prædecessore Nostro, quem præsens adierat, quæcumque ad ipsius Reformationis firmitatem, atque dilatationem maxime optaverat, ex hac vita pie migrasset, communi Religiosorum Voto in ipsius locum suffectus est PEERUS, qui sicut eum viventem in prælaudati operis constitutione, & administratione, consilio suo, atque opera maxime juverat, ita deinceps non modo Aquileriense Cœnobium, in quo præcipuum fixit domicilium, sed Tribulanum etiam, quod modo per se ipsum, modo per Vicarios a se delegatos regebat, ad perfectioris disciplinæ normam sanctissime gubernavit. Reformatorum Cœnobia gubernat.

Fuit in eo ad Socios, Subditosque in via Mandatorum Dei dirigendos, non solum eximius zelus, & assidua vigilantia, verum etiam in omni virtutum genere præclari exempli lux, & auctoritas. Quorum enim jejuniorum observantiam ad mentem Sancti Fundatoris in usum reduxerat, ea ipse & exacte servabat, & voluntariis abstinentiæ rigoribus cumulabat, quum nullum fere obsonii genus ad panem, & aquam plerumque adjiceret, &, præter dies Dominicos, nihil omnino ad vesperam sumeret; quinimmo totos sæpe dies absque ullo cibo transigeret in laboribus, aut orationibus, quarum etiam amore nonnunquam integras noctes insomnes ducebat, vel humi cubando, curabat, ut ne quid somni caperet, præter id, quod ineluctabilis naturæ necessitas postulabat. Duris præterea flagellis, asperrimis ciliciis corpus affligere, & in servitutem redigere non desinebat. Paupertatis vero adeo amator fuit, ut quæ præ cæteris attritæ, & laceræ vestes essent, eas ipse sibi deligeret, nec unquam fere sandaliis aliove calceamenti genere uteretur, sed nudis plerumque pedibus ad humilitatis, & pœnitentiæ exercitium, incederet.

Quare cum sibi, ac mundo crucifixus omnino esset, minime est mirandum, si totum cor ejus sibi vindicavit Cælestium amor, cujus virtute fortiter tractus, ac dulcedine suaviter illectus, ineffabilia Divinitatis attributa, & Redemptionis nostræ mysteria, præsentissimo animi sensu assidue contemplabatur, adeoque in piis meditationibus affectibusque inardebat, ut sæpe clarissimus lucis splendor ex ipsius corpore diffusus, non solum ad cubiculi ambitum, sed longe lateque supra Cœnobii tectum emicaret; cujus rei causa a finitimis cognita, *Domus Dei* nomen Cœnobio inditum fuit, quo etiam usque in præsentem diem appellatur. Ex frequentibus vero mentis excessibus, quibus ad interiora cum Deo colloquia admittebatur, quum Cælestium virtutum formam in se referret, earum quoque exemplar aliorum animis imprimere vehementer optabat. Hinc ortum habuit zelus ille ardentissimus, quo ad animarum salutem opportunissimis rationibus procurandam accendebatur; neque solum Religiosos Viros curæ suæ peculiariter commendatos, exemplis præceptisque suis ad perfectionis culmen ducere satagebat; sed cæteris etiam omnibus opera, consilio, sermone, ac potissimum impensis misericordiæ, & charitatis officiis, tutissimam ad Cœlum viam commonstrare, & complanare curabat. Hic erat perspicuus ipsius scopus, & cum pauperes Christi ægritudine afflictos, eosque maxime, quos propter horrificam morborum speciem, aut contagionis periculum, ab aliis derelictos conspiciebat, per se ipse adjuvare, hospitio recipere, laboriosa curatione sublevare gestiebat; & cum, corrogata a ditioribus stipe, calamitosis omnibus opem ferre, potissimum vero Christifidelibus apud barbaros in captivitate detentis, libertatem impetrare studebat; cum demum inimicitias omnes, & simultates inter fideles componere omni studio nitebatur: ut scilicet peccata, & vitia eliminaret, pericula, occasionesque peccandi omnibus subtraheret, & Proximos a se adjutos, non sibi, sed Christo lucrifaceret, atque ad Divinæ Bonitatis amorem, ad Evangelicæ legis observantiam adduceret. Denique purgantium Defunctorum cruciatus pio commiserationis affectu respiciens, oblatis Deo precibus, Sacrificiis, jejuniis, aliisque voluntariis sui corporis castigationibus, prolatam ipsis æternæ Beatitudinis possessionem accelerare curabat. Pietas in Deum. Charitas in Proximos.

His aliisque virtutibus apud suos, exterosque clarus, Miraculorum quoque gratia, aliisque supernaturalibus donis illustris, cum ad sexagesimum sextum ætatis annum per- Extrema vitæ, & obitus.

pervenisset, jamque prospiceret, haud procul esse depositionem Tabernaculi sui, de apto, idoneoque Rectore gregi suo post se relinquendo solicitus longum asperumque iter ingressus est, ut Lupum Salazarium antiqui Instituti cultorem, ac vindicem, ad id muneris suscipiendum suaderet. Ea re impetrata, quum Tribulanum Cœnobium in reditu visitasset, inde ad Aquileriense se contulit, ubi lethali morbo correptus, decubuit, exactoque inter acerbos cruciatus, atque languores integro Quadragesimæ cursu, tandem die sancto Paschæ Eucharistici Panis viatico munitus, & sequenti die ab Episcopo Palentiæ Oleo Sancto unctus in nomine Domini, quum dilectissimos Fratres ad severioris disciplinæ custodiam, ad paupertatis studium, ad imitationem Christi etiam, atque etiam hortatus esset, animam suam in manus Dei fidenter amanterque commendans, justorum somno obdormivit tertio Kalendas Aprilis anno salutis MCCCCLVI.

PETRI corpus, ut piis Fidelium turbis ad Cœnobium undique concurrentibus satisfieret, per aliquot dies inhumatum remansit; cumque nullas interim mortalitatis injurias pateretur, tandem in communi Fratrum Sepulchro conditum fuit; unde tamen post triginta sex annos translatum fuit ad prænobile loculamentum, quod ipsi clar. mem. Elisabetha Castellæ Regina ex alabastrite marmore extrui curavit.

Acta sub Urbano VIII. Ibi & propter constans hominum judicium de Servi Dei sanctitate, & propter Miraculorum frequentiam, assidua venerationis & cultus obsequia a piis Fidelibus ipsi delata fuerunt.

Et sane de generali ipsius Sanctitatis, Virtutum, & Miraculorum fama, Testes sunt antiqui Processus auctoritate Ordinaria super eo confecti, qui cum ante hos centum viginti annos ad hanc Sanctam Sedem delati fuissent, & pro legitimo cultu eidem Servo Dei asserendo, Apostolicæ definitionis oracula, instantibus etiam Catholicis Hispaniarum Regibus, universoque Ordine Fratrum Minorum S. Francisci, vehementer expeterentur; visum est fel. recordat. Urbano Papæ VIII. Prædecessori Nostro, signata Chirographo suo Commissione, ad discutiendam in specie ipsius Beatificationis, & Canonizationis Causam, novorum Processuum constructionem demandare. Quibus deinde ad Urbem allatis, & trium antiquiorum tunc temporis Causarum Palatii Apostolici Auditorum examini subjectis, quum hi, pro sua integritate & prudentia, eorum validitatem & relevantiam plenissime approbantes, in luculenta Relatione eidem Urbano Prædecessori exhibita, tam præclaras Servi Dei virtutes in gradu heroico, quam illustria in vita, & post mortem ejus intercessione patrata Miracula, satis demonstrata esse censuissent; idem Urbanus Prædecessor ipsius Causæ judicium remisit Congregationi Sacrorum Rituum: Quæ post approbatam eorundem Processuum validitatem, & examinis formam, quum decrevisset, una cum dubio de Regalati virtutibus, alterum quoque de Miraculis ipsius intercessione sequutis proponi, & expendi: quatuor infrascripta Miracula ad trutinam vocavit. Primum, quod olim in visitatione Conventuum Aquileriæ & Tribuli, quam Dei Servus pedes peragebat, intermedium spatium quadraginta millium passuum unius horæ intervallo confecisset. Alterum, quod quum collectas e communi Mensa reliquias aliquando deferret ad pauperes, ob idque a Vicario sibi occurrente objurgaretur, quod supra modum in exteros se liberalem præberet, quumque is nil aliud, quam flores deferre se asseverasset, flores revera in sacculo reperti sunt, quos neque anni tempus, neque Regionis natura suppeditare potuerant. Tertium, quod Durii Fluminis aquas, quoties increbuissent, & navicula deesset ad transfretandum, extento super eas pallio, non semel sicco pede transierit. Quartum denique, quod pauperi post ipsius obitum assueta eleemosyna præ Cœnobii foribus fraudato, eaque de re ad ipsius PETRI sepulchrum conquerenti, exerto e sepulchro brachio, panem porrexerit. Hisque admirabilibus sane prodigiis, quæ etiam a vetustissimis temporibus marmoreo Servi Dei sarcophago insculpta cernebantur, mature discussis & approbatis; peracto quoque virtutum examine, eadem Congregatio Decretum edidit die XVI. Novembris anni MDCXXX., quo tam Virtutes ejusdem Servi Dei, quam ipsa prædicta Miracula comprobata fuerunt.

Virtutum, & Miraculorum approbatio.

Quum vero paulo post, super hujusmodi judiciorum ordine & methodo, nova & consultissima ejusdem Urbani Papæ VIII. Decreta prodiissent, proindeque inducta fuisset necessitas ostendendi, quod iis paritum esset; antequam ad ulteriora in hac Causa

ſa procederetur, opus fuit planum facere, quod per centum annos, immo verius per duo fere ſæcula ante eorumdem Decretorum editionem, publicus cultus ipſi Dei Servo præſtitus fuerat. Quare poſt aliquot annorum ſilentium, percrebeſcentibus religioſis Catholicorum Principum & Populorum votis, inſtantibus quoque quampluribus Epiſcopis, univerſoque prædicto Ordine Fratrum Minorum Sancti Franciſci, Anno Domini MDCLXXV. a felic. record. Prædeceſſore pariter Noſtro Clemente Papa X., de conſilio præfatæ Congregationis Sacrorum Rituum, ſignata fuit Commiſſio pro reaſſumptione Cauſæ in ſtatu & terminis, cum facultate in primis, & ante omnia conficiendi Proceſſum particularem ſuper paritione Decretis Urbani Papæ VIII. de non cultu editis, ſeu ſuper caſu ab eiſdem excepto; & conſequenter ab Epiſcopo Oxomenſi, vigore Literarum a prædicta Congregatione ipſi directarum, confectus fuit hujuſmodi Proceſſus, ac ſententia rite prolata ſuper Cultu eidem Beato Viro a centenario tempore, & ultra, publice exhibito, ac proinde de caſu a præfatis Urbani VIII. Decretis excepto; Quam porro ſententiam in prædicta Congregatione Sacrorum Rituum reviſam, & approbatam, ſanctæ memoriæ Prædeceſſor pariter Noſter Innocentius Papa XI. Apoſtolica auctoritate confirmavit, & roboravit, Decreto edito die XVII. Auguſti anni MDCLXXXIII. Approbatio cultus.

Itaque non ſolum ipſius Beati PETRI cultus impenſioribus ſtudiis per totam Hiſpaniam aliaſque Regiones frequentari cœpit, verum etiam ſubſequutis Apoſtolicæ Sedis Indultis magnopere auctus fuit: Conceſſa primum in ipſius honorem Officii Divini, ac Miſſarum celebratione per Ordinem Fratrum Minorum de Obſervantia, & per aliquas Hiſpaniæ Diœceſes: Mox extenſo per gradus hujuſmodi Indulto ad univerſam Franciſcanorum Familiam, & ad omnes Hiſpaniarum Civitates, atque Diœceſes, cum Oratione etiam, & Lectionibus propriis, ab eadem Congregatione Sacrorum Rituum examinatis, & approbatis: Demum permiſſa ab eodem Innocentio Translatione Corporis ipſius B. PETRI ad novum, atque ſplendidius Sacellum, piorum ſumptibus in ipſius honorem excitatum. Ejuſdem cultus amplificatio.

Quoniam vero, juxta Apoſtolicarum ſanctionum Decreta, ad ſolemnem Beati Canonizationem minime procedi poterat, niſi demonſtratum fuiſſet, nova, poſt indultam venerationem, miracula ſuperveniſſe; ideo quum delatum fuerit ad fel. record. Prædeceſſorem Noſtrum Benedictum Papam XIII. nonnulla Miracula Omnipotenti Deo ad invocationem ejuſdem Beati PETRI recens patrata fuiſſe, placuit ipſi Apoſtolica auctoritate neceſſarias facultates delegare Epiſcopis Oxomenſi, & Palentino, ut juxta inſtructiones iis tranſmittendas, ſuper hujuſmodi aſſertis Miraculis Teſtes examinarent, aliaſque legitimas probationes colligerent. Hinc delatis ad Urbem Proceſſibus ab iis confectis, eorumque validitate, nec non examinis forma, in Congregatione Sacrorum Rituum recognita, & juxta ipſius Congregationis conſilium, a fel. pariter recor. Clemente Papa XII. Deceſſore Noſtro approbata; mox etiam alio Proceſſu ejuſdem Clementis auctoritate conſtructo ſuper noviſſimo Miraculo, ut ferebatur, in Diœceſi Palentina edito, cujus pariter Proceſſus validitas approbata fuit: De hujuſmodi Miraculorum relevantia, ſecundum collectas probationes, a Dilecto Filio Magiſtro Ludovico de Valentibus Promotore Fidei diligenter excuſſas, actum primo fuit inter præfatæ Congregationis Conſultores coram Dilecto Filio Noſtro Antonio Xaverio Tituli S. Stephani in Monte Cœlio Presbytero S. R. E. Cardinali Gentili nuncupato, hujus Cauſæ Ponente a Nobis deputato. Deinde, novis animadverſionibus ab eodem Fidei Promotore exaratis, iterum iidem Conſultores coram univerſis Venerabilibus Fratribus Noſtris S. R. E. Cardinalibus præfatæ Sacrorum Rituum Congregationi præpoſitis, in Quirinali Palatio Noſtro congregatis, ſententias ſuas dixerunt: Atque ita demum Cauſa plene diſcuſſa, & per noviſſimas prædicti Promotoris animadverſiones accuratiſſime cribrata, ad Noſtrum judicium delata fuit. Nos vero, omnibus geſtorum probationibus examinatis, & tam facti, & juris allegationibus, quam Petitorum judiciis, & conſultationibus perlectis; auditis etiam oretenus tum Cauſæ Poſtulatoribus, & Patronis, tum etiam præfato Promotore Fidei; Congregationem generalem prædictorum omnium tam Cardinalium, quam Conſultorum die ſecunda Junii Anni MDCCXLIV. coram Nobis coegimus. Judicium ſuper novis Miraculis inſtitutum.

Et quamvis ex tam exquiſita rerum omnium diſcuſſione, ex Conſultorum ſuffragiis,

giis, quæ a Nobis antea in scriptis oblata perpendimus; quin etiam in Summarium redacta eidem Cardinalium Congregationi per Nosmetipsos exposuimus, ac denique ex consiliis prædictorum Venerabilium Fratrum Nostrorum in eadem Congregatione a Nobis auditis, jam satis omnia videri potuissent clarissima in luce collocata: Nihilominus, ut uberiorem Cœlestis luminis gratiam perseveranti oratione impetrare mereremur, Nostram adhuc sententiam proferre distulimus, usque ad diem Festum S. Bonaventuræ ejusdem Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci; quo die, celebrata Missa in Ecclesia S. Mariæ Ara-Cœli nuncupata, solemni Decreto edito, duo infrascripta Miracula ipsius B. PETRI intercessione a Deo obtenta approbavimus, & publicavimus.

Miracula pro Canonizatione approbata.

Primum est de Cæco illuminato, Didaco nimirum Sacerdote, cognomento Plasentia, qui cum epileptico paroxismo correptus in domesticum focum prunis ardentibus refertum corruisset, eoque casu plenam ferventis aquæ ollam subvertisset, ustulata facie, crematis palpebris, & oculorum acie labefactata, omnem vivendi facultatem penitus amisit, nec eam quatuor circiter mensium spatio, pluribus etiam remediis adhibitis, nulla in parte recuperavit. Verum quod neque a natura, neque a Medicorum arte obtinere jam amplius sperabat, id ei ab Omnipotenti Deo mirabiliter concessum fuit per merita B. PETRI REGALATI, cujus Cucullum oculis suis admoveri curavit; dum ad illius Reliquiæ contactum, illico perfectissimum oculorum usum recepit, quem ad mortem usque haud imminutum retinuit.

Alterum recentius Miraculum experta fuit Birgitta Ortega in sanatione horrendi ulceris, quod ipsi ex prævio tumore, & interclusa sanie, in sinistra lumborum regione obortum, cum integumenta omnia, quibus renes continebantur, & duas quoque costas maligna corruptione depascendo absumpsisset; contracto demum callo, & acerbissimis doloribus cum febri accedentibus, jam prope erat, ut ipsam Mulieris vitam præcideret. Cum tamen illa ad BEATI sepulchrum adduci se postulasset, ibique ipsius opem apud Deum cum lacrymis implorasset, iter ingressa, ut domum rediret, sensit se repente sanatam, atque ulceris locum inspiciens, invenit amplissimam fistulam coaluisse, & cicatrice inducta, nullas alias morbi reliquias jam superesse: Quin etiam auctis sibi corporis viribus, optima deinceps usa est valetudine, dum in vita fuit.

De tuto progressu ad Canonizationem.

His itaque duobus Miraculis cognitis, & approbatis, illud definiendum supererat, an res eo adducta videretur, ut ad solemnem Beati Canonizationem tuto procedi posset: Qua in re quum jampridem dubitatum fuisset, an obstaret Decretum a Nobis editum die XXIII. Aprilis Anni MDCCXLI., quo scilicet, inter alia, statuimus, in Causis Servorum Dei per viam Cultus immemorabilis, sive Indulti procedentibus, & in quibus virtutes ex Testibus dumtaxat de auditu, sive ex coævorum Scriptorum testimoniis probatæ fuissent, quum post approbationem Cultus immemorabilis, ad solemnem Canonizationem transitus fieri vellet, non duo solum, ut olim obtinuerat, sed quatuor in posterum Miracula rite probari debere: Hujusmodi dubitatio a Nobis sublata fuerat per aliud Decretum die secunda Augusti ejusdem anni prolatum, quo declaravimus, hanc Causam ab ea lege exceptam esse, & censeri debere; ob eam nimirum justissimam rationem, quod quum jam usque a temporibus Urbani Papæ VIII., ut supra diximus, una cum heroicis B. PETRI virtutibus, quatuor simul Miracula approbata fuerint, jure dici poterat prædicto generali Decreto Nostro antecedenter paritum fuisse, proindeque ad ipsius Beati Canonizationem, non quatuor, sed duo tantum Miracula approbanda superesse. Itaque prædicta quæstione proposita in Congregatione generali Sacrorum Rituum coram Nobis habita die XXII. Septembris Anni MDCCXLIV., unanimis omnium sensus fuit, ut ad solemnem B. PETRI Canonizationem servatis servandis quandocumque procedi posset: Nosque ipsi deinde solemne Decretum in eandem sententiam edidimus die VI. Octobris ejusdem Anni.

Cumque Charissimi in Christo Filii Nostri Philippus V., & Elisabetha ejus Conjux, Hispaniarum Reges Catholici, cum reliquis ipsorum Regiæ Familiæ Principibus, oblatas jam pridem a Prædecessoribus suis Apostolicæ Sedi preces & postulationes pro hujus B. Viri Canonizatione omni studio foverent, accederentque in eum finem complurium Venerabilium Fratrum Hispaniæ Antistitum, totiusque religiosissimi Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci vota, & obsecrationes; Nos, ut in hoc gravissi-

vissimo negotio juxta præscriptam servatamque a Prædecessoribus nostris agendi normam procederemus, universi primum Collegii Venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium in Consistorio secreto VI. Idus Aprilis coram Nobis congregatorum sententiam, atque consilium exquisivimus. Quibus, post auditam a Nobis gestorum seriem, & Beati Viri præclara merita, ad legitimam Causæ hujus absolutionem unanimi voce Nos adhortantibus; non viciniores modo, sed etiam remotiores per Italiam Episcopos, & Archiepiscopos moneri curavimus, ut circiter kalendas Junias, quibus commodum esset, ad Urbem sese conferrent; quo, & instantem Natalem diem Beatorum Apostolorum Petri & Pauli, veteri more, nobiscum una celebrarent, & Nobis de sæpedicti B. PETRI REGALATI, nec non BB. Fidelis a Sigmaringa Martyris, Camilli de Lellis, & Josephi a Leonissa Confessorum, & Catharinæ de Riccis Virginis, solemni Canonizatione deliberantibus, consiliorum suorum suffragia, prout Spiritus Sanctus ipsis suggessisset, exponerent.

Ut autem præclare ipsius B. PETRI virtutes, ejusque insignia Miracula, nec non adhibitæ cautiones in totius Causæ discussione, neminem laterent, indicto prius coram Nobis plenario consessu omnium Ecclesiasticorum Ordinum, & Collegiorum, ac Magistratuum Romanæ Curiæ, mandavimus a Dilecto Filio Joseph Ascevolino nostræ Consistorialis Aulæ Advocato de præmissis omnibus verba fieri; mox etiam exactam eorundem narrationem ex authenticis documentis religiose collectam, ac Typis impressam, omnibus suffragium laturis exhiberi curavimus. Demum convocatos in Consistorio semipublico die XI. currentis Junii universos Venerabiles Fratres Nostros S. R. E. Cardinales, nec non Patriarchas, Archiepiscopos, & Episcopos, qui jam frequentes undique in Urbem convenerant, conceptis verbis requisivimus, an ad ipsius B. PETRI Canonizationem deveniendum Nobis esse censerent. Ipsi vero summo animorum consensu, gravibusque rationibus, omnes in affirmativam Sententiam ire comperti sunt. Qua de re a Dilectis Filiis Apostolicæ Sedis Notariis ibi præsentibus publica Instrumenta confici, ac præter ea suffragiorum ipsorum exempla a singulis prædictis subscripta in Tabularium Ecclesiæ Romanæ inferri mandavimus.

Consistorium Publicum.

Cardinalium, & Episcoporum suffragia in Consistorio semipublico

Nos autem priusquam de summa rei definiendo pronunciaremus, ut, quid placitum esset coram Deo, ab ipso Patre luminum edoceri mereremur; indictis per Urbem jejuniis, designatisque Ecclesiis, cum Indulgentia ab iis consequenda, qui Nobiscum Cælestem opem implorarent, orationibus, & obsecrationibus instare non prætermisimus; donec hac die coruscante Sanctorum Apostolorum Petri & Pauli Natalitio dicata, magnam venerandæ solemnitatis lætitiam, novo Ecclesiæ gaudio, per definitivæ hujusmodi Sententiæ prolationem, cumulare decrevimus. Quare, præeuntibus supplicationis generalis ritu, omnibus primum Cleri Regularis Ordinibus, cum Ecclesiarum Collegiatarum, & Basilicarum, etiam Patriarchalium, Cleris atque Capitulis, nec non præfatæ Congregationis Sacrorum Rituum Consultoribus, Nos ipsi demum cum Dilectis Filiis Aulæ Nostræ Officialibus, & Familiaribus, cum Schola Cantorum, cunctisque Romanæ Curiæ Prælatorum Collegiis, Presbyteris quoque Pœnitentiariis Sacerdotali veste indutis, denique cum Venerabilibus Fratribus Episcopis, Archiepiscopis, & Patriarchis, qui ad octoginta fere adfuerunt, universoque Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Collegio, ex Apostolicis Ædibus prodeuntes, frequenti Procerum, & Magistratuum numero stipati, & subsequentibus Apostolicæ Sedis Notariis, ac Regularium Ordinum Generalibus Superioribus, ad Basilicam Beatissimi Apostolorum Principis in Vaticano, Cœlestis Sponsæ ornatu fulgentem, Nos læti contulimus; quo Nos vocabat, & ipsa memorabilis diei festivitas, & antiquissima Prædecessorum Nostrorum consuetudo, quibus solemne fuit præclaros hujuscemodi Sanctorum triumphos non alibi, quam apud memoriam ejusdem Beati Petri Apostoli, celebrare.

Solemnia Canonizationis.

Ibi quum Dilectus Filius Noster Joachimus Tituli Sanctorum Quatuor Coronatorum Presbyter Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis Portocarrero nuncupatus, perorante Dilecto Filio Virgilio Montecatino Nostræ Consistorialis Aulæ Advocato, enixas, quas supra innuimus, supremorum Principum, Ecclesiarum, & Ordinum preces, atque postulationes, pro BEATI PETRI REGALATI, aliasque pro Beatorum Fidelis, Camilli, Joseph, & Catharinæ Canonizatione Nobis instanter repræsentasset; Instantiæ.

Nos

Nos quidem ad graviſſimi Judicii definitionem, abſque iterata Cœleſtis auxilii invocatione, procedere non audentes, decantatis cum Venerabili Conſacerdotum cœtu, & devotiſſimo Populo Sanctorum Litaniis, Deum Optimum Maximum per omnium electorum ſuorum merita precati ſumus, ut Sedium ſuarum aſſiſtricem ſapientiam in cor noſtrum immittere dignaretur. Cumque adhuc inſtantius pro exoptatæ Sententiæ prolatione ab eodem Cardinali Promotore urgeremur: Nos iterum in genua provoluti, Paraclitum Spiritum Sanctum Hymno, & Oratione ſolemni rogavimus, ut lucis ſuæ radium emittens, mentis noſtræ tenebras diſcuteret, & trepidantem adhuc fragilitatem noſtram virtutis ſuæ robore confirmaret. Denique ad reiteratas, & inſtantiſſimas præmiſſorum obſecrationes, quin potius ad manifeſta univerſæ Catholicæ Eccleſiæ vota, ad maturas deliberationes rite præhabitas, & declaratum jampridem Eccleſiaſtici Senatus conſilium reſpicientes, eaque auctoritate ſuffulti, quam Dominus Noſter Jeſus Chriſtus Beatiſſimis Apoſtolis Petro, & Paulo, Nobiſque, licet immerentibus, tribuit, in honorem Sanctæ, & Individuæ Trinitatis, Fidei Catholicæ exaltationem, & Chriſtianæ Religionis augmentum, definitivo pronunciato Decreto, prædictum PETRUM REGALATUM Ordinis Minorum Sancti Franciſci Sacerdotem expreſſe Profeſſum, Regularis diſciplinæ adſertorem, & vindicem, Chriſtianarum virtutum præſtantia, & Miraculorum gloria fulgentem, una cum ſupradictis Fideli, Camillo, Joſeph, & Catharina, Sanctum eſſe declaravimus, & Sanctorum Catalogo adſcripſimus; ſtatuentes ipſius Petri memoriam inter Sanctos Confeſſores non Pontifices ab Eccleſia univerſali quotannis die XIII. Maji pia devotione recoli debere; in Nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. *Decretum.*

Mox decantato pro debita gratiarum actione conſueto Laudis, & Confeſſionis Hymno, Noſtriſque & Eccleſiæ precibus prædictorum Sanctorum interventioni commendatis, ad Aram Baſilicæ Maximam ſupra Sacratiſſimam Confeſſionem Beati Petri Apoſtoli, incruentam Salutis Noſtræ Hoſtiam oblaturi, reverenter acceſſimus. Porro poſt Evangelicam Lectionem a Diaconibus utraque lingua recitatam, continere labia Noſtra non potuimus, quin in tam juſta ſanctaque lætitia, Sacerdotalibus vocibus ex abundantia gaudii Noſtri erumpentibus, ſplendidiſſimam alloqueremur Venerabilium Fratrum, Dilectorumque Filiorum Coronam: ut quos devota Religio, & Apoſtolicæ Sedis reverentia, non ex Urbe modo, aut ex finitimis locis, ſed ex longinquis etiam, & ultramarinis Regionibus, ad Sepulchra Apoſtolorum frequentes attraxerat, antiquis Beatorum Principum victoriis lætantes, & recenti Sanctorum triumpho plaudentes, ad eorum virtutes pro viribus imitandas, ad eorumdem Patrocinia ſtudioſe demerenda, atque in præſentibus potiſſimum calamitatibus, quibus Eccleſia Dei jamdiu conflictatur, enixe imploranda, Paterno affectu, & ſermone accenderemus. Denique, conceſſa omnibus adſtantibus plenaria peccatorum Indulgentia, his vero, qui ſingulis annis, prædicta die XIII. Maji, ejuſdem SANCTI PETRI REGALATI exuvias, aliiſque ſtatutis diebus aliorum Sanctorum prædictorum Sepulchra devote viſitaverint, ſeptem annis, & totidem Quadragenis de injunctis eis, ſeu alias debitis pœnitentiis, auctoritate prædicta in perpetuum relaxatis: Omnipotenti Deo vota noſtra reddentes, Sacroſancta Myſteria, pro totius Mundi ſalute, pro Eccleſiæ pace, pro ſanctæ Plebis incolumitate, ſolemni ritu peregimus. *Indulgentiæ.*

Quoniam vero poſt prolatam a Nobis, ut præfertur, hujuſmodi Canonizationis, & Adſcriptionis Sententiam, ab eodem Cardinali Promotore Nobis humiliter ſupplicatum fuit, ut ſuper præmiſſis omnibus Apoſtolicas Litteras perpetuo valituras decernere, atque edere dignaremur; ideo Nos juſtiſſimæ petitioni annuentes, præſentium Litterarum tenore, atque ex certa ſcientia, & Apoſtolicæ auctoritatis Noſtræ plenitudine, omnia & ſingula prædicta confirmamus, roboramus, atque iterum ſtatuimus, decernimus, univerſæque Catholicæ Eccleſiæ denunciamus: Mandantes, ut earundem præſentium tranſumptis, ſive exemplis etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo Perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides ab omnibus habeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. *Eorumque exemplis fides tribuitur.*

Sanctio. Si quis vero paginam hanc Noſtræ Definitionis, Decreti, Adſcriptionis, Mandati, Statuti, Relaxationis, & Voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire

ire præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Dat. Pontificatus Anno VI. die 29. Junii 1746.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ MDCCXLVI., III. Kalendas Julii, Pontificatus Nostri Anno Sexto.

✠ Ego Benedictus Catholicæ Ecclesiæ Episcopus.

✠ *Ego T. Episcopus Ostien. & Veliternen. Cardinal. Rufus Decanus, & S. R. E. Vice Cancellarius.*
✠ *Ego A. Episcopus Portuensis Cardinalis S. Clementis S. R. E. Camerarius.*
✠ *Ego V. Episcopus Prænestinus Card. Petra, Card. Pœnitentiarius.*
✠ *Ego P. A. Episcopus Albanen. Cardinal. Carafa.*
✠
✠ *Ego V. Episcopus Sabinen. Card. Bichius.*
✠
✠
✠
✠
✠
✠
✠ *Ego Nicolaus Maria Tituli S. Petri ad Vincula Presbyter Card. Lercari.*
✠
✠
✠
✠ *Ego F. Tit. S. Mariæ Transtyberim Presbyter Card. Burghesius.*
✠ *Ego A. Tit. S. Stephani in Monte Cœlio Presbyter Card. Gentili.*
✠ *Ego Fr. J. A. Tit. SS. Sylvestri & Martini Presbyter Card. Guadagni.*
✠ *Ego T. Tituli S. Cæciliæ Presbyter Card. de Aquaviva.*
✠ *Ego D. Tituli Basilicæ SS. Duodecim Apostolorum Presbyter Card. Rivera.*
✠ *Ego J. B. Tituli S. Mariæ Angelorum Presbyter Card. Spinula.*
✠
✠
✠
✠
✠ *Ego R. Tit. Sanctæ Sabinæ Presbyter Card. de Ilcio.*
✠
✠
✠ *Ego D. Tit. S. Bernardi ad Thermas Presbyter Card. Passioneus.*
✠ *Ego S. Tit. S. Priscæ Presbyter Card. Valenti.*
✠
✠ *Ego J. F. Tituli SS. Quatuor Coronatorum Presbyter Card. Portocarrero.*
✠ *Ego C. Tit. SS. Joannis & Pauli Presbyter Card. Paulutius.*
✠
✠ *Ego C. A. Tituli S. Mariæ de Pace Presbyter Card. Cavalchinus.*
✠
✠
✠
✠
✠
✠
✠
✠
✠ *Ego F. Tit. S. Mariæ de Populo Presbyter de Riccis.*
✠ *Ego A. Tit. S. Sylvestri in Capite Presbyter Card. Rufus.*
✠ *Ego C. Tit. S. Mariæ de Ara-Cœli Presbyter Card. Calcagnini.*
✠ *Ego P. M. Tit. S. Agnetis extra muros Presbyter Card. de Montibus.*

✠ *Ego F. Tituli S. Matthæi in Merulana Presbyter Card. Tamburini.*
✠ *Ego J. Tit. S. Crucis in Hierusalem Presbyter Card. Besozzi.*
✠
✠
✠
✠
✠
✠
✠ *Ego Carolus S. Mariæ in Via lata Diaconus Card. de Marinis.*
✠ *Ego Alexander S. Mariæ ad Martyres Diaconus Card. Albanus.*
✠ *Ego Nerius S. Eustachii Diaconus Card. Corsinus.*
✠ *Ego Agapitus S. Agathæ Diaconus Cardinalis Mosca.*
✠
✠
✠ *Ego C. S. Mariæ in Porticu Diaconus Card. Sacripantes.*
✠ *Ego M. SS. Cosmæ & Damiani Diaconus Card. Colognettus.*
✠ *Ego H. S. Angeli in Foro Piscium Diaconus Card. Columna.*
✠ *Ego P. S. Georgii in Velabro Diaconus Card. Columna.*
✠ *Ego A. S. Mariæ in Aquiro Diaconus Card. Tanari.*
✠ *Ego H. S. Adriani Diaconus Cardinalis Bardi.*
✠ *Ego D. SS. Viti & Modesti Diaconus Card. Ursinus.*

D. Cardinalis Passioneus.

J. Datarius.

VISA DE CURIA.

J. C. Boschi.

L. Eugenius.

Loco ✠ Plumbi.

Registrata in Secretaria Brevium.

XIV.

CANONIZATIO.

BEATI PETRI REGALATI Sacerdotis Professi Ordinis Minorum, Regularis Observantiæ inter Hispanos Restitutoris.

BENEDICTUS PAPA XIV.

SERVUS SERVORUM DEI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium. HUMANI generis Redemptor, Dei Filius, Sapientia Patris, ita mentes hominum, disjecta veteri, qua operiebantur, caligine, novo doctrinæ Cœlestis splendore illustravit, ut simul ad ejus lumen ductumque sequendum, maximis & pretiosis promissis languentia corda erexerit & excitaverit. Ita porro dum nos edocuit, abjecta de perituris divitiis solicitudine, Thesaurum non deficientem in Cœlo nobis parare, in eoque cogitationes & corda nostra defigere; simul etiam certissimam hujusmodi Thesauri adipiscendi spem nobis ostendit, in Dei & Patris nostri benignitate fundatam, cui placuit, humilitati nostræ Regnum æternum disponere & destinare. Quod si terreni Regni, quantumvis caduci, fastigium, vilioribus mercibus, aut parvo agello, luteisve casis, nemo non anteferret; si momentaneam oblectationis voluptatem nemo præ Imperii gloria, amplissimaque dominatione, non aspernaretur; quis erit profecto, qui mundanas, quantivis pretii, opes, potentiam, honores, comparare

re audeat cum ineffabili Cœlestis Regni beatitudine, quam Christus Dominus pusillo Electorum suorum gregi promisit? Cujus gloria non in opinione hominum, sed in Divinæ Gloriæ communione sita est; in qua bonum, quod possidetur, desideriorum mensuram excedit; ubi denique in visione ac fruitione Dei, atque in beata Sanctorum societate, plena est felicitas, perpetua jucunditas, & secura tranquillitas.

Ad hanc Cœlestis Regni promissionem advigilans, hunc vere felicitatis fontem sitiens BEATUS JOSEPH A LEONISSA, Religiosum Institutum Fratrum Minorum Sancti Francisci, quos Cappuccinos appellant, plena voluntate, & constanti devotione professus, desertam a vitiis, inviam adversariis potestatibus, & aridam a deliciis sæcularibus terram incolere statuit, ut tandem in sancto apparere Deo mereretur, atque ad illius Beatitudinis & Gloriæ consortium feliciter pervenire. Quam sanæ præclaram mercedem ipsius sanctæ conversationis, diuturnæ pœnitentiæ strenuorumque laborum, quos pro Dei honore & proximorum salute ad mortem usque toleravit, eidem Beato Viro in Cœlesti Patria a Deo retributam fuisse, eumque propterea inter Sanctos Confessores cum Christo regnantes ab Ecclesia universa colendum & venerandum esse inspectis heroicis ipsius virtutibus, nec non miraculis ejus intercessione a Deo editis, apud Nos & Apostolicam Sedem rite probatis, cum consilio & assensu Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium, & Patriarcharum, Archiepiscoporum, & Episcoporum in Romana Curia congregatorum, deque attributæ Nobis potestatis plenitudine, nuper definiendo pronunciavimus, ac præsentium Literarum tenore edicimus, statuimus, atque decernimus. *S. Joseph ortus & initia.*

Leonissæ Aprutii Oppido, ex Joanne de Desideriis & Francisca de Paulinis, in Spoletana Diœcesi, anno MDLVI. natus est JOSEPH, in Baptismate Euphranius dictus, & primo quidem apud Parentes pie ac liberaliter educatus fuit; postea vero iis defunctis, Viterbii, ubi Patruus publice docebat, adolescentiæ ætatem caste integreque transegit. Cum autem soli Deo perseveranter adhærere statuisset, oblatas sibi a Patruo honestissimas nuptias, perpetuo virginitatis proposito se obstringens, constanti animo recusavit; seque tandem ab omnibus mundi periculis, insidiis, fallaciis, terroribus, in perfectam Filiorum Dei libertatem vindicaturus, ad Religiosa Cappuccinorum Claustra apud Assisium confugit, ubi, frustra obnitentibus, consanguineis, & minas etiam adhibentibus, quo eum a sancto proposito avocarent, arctiorem Sancti Francisci Regulam professus est. *Joseph pau. per spiritu.*

Quo autem mentis ardore suave Christi jugum JOSEPH amplexus esset, facile apparuit ex incredibili studio, quo & statim ad capessendum virtutum omnium culmen totus incubuit, & nunquam deinceps a suscepto perfectionis cursu deflexit. Religiosæ paupertatis & spiritu & reipsa eximius cultor, in summa rerum inopia, in qua hujusmodi Instituti sectatores vitam degunt, complura invenit, quæ suis usibus voluntarie detraheret.

Mitis animo & humilis corde, se totum, suasque actiones & voluntates, arbitrio Superiorum, quorum mandata aperto capite, & flexis genibus excipere solebat, penitus permisit; ut quum sine eorum jussu cuicumque rei ineptum se esse duceret, eorum accedente nutu, difficilia quæque aggredi non dubitaret; Quum vero nihil de se suisque viribus præsumeret, & ne suas quidem preces apud Deum quidquam valere putaret, aliorum orationibus assidue se commendabat: Denique in vilissimis quibusque exercendis ministeriis, in ferendis contemptibus & ludibriis lætus & alacer, tunc solum tristari videbatur, quum aut munus honorificum sustinere cogeretur, aut meritæ ipsius virtuti laudes tribuerentur. *Mitis & humilis.*

At vero seipsum, pro abjecta, quam de se fovebat, opinione, sic aspere duriterque tractabat, ut difficile sit alium reperire, qui novissimis hisce sæculis pœnitentiæ ac mortificationi magis addictus fuerit. Quum enim perpetuum fere jejunium sibi indixisset, non alio plerumque pane, quam duro ac mucido, non alio obsonio, quam putridis ac semiustis leguminibus, aut crudis oleribus, non alio potu, quam corruptis aquis, aut vino cineribus conferto vitam sustentabat; & nihilominus crucifigendæ carnis suæ cupidior in dies, inusitatis flagellorum generibus suas in se ipsum manus armabat, quibus corpus suum acerrime dilaniaret; & quia non semper di ipsi licitum erat, horrida cilicia, ferreas catenas, ferreos circulos, ferream loriam, ad continuum sui cruciatum adhibebant: Et tamen hilari fronte, ac læto vultu *Pœnitentiæ deditus.*

vultu Apostolicæ prædicationis ministerium adimplens, tanto spiritus fervore afflicta membra regebat, ut nec æstus, nec frigora, nec soles, nec imbres, nec famem, nec sitim, neque labores sentire videretur; dummodo aliquod faceret animarum lucrum, ac Dei cultum & gloriam propagaret.

Justitiæ cupidus & Divini cultus amplificator. Justitiam enim esuriens & sitiens, nec de propria solum perfectione solicitus, sed ad aliorum quoque salutem procurandam ardentissimo studio intentus, quum prædicandi & evangelizandi munus ex obedientia gereret, incredibili labore ac zelo, nec minore animarum fructu, toto vitæ suæ cursu illud obivit. Frequens illi erat uno eodemque die pluries diversis populis, diversis argumentis, diversis in locis sacras conciones habere: nec tamen ideo restincta ardoris sui flamma, gaudebat privatis exhortationibus homines a vitiis avocare, ad virtutem inflammare, pueros & rudes Fidei elementis, Christianaque doctrina imbuere. Quin etiam ad Infidelium terras, ad ipsam Mahumetanæ impietatis arcem quum accessisset, non modo Fidelibus in Babylonis captivitate degentibus opportuna attulit conservandæ Religioni præsidia, sed plures Infidelesad Christianæ veritatis lucem quum adduxisset, exterminandæ impietatis cupidissimus, non dubitavit ipsum Imperii Tyrannum in Palatii sui penetralibus intrepida charitate adoriri, ut ei Evangelium Christi annunciaret. Quod sane magnanimum facinus, quum inscrutabili Dei judicio in irritum cessisset, regressus JOSEPH in Italiam, reliquum vitæ spatium in Dominicæ Vineæ cultura, per Aprutii potissimum, & Umbriæ Provincias impendit.

Misericors in proximos. In eas porro geminum Doctrinæ & Misericordiæ suæ thesaurum effudit; & sicuti, impositum sibi Apostolicum ministerium adimplens, pro æterna animarum salute utilissime semper adlaboravit; ita ad sublevandos omnes in hujus vitæ angustiis & afflictionibus constitutos, admirabilis charitatis opera indesinenter exercuit. Quos enim ad Cœlestis beatitudinis sedem veluti manuducere conabatur, eos, in mundi hujus calamitatibus oppressos jacere, quantum in ipso erat, minime patiebatur. Itaque parum est, quod pauperes omnes ad se confugientes, immo verius studiosissime a se conquisitos, omni ratione juvabat, quod iis non solum mensæ reliquias, sed ipsum paratum sibi cibum, atque etiam labores manuum suarum largiebatur; quod ægrotos quoslibet invisere, eosque piis hortationibus assiduisque officiis ac ministeriis reficere nunquam prætermittebat; quod carceribus inclusos solari, pascere, atque iis, vel judicum clementiam, vel creditorum benignitatem conciliare curabat: Sed extant ad hunc usque diem eximiæ ipsius charitatis perennia monumenta in publicis Hospitiis, pro infirmorum, aut peregrinorum perfugio, in Montibus Pietatis pro pauperum subsidio, per earum Regionum Civitates & Oppida, ipso potissimum hortante, promovente, accurante, erectis, dotatis, institutis.

Orationi ac divinorum contemplationi deditus. Cum autem in assiduis hujusmodi prædicationis & beneficentiæ operibus immensi essent ipsius labores, æquum profecto erat, ut congruam vicissim corpori animoque suo quietem & relaxationem non invideret. Hanc Joseph in religiosa Divinarum precum recitatione, ac potissimum in solitaria oratione, atque in rerum Cœlestium meditatione capiebat; quarum amore, integras sæpe noctes ante Crucifixi Domini sui effigiem insomnes ducebat; atque in ejus bonitatis sinu acquiescens, in immensæ illius charitatis profundum se immergens, ipsi suam, ipsi Ecclesiæ causam, ipsi laborum suorum fructum impense amanterque commendabat. Ad quem porro divinæ amicitiæ gradum JOSEPH erectus fuerit, tuto conjicere licet ex singularibus donis, quibus glorificavit eum Deus in conspectu hominum; ut nimirum secreta cordium introspiceret, absentia, tanquam videns enunciaret, futura prædiceret, naturæ atque elementis mirabiliter imperaret. Quis autem valeat enarrare beatas illas communicationes ac spirituales delicias, quibus Omnipotens Deus fidelem Servum suum cumulare solebat? Satis hæc manifeste apparebant ex frequentibus aspirationibus, affectibusque ardentissimis, quibus, in mediis etiam ministerii sui occupationibus, prægustatæ suavitatis memor, totus in Deum ferebatur; satis intimam illius animæ unionem cum Deo testabatur imperturbabilis illa pax, quam secum & cum proximo in omni rerum vicissitudine constanter servabat.

Pacificus s Hanc pacem, quam Salvator Noster, sua morte nobis acquisitam, exemplis præceptisque suis commendatam, veluti paternam hæreditatem discipulis suis reliquit, hanc

hanc JOSEPH in omnium Fidelium cordibus sedulo plantare curavit, in eaque potissimum evangelizanda prosperos atque mirabiles successus obtinuit. Ardebant eo sæculo inter finitimas prædictarum Regionum Civitates inimicitiæ inter familias discordiæ, simultates & inimicitiæ, inter plerosque Cives dissensiones & odia; indeque tumultus & rixæ, frequentesque cædes & homicidia, cum populorum excidio, Deique offensa, in dies oriebantur. Hanc ergo veluti furentium leonum silvam ingressus JOSEPH, succinctus pectora baltheo charitatis, & calceatus pedes in præparatione Evangelii pacis, fidei scutum, galeamque salutis assumens, & gladio spiritus, quod est Verbum Dei, instructus; tumentes undique iras compressit, odia restinxit, atque efferata dudum corda Christianæ pacis suavitate demulsit; ut nova prorsus Religionis facies, novi populorum mores brevi tempore apparuerint; ipsi vero tanquam restitutori pacis, & fundatori publicæ quietis, maxima apud homines parta gloria, majus autem præmium, pacificis a Deo promissum, in Cœlis assertum fuerit.

Verum quo majorem adipiscendi Cœlorum Regni securitatem Servo suo faceret Deus, permisit eum in tentationes varias incidere; gravissimasque persecutiones pro justitia perpeti; ut ipsius virtus per tribulationum ignem probata inveniretur in laudem & gloriam in die Domini Nostri Jesu Christi: Nam præter immane supplicium, eidem Constantinopoli ab Infidelibus irrogatum, quum intra Palatii septa deprehensum, quo ad annunciandum Christi fidem penetraverat, sublimi e trabe ferreis uncis suspenderunt, atque, igne fumoque supposito pene suffocarunt, innumeras etiam ab improbis Christianis injurias atque molestias sæpe sustinuit, dum pro suscepto sanctæ prædicationis officio, hominum vitia viriliter oppugnans, atque ita pervicacium offensionem incurrens, verberibus sæpe, & colaphis, & contumeliis impetitus, aliquando etiam in vitæ discrimen adductus fuit. Quæ tamen omnia, quum nec ipsius mansuetudinem neque constantiam loco dimovere valuerint, totidem JOSEPHO gradus facta sunt ad cœlestem triumphum, quem ipsi tandem a justo Judice tributum fuisse non est dubitandum. *Adversa patitur propter fidem, & justitiam.*

Id enim evincit ipsius pretiosa mors, quam apud oppidum Amatricis Reatinæ Diœcesis, post diuturnam infirmitatem in pietatis, & patientiæ exercitationibus transactam, anno ætatis suæ quinquagesimo septimo, ab Incarnatione Domini MDCXII. placide obiit in osculo Domini; & manifeste ostendunt illustria signa atque miracula, quæ ab Omnipotenti Deo, tum sæpe JOSEPHO vivente, tum etiam in ipsa ejus morte, & post illam, edita fuerunt; inter quæ id sane mirabile fuit, quod defuncti corpus assidua maceratione, ac morbi vi antea squallidum, inusitata coloris & speciei venustate repente florere, & suavissimum odorem exhalare cœpit; intima vero ipsius viscera, medico cultro dissecta, nulla imbuta fæce, sed lacteo quodam humore tota redundare reperta sunt. Innumeras vero gratias, ad JOSEPHI invocationem a Deo se obtinuisse testati sunt Fideles, qui ad ipsius funus undique frequentes convenerunt, propter conceptam de ipsius sanctitate opinionem; qua etiam impellente, JOSEPHI Cives, post aliquot annos, pium illud facinus audacter perpetrarunt, ut nocte quadam, occasione data, ad Amatricis oppidum accedentes, venerandum ipsius corpus asportarent, & Leonissam deferrent; firma spe ducti, magnum sibi adversus ingruentes calamitates in illius possessione, ac Servi Dei patrocinio præsidium fore. *Ipsius sancta mors, miraculis illustrata.*

Cumque ad legitimum instruendum judicium de ipsius Beatificatione & Canonizatione, nihil deesset eorum, quæ per Sacrorum Canonum & Constitutionum Apostolicarum Decreta requiruntur; nonnulli primum Processus a Locorum Ordinariis constructi, mox etiam alii Apostolica Auctoritate confecti fuerunt, ex quibus desumptæ sunt tum Virtutum Theologalium & Cardinalium, iisque adnexarum, quæ in JOSEPHO emicuerunt, tum etiam Miraculorum, ejus intercessione a Deo editorum, plenissimæ probationes; quibus per Dilectos Filios Consultores Congregationis Sacrorum Rituum, deinde per Ven. Fratres Nostros S. R. E. Cardinales eidem Congregationi præpositos, mature & ex ordine discussis, sanctæ memoriæ Prædecessor Noster Clemens Papa XII. auditis eorum consiliis, die xv. Julii Anni MDCCXXXIV. definivit; *Constare de JOSEPHI Virtutibus in gradu heroico*; ac similiter triennio post *Series actorum in causa ipsius Beatificationis.* *Approbantur ipsius heroicæ virtutes.*

Item miracula hic enunciata.

post, die nempe VIII. Junii Anni MDCCXXXVII. de duobus Miraculis constare decrevit; nimirum de puero, qui a nativitate palpebras inter se adeo junctas habebat, ut lucis usura ipsi perpetuo interclusa judicaretur; implorata vero super eum JOSEPHI ope, oculos statim aperuit, perfectumque visionis sensum deinceps obtinuit: deque Josepho Novello, qui quum gravissimo vulnere ingenu sauciatus fuisset, invocato Servi Dei nomine momento temporis sanatus fuit. Et consequenter, de ipsius pariter Congregationis consilio, idem Prædecessor ad publicum cultum JOSEPHO indulgendum progressus est: Qua de re expeditis Apostolicis Litteris die XIX. ejusdem mensis & anni, ejus Beatificationis Solemnia in Basilica Lateranensi celebrata fuerunt, aliaque religiosi cultus obsequia, ad formam Indultorum in iisdem Litteris contentorum, ipsius B. Viri memoriæ summo Fidelium studio fuerunt exhibita.

Purificatio

Causa reassumitur.

Altero autem biennio vix elapso, quum eidem Clementi Prædecessori pro parte Ministri Generalis Ordinis Minorum S. Francisci Cappuccinorum, totius Religionis suæ nomine, expositum fuisset, ipsius B. Viri Sanctitatem novis atque frequentibus Miraculis a Deo illustrari, communibusque Populorum Votis, atque etiam postulationibus clar. mem. Caroli VI. Hispaniarum Catholici & Romanorum Regis in Imperatorem electi, nec non Carissimorum in Christo Filiorum Nostrorum Magnæ Britanniæ, Poloniæ, atque Sardiniæ Regum, aliorumque supremorum Principum & Magnatum, complurium præterea S. R. E. Cardinalium, Antistitum, Ecclesiarum, atque Universitatum, exposci, ut de solemni ejusdem Beati Canonizatione, juxta Ritum & praxim Sanctæ Romanæ Ecclesiæ tandem ageretur; placuit eidem Prædecessori, præfata Congregatione approbante, pro hujusmodi Causæ reassumptione Commissionem signare, & compilationem novorum Processuum, super indicatis Miraculis post indultam JOSEPHO venerationem sequutis, auctoritate Apostolica, nonnullis Episcopis de more delegare.

Nova miracula examinantur & approbantur.

Quorum Processuum validitate approbata, Nobis jam Dei voluntate in Petri Cathedra sedentibus, sex potissimum Miracula in præfata Sacrorum Rituum Congregatione iteratis vicibus rite discussa fuerunt; de quibus, postquam Nos ipsi suffragia Consultorum perlegimus, & Cardinalium prædictorum consilia audivimus in Congregatione Generali coram Nobis habita die XXII. Septembris Anni MDCCXLIV. nihil Nos quidem tunc pronunciavimus, sed invocato sæpius Divini luminis adjutorio, novisque diligentiis jussu Nostro peractis, ut quædam tollerentur difficultates in animo Nostro subortæ, dum interim privatis studiis rem totam ad summum judicii rigorem exigeremus, demum die prima Maji Anni MDCCXLV. in Festo Sanctorum Apostolorum Jacobi & Philippi, celebrata Missa in Basilica Lateranensi, publico Decreto edito, infrascripta duo Miracula tertii generis omni ex parte probata esse declaravimus.

Miraculum I.

Primum est consolidatio crurium & femorum pueri Josephi Dionysii, qui inferiora hujusmodi membra adeo debilia & flaccida ab utero Matris attulerat, ut iis nullo modo corpus sustentare posset; quin immo quum eorum membrorum carnes, linteoli ritu, quaquaversum complicarentur, ossibus ea carere omnino putabantur: Hunc Mater biennii jam ætate nil proficientem ad Aram adduxit, sub qua BEATI JOSEPHI corpus requiescit; cumque Omnipotentem Deum pro deplorata filii sanitate per ipsius Beati merita cum lacrymis exorasset, exaudita est oratio ejus, ita ut puerum inde pedibus suis incedentem domum reduxerit.

Miraculum II.

Alterum est sanatio Antoniæ Moreliæ, cui congesta tabes in sinistra thoracis regione interiora viscera adeo infecerat, ut licet Chirurgi manu externus tumori hiatus apertus fuerit, attamen non ex eo solum, sed sæpe etiam ex ægrotantis ore, sanies mixta sanguine alternatim fluere perrexerit; assiduusque dolor cum tussi, & febri, hecticam Mulierem biennio toto afflictam detinuerit; vulnus autem contracto callo, in fistulam degeneraverit, ex qua spiritus per respirationem pectore exceptus adeo libere permeabat, ut aliquando candelæ flammam extingueret. In hoc desperato valetudinis statu, quum oleo ex lampade ante corpus BEATI JOSEPHI ardente fistulæ labia inuncta fuissent; unius noctis spatio fistula coaluit, abscessit febris, & dolor, tussis cessavit, color, viresque redierunt, atque integra, & perseverans valetudo Mulieri est restituta.

His

His igitur probatis, quum in præfata Sacrorum Rituum Congregatione coram Nobis coacta die III. Augusti ejusdem Anni MDCCXLV. proposita fuerit quæstio, an tuto procedi posset ad solemnem BEATI JOSEPHI Canonizationem, nemini dubium fuit, quin juxta praxim Apostolicæ Sedis, & Prædecessorum Nostrorum Decreta, omnia jam ad hujusmodi effectum abunde suppeterent; Nosque ipsi demum die XVII. ejusdem mensis & anni, in anniversario assumptionis Nostræ, solemne Decretum edidimus de eadem Canonizatione, servatis servandis, quandocumque peragenda. *Decretum de tuto progressu ad Canonizationem.*

Pro cujus decreti executione quum prædictorum supremorum Principum, & Antistitum, ac Populorum vota, demissæque Ordinis prædicti Fratrum Minorum Cappuccinorum preces, Nos urgere non desinerent; Tandem communicato consilio cum universo Collegio Ven. Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium in Consistorio secreto die XVIII. elapsi mensis Aprilis coram Nobis congregatorum eorumque assensu accepto; complures Ven. Fratres Arciepiscopos & Episcopos ex tota ferme Italia ad gravissimum consilium advocavimus; eorumque judicio totam hujus causæ seriem, atque omnia, quæ de virtutibus & miraculis BEATI JOSEPHI probata fuerant, tum oretenus in Consistorio publico coram Nobis habito, in quo Dilectus Filius Philippus Maria Pirellius Aulæ Nostræ Consistorialis Advocatus ipsius Beati Causam peroravit, tum etiam in scriptis exponi mandavimus; tradita nempe singulis distincta præmissorum omnium relatione, ex authenticis monumentis præfatæ Congregationis Sacrorum Rituum religiose desumpta. Quibus præmissis, aliud Consistorium die XIII. labentis mensis Junii coegimus, in quo, præter Ven. Fratres Nostros S. R. E. Cardinales, prædictos quoque Patriarchas, Archiepiscopos, & Episcopos in Romana Curia præsentes sedere jussimus, atque adstantibus Apostolicæ Sedis Notariis, & duobus antiquioribus Causarum Palatii Nostri Auditoribus, super expetita BEATI JOSEPHI prædicti Canonizatione sententias dicere. Cumque omnes ad unum pro suprema ipsius Beati glorificatione non assensum modo suum, solidis rationibus confirmatum, sed enixa etiam studia & vota sua declarassent; Nos quidem ea de re a prædictis Apostolicæ Sedis Notariis publica Instrumenta confici, ac præterea prolatorum suffragiorum exempla a singulis subscripta colligi, & in Tabularium Ecclesiæ Romanæ inferri mandavimus; Verumtamen antequam ad ferendam hujusmodi definitivam sententiam adduceremur, indictis per Urbem generalium jejuniorum diebus, designatisque ad supplicationes Ecclesiis, cum Indulgentia ab iis consequenda, qui suas cum Nostris obsecrationibus jungerent, publicas Ecclesiæ preces apud Deum Patrem luminum interponere curavimus, ut ad dirigendos sensus Nostros juxta viam suam, gratiæ suæ auxilium Nobis non denegaret. *Consistorium secretum.* *Consistorium publicum.* *Cardinalium, & Episcoporum sententiæ in Consistorio semi-publico.*

Tandem hac die, Beatorum Apostolorum Petri & Pauli triumphis decorata, in Basilica Vaticana, ad quam solemni ritu Nos præcesserunt omnes Cleri Sæcularis & Regularis Ordines, omnia Magistratuum & Officialium Romanæ Curiæ Collegia, cum prædictis Ven. Fratribus Nostris S. R. E. Cardinalibus, Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, Ecclesiasticum conventum celebrantes, antequam sacra mysteria conficeremus, exhibitis Nobis iterum iterumque a Dilecto Filio Nostro Joachimo Tituli SS. Quatuor Coronatorum Presbytero S. R. E. Cardinali Portocarrero nuncupato, per organum Dilecti Filii Virgilii Montecatini Consistorialis Aulæ Nostræ Advocati, prædictorum Christianorum Principum, Ecclesiarum, & Populorum postulationibus, ac votis pro ipsius BEATI JOSEPHI A LEONISSA, quemadmodum etiam pro Beatorum Fidelis a Sigmaringa, Camilli de Lellis, Petri Regalati, & Catharinæ de Ricciis solemni Canonizatione, implorata prius Cœlestium Spirituum, & Sanctorum omnium intercessione, atque invocato Paraclyto Spiritu, ad honorem Sanctæ & Individuæ Trinitatis, ad exaltationem Fidei Catholicæ, & Christianæ Religionis augmentum, ac de concessa humilitati Nostræ Apostolicæ auctoritatis plenitudine, ipsum B. JOSEPHUM Ordinis Minorum Cappuccinorum Sacerdotem, omnium Christianarum virtutum laude, plurimorumque miraculorum gloria, maturo Nostro, & adstantium Fratrum Nostrorum judicio cumulatissimum, una cum præfatis Fideli, Camillo, Petro, & Catharina, Sanctum esse decrevimus, & definivimus, ac Sanctorum Catalogo adscripsimus, ejusque memoriam, quam in subsequuta Missæ celebratione Nos ipsi solemniter venerati sumus, ab universa Ecclesia quotannis die IV. Februarii religiose coli mandavimus; in Nomine Patris, & Filii,

Filii, & Spiritus Sancti. Omnibus quoque Christifidelibus ad tantæ solemnitatis celebritatem congregatis, Plenariam, his vero, qui singulis annis, prædicta die, ad ejusdem Sancti Corpus venerandum accessissent, septem annorum & totidem quadragenarum Indulgentiam, in forma Ecclesiæ consueta, misericorditer in Domino largiti fuimus.

Indulgentiæ. Gaudeant igitur in Domino universæ familiæ gentium, & in vocibus exultationis jubilent Deo, qui Ecclesiam suam perpetua miseratione custodiens, præclaris eam Sanctorum exemplis quotidie instruere, meritis atque præsidiis roborare non desinit; ut quibus per Filium suum sanctissima vitæ documenta tradidit, amplissimamque Cœlestis Regni hæreditatem promisit, iisdem per Sanctos suos, nova ad currendam salutis viam incitamenta, novam semper attingendæ metæ fiduciam præbeat; ipso adjuvante & donante, qui est justitia, & sanctificatio, & redemptio Nostra; qui cum Patre, & Spiritu Sancto vivit & regnat in sæcula sæculorum.

Fides habenda Transumptis. Ut autem præmissa omnia ad universæ per Orbem Ecclesiæ notitiam perducantur, eorumque memoriam perpetuis futuris temporibus, ad Dei gloriam, & Fidelium eruditionem, indeficiens perseveret; Nos ea præsentibus Apostolicis Literis complecti & roborare voluimus, mandantes, ut harum transumptis, sive exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem ab omnibus fides habeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberentur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Sanctio. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc nostræ definitionis, decreti, adscriptionis, mandati, statuti, relaxationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Dat. Pontificatus Anno VI. die 29. Junii 1746. Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ MDCCXLVI. III. Kalendas Julii, Pontificatus Nostri Anno VI.

✠ Ego Benedictus Catholicæ Ecclesiæ Episcopus.

✠ *Ego T. Episcopus Ostien. & Veliternen. Card. Rufus Decanus, & S. R. E. Vice Cancellarius.*
✠ *Ego A. Episcopus Portuensis Cardinalis S. Clementis* [illegible]
✠ *Ego V. Episcopus Prænestinus Card. Petra, Major* [illegible]
✠ *Ego P. A. Episcopus Albanen. Card. Carafa.*
✠ *Ego I. Episcopus Tusculanus Card. Accorambonus.*
✠ *Ego V. Episcopus Sabinen. Card. Bichius.*
✠
✠
✠
✠
✠
✠
✠ *Ego Nicolaus Maria Tit. S. Petri ad Vincula Presbyter Card. Lercari.*
✠
✠
✠
✠ *Ego F. Tit. S. Mariæ Transtyberim Presbyter Card. Burghesius.*
✠ *Ego A. Tit. S. Stephani in Monte Cælio Presbyter Card. Gentili.*
✠ *Ego Fr. J. A. Tit. SS. Sylvestri & Martini Presbyter Card. Guadagni.*
✠
✠ *Ego D. Tit. Basilicæ SS. Duodecim Apostolorum Presbyter Card. Rivera.*
✠ *Ego J. B. Tit. S. Mariæ Angelorum Presbyter. Card. Spinula.*
✠
✠
✠

✠ Ego

✠ *Ego R. Tit. Sanctæ Sabinæ Presbyter Card. de Ilcio.*

✠ *Ego D. Tit. S. Bernardi ad Thermas Presbyter Card. Passioneus.*
✠ *Ego S. Tit. S. Priscæ Presbyter Card. Valenti.*

✠ *Ego J. F. Tituli SS. Quatuor Coronatorum Presbyter Card. Portocarrero.*

✠ *Ego C. A. Tituli S. Mariæ de Pace Presbyter Card. Cavalchinus.*

✠ *Ego F. Tit. S. Pancratii Presbyter Card. Lantes.*

✠ *Ego F. Tit. S. Mariæ de Populo Presbyter de Riccis.*
✠ *Ego A. Tit. S. Sylvestri in Capite Presbyter Card. Rufus.*

✠ *Ego P. M. Tit. S. Agnetis extra muros Presbyter Card. de Montibus.*
✠ *Ego F. Tituli S. Matthæi in Merulana Presbyter Card. Tamburini.*
✠ *Ego J. Tit. S. Crucis in Hierusalem Presbyter Card. Besozzi.*

✠ *Ego Alexander S. Mariæ ad Martyres Diaconus Card. Albanus.*
✠ *Ego Nerius S. Eustachii Diaconus Card. Corsinus.*
✠ *Ego Agapitus S. Agathæ Diaconus Cardinalis Mosca.*

✠ *Ego C. S. Mariæ in Porticu Diaconus Card. Sacripantes.*
✠ *Ego M. SS. Cosmæ & Damiani Diaconus Card. Bolognettus.*
✠ *Ego H. S. Angeli in Foro Piscium Diaconus Card. Columna.*
✠ *Ego P. S. Georgii in Velabro Diaconus Card. Columna.*
✠ *Ego A. S. Mariæ in Aquiro Diaconus Card. Tanari.*
✠ *Ego H. S. Adriani Diaconus Cardinalis Bardi.*
✠ *Ego D. SS. Viti & Modesti Diaconus Card. Ursinus.*

D. Cardinalis Passioneus.

J. Datarius.

VISA DE CURIA.

J. C. Boschi.

L. Eugenius.

Loco ✠ Plumbi.

Registrata in Secretaria Brevium.

CANONIZATIO.

BEATÆ CATHARINÆ DE RICIIS

Florentinæ Monialis Professæ Ordinis Prædicatorum,

BENEDICTUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium. AD nuptiale convivium, quod Rex Cœlestis præparavit Filio suo, ad quod non cessat ab origine mundi humanas animas invitare, donec Electorum numerus impleatur, omnes quidem virtutes, quibus, electæ Sponsæ tanquam dotali censu ditantur, ingressum atque aditum parant; sed virginalis potissimum corporis animique puritas adeo faciles accessus præstare consuevit, ut qui casti sunt corpore & spiritu, interdum, etiam ante statutum sponsalium diem, ad ipsa nuptialia gaudia introduci contingat, nimirum talibus tantisque de Cœlo favoribus, in hujus vitæ exilio adhuc degentes, cumulari, ut jam fere ad perfectam cum Sponso unionem in antecessum pervenisse videantur. Hoc est fortasse, quod Nobis innuunt prudentes illæ Virgines, de quibus in Evangelica Parabola legimus, quod, licet ipsæ tunc Sponsi thalamo destinatæ non essent, attamen, quum studio pervigiles, & cum ornatis ardentibusque lampadibus, & vasis oleo plenis, inventæ fuerint, adveniente Sponso, intraverunt cum eo ad nuptias; ut scilicet, pro earum captu, ineffabiles illas prægustarent delicias, quibus felices demum animæ compotes erunt, quum post expletam mortalis vitæ peregrinationem, in Templum Regis, in Sanctuarium Dei, cum lætitia & exultatione adducentur. Hoc satis aperte declaravit ipse Dominus Jesus, qui in diebus carnis suæ, Discipulum illum Virginitatis candore præstantem, præ cæteris omnibus, quos amicos suos appellavit, singularibus charitatis significationibus est prosequutus; eidemque postea secreta cælestia revelavit. Hoc sæpe deinceps in pluribus Sanctis utriusque sexus Virginibus demonstravit. Hoc denique recentius ostendit in B. CATHARINA Virgine Ordinis Prædicatorum Moniali, in cujus innocentia ac puritate ita sibi complacuit Sponsus virgo, & Virginis Filius, ut eam ad sublimissimum perfectionis culmen evectam, ac Cælestium charismatum copia perfusam, ad intimam sui familiaritatem in Terris admiserit, & tandem suæ ipsius beatitudinis participem in Cœlis fecerit; Ubi illam in sinu Dilecti certissime regnantem, & pro nobis assidue intercedentem, ab universa Ecclesia colendam ac venerandam esse (prævia virtutum ipsius, ac miraculorum in ejus gratiam a Deo editorum, cognitione, ac juridica approbatione) de Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium, necnon Patriarcharum, Archiepiscoporum, & Episcoporum in Romana Curia congregatorum, consilio & assensu, auctoritate Apostolica nuper definiendo declaravimus, decrevimus, ac statuimus,

S. Catharinæ ortus & primordia. Florentiæ clarissima Italiæ Urbe, ex Nobili Familia de Ricciis anno MDXXII. ortum habuit CATHARINA, quam parentes in Baptismate Alexandram nuncuparunt. Porro ad quam excelsum Sanctitatis apicem provecturus eam esset Omnipotens Deus, cito demonstravit præveniendo illam in benedictionibus dulcedinis, ut, quum ab ipsa puerili ætate sublimibus mentis illustrationibus, atque ineffabili cordis suavitate, in sanctæ orationis exercitio, atque in cæteris pietatis officiis exequendis, frequenter completa fuerit, jam tunc mundana gaudia despicere, & ad cœlestia ex animo adspirare assueverit. Itaque quum ad firmiorem ætatem pervenisset, & claustralis vitæ bona, in Monasterio primum S. Petri e Monticulis prope Florentiam, tum in alio S. Vincentii in Civitate Pratensi, prægustasset; frustra deinde Pater sæcularium nuptiarum splendorem & commoda ipsi proposuit, quæ in odorem Cœle-

lestis Sponsi currens, nunquam quievit, donec ei tandem permissum fuit ad prædicti Pratensis Monasterii solitudinem convolare, ibique Deo, sub regula S. Dominici, perpetuo se addicere.

Angelicam vivendi rationem statim a Tyrocinio exorsa, quum se in omni virtutum genere universæ Societati magnopere probasset, summo Sororum studio, ad Religiosam Professionem admissa fuit, quamvis ipsa præ animi demissione rejiciendam se fore pertimesceret. Perfectissima fuit CATHARINÆ obedientia, difficilioribus licet experimentis probata; absolutissima Regularis disciplinæ custodia; alacris in abjectis quibusque ministeriis obeundis promptitudo; admirabilis modestia; atque ab omni re, quæ ipsius animæ puritatem quoquo modo obfuscare aut obnubilare posset, summa aversio; assidua vero unio cum Deo, ad cujus honorem omnia sua dicta, & acta fideliter dirigebat.

Religionem ingreditur.

Tanta vero illius virtutum admiratio in Monialium animis excitata fuit, ut eam vix quintum ætatis lustrum egressam, unanimi consensu, totius Monasterii moderatricem elegerint; idque munus deinceps eidem, quantumvis invitæ, atque obediendi magis, quam imperandi cupidæ, ad annos quadraginta duos, in omnem scilicet ipsius vitam, prorogaverint. Nihil enim in ea desiderandum sibi esse intelligebant, sive ad rectitudinem atque prudentiam, sive ad vigilantiam & sollicitudinem, sive ad caritatem & comitatem, sive ad religionis & pietatis fovendæ studium, sive ad exemplum. Illam sibi ducem atque hortatricem ad spiritales profectus, illam in omni officio magistram, in omni rerum vicissitudine matrem amantissimam experiebantur, plenoque obsequio colebant, & sincero amoris affectu complectebantur. Ipsa vero ad innumeras curas, quas pro commisso sibi regimine gerebat, hoc etiam sollicitudinis addebat genus, ut abjectissima magisque laboriosa ministeria sibi reservando, eaque continenter exercendo, impositam sibi auctoritatis & elationis speciem aliqua saltem ratione extenuaret; simulque ut animum suum, multiplicatis atque protractis orationis temporibus, arctius cum Deo conjungeret; ne forte, inter avocantium negotiorum occupationes, Divinæ charitatis ignis in ejus sinu tepesceret.

Monasterii perpetuum regimen obtinet.

Qua sane re votis suis fraudata non est piissima Virgo; sed per sui ipsius contemptum in Dei amore quotidie crescens, atque ex hoc ipso in sui abnegatione magis proficiens, ad eam brevi pervenit Christianarum Virtutum perfectionem, quam per legitimas plenissimasque probationes rite demonstratam, & manifestis Divinæ Omnipotentiæ signis atque miraculis comprobatam, solemni Ecclesiæ vocabulo, Sanctitatem appellamus. Quæ quum sit omnium Christianarum Virtutum in gradu heroico, pro cujusque status & vitæ ratione plenissima complexio, perfectumque includat implementum Divinorum præceptorum & consiliorum, quæ ad stabiliendam in credentium cordibus Dei & proximi dilectionem, & ad destruendum humanæ cupiditatis regnum, a Cœlesti Legislatore tradita fuerunt; juvat his ex præclaris CATHARINÆ operibus aliqua commemorare, ex quibus demonstrata illius habituali in Deum charitate, in proximos misericordia, in semetipsam severitate, de reliquis etiam virtutibus, quibus eam cumulate præditam fuisse compertum habemus, cuilibet liceat conjectari.

Sapientiæ Cœlestis incensa studio, unum sibi proposuit, cui præ cæteris vacaret; Librum unum, quod sequeretur, exemplar; Jesum Christum, & hunc crucifixum: Quem oculis cordis jugiter aspiciendo, quem dies noctesque contemplando, adeo in illius amorem exarsit, ut nihil extra eum cogitaret, nil nisi de ipso loqui nihil, quod pro ipso & secundum ipsum non esset, agere posse videretur. Nulla res erat, nulla ejus vitæ actio, quæ non statim ipsam ad recordationem Dei, tanquam primæ originis, & finis omnium, revocaret, ejusque memoriæ dulcedine perculsam, ad ferventissimas adspirationes, in inflammata suspiria, ad subita etiam animi deliquia compelleret. Indignam se prorsus esse ajebat, quæ Divini amoris igne accenderetur; Veruntamen, si ab ejus veluti vitali flamma destitui se forte contingeret, animam vitamque suam illico defecturam fore profitebatur. Quod si in communibus vitæ actionibus Deo suo ita adhærebat, ut ab eo divelli non posset; quanto magis necesse est intimam fuisse unionem, qua illius spiritus Cœlesti Sponso, in oratione, ac mysteriorum & virtutum ejus contemplatione,

Perfectioni studet. Divino amore flagrabat,

ne, jungebatur. Tunc videre erat CATHARINAM extra se raptam, totamque in Deo absorptam, non solum spiritualium animæ facultatum, sed etiam corporeorum sensuum commercium cum creatis omnibus rebus abrumpere, ac multas sæpe horas, aliquando etiam integros dies in extasi perseverare. Illud vero præ omnibus admirabile fuit, quod meditatio passionum Christi in ea operabatur, dum ipsam in imaginem & similitudinem patientis Sponsi interius exteriusque transformans, illius dolores jam alte animo insculptos, corporis quoque motibus exprimere cogebat, itaut singulis hebdomadibus, a meridie Feriæ quintæ usque ad horam nonam Feriæ sextæ a sensibus abstracta, totam feralis Tragœdiæ seriem ordinare ad vivum repræsentaret. Quis autem vel mente assequi valeat uberrimas consolationes, quibus CATHARINÆ cor in Eucharistici panis sumptione perfundebatur? Tunc fiebat super eam manus Domini, & Gloria Domini in eam descendens, clarissimæ lucis radios, adstantium quoque oculis perspicuos, ex ipsius corpore undequaque spargebat: aliquando etiam ipsum ejus corpus a terra elevabat, ac diu in aere pendens, multis inspectantibus, sustinebat. Hinc minime mirum, si pia Virgo Cœlestium Virtutum formam ex adeo intima Sponsi consuetudine in se recipiens, eam in suis moribus, tanquam in speculi nitore, exhibebat, ac ferventissimo divinæ gloriæ zelo flagrans, tam subjectas sibi Virgines, quam obvios quosque fideles, ad amorem Dei inflammare, ad virtutem excitare curabat.

Proximos omnes charitate complectitur.

Qua in re cum ipsius Dei gloriam præ oculis præcipue habebat, tum etiam pro ingenti sua in proximos charitate, ipsorum æternam salutem magnopere spectabat. Hoc erat sane potissimum argumentum perfectæ dilectionis, qua omnes vocationis suæ consortes prosequebatur, dum scilicet Dei cultum, Religionis fervorem, virtutum omnium studium in ipsis fovere atque amplificare omni ope satagebat. Sed nec in reliqua officii sui administratione, minora ipsis maternæ pietatis studia impendebat. Summa enim erat, & jugis CATHARINÆ sollicitudo, ne quid concredito sibi gregi deesset, sive ad innocentiæ custodiam, sive ad morum disciplinam, sive ad animorum quietem & tranquillitatem, sive ad temporalis vitæ subsidia, & corporum incolumitatem. Si quæ vero ex Sororibus in morbum incidisset, ejus peculiarem curam, eique inserviendi onus sibi sumebat, ipsi dies noctesque adstare, omniaque Christianæ charitatis officia præstare gaudebat. Denique in mortis agone constitutas apud Deum juvare, earumque animas in manus Sponsi, e quibus Adversarius eas rapere non auderet, commendare, & pro viribus asserere nitebatur.

pœnitentiæ rigores in se ipsam exercet.

Neque tamen angustis Monasterii sui finibus contineri potuit ipsius charitatis amplitudo; sed quum ad omnes ubique terrarum homines dilataretur cor ejus, pro omnium salute impetranda, assiduas suas, & Sororum preces, & voluntarios etiam corporis sui cruciatus, seque totam Omnipotenti Deo, veluti Hostiam pacificam, in unionem Sacrificii Redemptionis humanæ, sine intermissione offerebat. Quin etiam ad sublevandas pauperum, & calamitosorum omnium ærumnas, quod ipsa per se præstare non poterat, id, excitata suis hortationibus ditiorum charitate, assecuta fuit, ut immensa pecuniarum vis per totam Hetruriam alendis egenis, excipiendis ægrotis, viduis, orphanis, & senibus sustentandis, virginibus collocandis erogaretur. Denique ad purgantis Ecclesiæ levamen non minori studio intenta, multiplicabat in eum finem suas preces, & lacrymas, jejunia, aliasque carnis suæ afflictationes, ut Divinæ Justitiæ pro animabus adhuc in captivitate detentis satisfacere mereretur.

Quæ omnia quum clare pateat non sine prævia sui ipsius abnegatione a CATHARINA effici potuisse, silentio tamen prætereunda non sunt, quæ de admirabili ipsius pœnitentia & mortificatione juridice cognovimus. Sane quum semel Mundo, & Satanæ per ipsam religiosæ vitæ professionem omnino renunciasset, adversus carnem suam, quam ipsi datum non fuerat una cum aliis rebus relinquere, perpetuum bellum gerendum ibi esse duxit. Itaque asperrimis flagellis instructa, ciliciis, aliisque tormentorum instrumentis onusta, frigore, inedia, vigiliis, omnique cruciatuum genere, virginale corpusculum assidue divexare & conterere non destitit; nec unquam per quadraginta & octo annos, quos in Religione transegit, carnem aut ova gustavit, sed solo plerumque pane & aqua victitare consuevit. Et tamen patiendi adhuc cupida, pro suorum & alienorum peccatorum expiatione, Dominum sæpe oravit,

vit, utse morborum, ac dolorum vi amplius probare, & ad vivum urere vellet: idque suis precibus omnia exorantibus consecutam fuisse dicendum est; cum Medici sæpe affirmaverint, præter naturam omnino esse gravissimos morbos, & acerbissimos dolores, quibus Ancilla Dei mirum in modum torquebatur.

Quod si tali in re, quæ ad illius cruciatum tendebat, Cœlestis Sponsus Dilectæ suæ preces audire non renuit; minime putandum est, ipsum, qui totius consolationis fons est & origo, CATHARINAM in angoribus & desolationibus desertam voluisse; quique justo suo Job, pro infortuniis patienter toleratis, æquissimo & clementissimo judicio, omnium amissorum bonorum duplicia reddidit, non huic innocentissimæ Virgini tribuisse, ut secundum multitudinem dolorum, quos vel libenter sustinuit, vel ipsa sibi sponte irrogavit, sanctorum solatio gaudiorum ipsius animam lætificaverit.

Itaque pro hujusmodi pœnarum acerbitate, ipsius spiritum ineffabilibus delectationibus, quæ in dextera ejus sunt, adimplevit; effusa scilicet in eam lucis & veritatis suæ communicatione, quæ ad sublimiorum veritatum cognitionem, ad intelligenda Divinorum Mysteriorum arcana ipsam deduxit; & accensa in ejus pectore beatissima charitatis suæ flamma, cujus incendii vi, ac suavitate ipsius cor, tanquam cera liquescens, deficiebat in Deum salutare suum. Spiritualibus deliciis cumulatur.

Quamvis autem sanctarum animarum gloria omnis, in hac quidem vita plerumque ab intus, in altera vero adeo supra humanum captum posita sit, ut de ea vere dicatur, quod nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparavit Deus diligentibus se; voluit tamen Omnipotens Dominus, sive ad manifestandas divitias gratiæ suæ, sive ad eruditionem nostram, tam insignium charismatum largitione CATHARINAM in terris adhuc viventem illustrare, ut omnibus liceret ex his arguere, quantam Gloriæ celsitudinem in æterna Beatitudinis sede eidem conferre decrevisset.

Ad comprobandam siquidem atque juvandam sinceram ipsius charitatem, qua afflictis opem ferre, omnibusque prodesse summopere cupiebat, dedit ei Dominus potestatem faciendi mirabilia, in instantaneis morborum depulsionibus, in rerum multiplicatione, aliisque signis atque prodigiis, quæ supra communem naturæ vim frequenter operabatur: præterea dedit ei spiritum prophetiæ, quo, sive ad proximorum correctionem, sive ad cautelam, sive ad consolationem, futura prævideret, absentia conspiceret, & cordium secreta dignosceret. Miraculorum gloria claret.

Amoris vero magnitudinem, quo Deum ipsum ex toto corde, ex tota mente, ex omnibus viribus suis diligebat, ipse vicissim præclaris bonitatis suæ significationibus abunde rependit. Sæpe etenim ipse Rex Gloriæ, in quem desiderant Angeli prospicere, corporali specie se illi videndum exhibuit, dulcissimosque cum illa sermones miscuit: aliquando idem Dominus Jesus sub specie Pueruli a Matre Virgine Angelorum Regina in ipsius ulnis est reclinatus: aliquando ejusdem Imago Cruci affixa, revulsis a trunco brachiis, mirabilibus eam beavit amplexibus. Denique ipsam in fide & charitate sibi sponsatam fulgido ornatu, ac pretiosissimis monilibus de thesauris suis decoravit. Illius enim lateri, ac manibus pedibusque sacra clavorum suorum, & lanceæ stigmata sanguine rubentia insculpsit, spineum diadema capiti imposuit; humeris vero vestigia Crucis profunde impressit. Utque magis ostenderet quanta esset inter se & CATHARINAM, spirituum, & voluntatum conjunctio, illustre signum posuit in faciem ejus, ipsam aliquando in vivam sui vultus imaginem & similitudinem transformans, ut qui CATHARINAM vidisset, ipsum Filium Dei & Filium hominis videre se existimaret. Cœlestibus favoribus & donis locupletatur.

Tantam sanctitatem, tantis illustratam prodigiis, voluit Deus ad sui Gloriam, & ad posterorum fidem, per omnia probationum genera, in summa certitudinis luce collocari: Probata est contradictionibus obloquentium, & calumniantium vituperationibus. Probata est admirantium laudibus & prædicationibus, clarissimaque fama, quæ non modo per Hetruriam, sed per alias quoque Italiæ Regiones, ac demum per universam Europam longe lateque diffusa incredibilem ad ipsam traxit hominum multitudinem ex omni conditione, etiam Regia, ex omni sexu, atque ætate, qui ad petenda consilia, ad beneficia vel spiritualia vel temporalia obtinenda, ad magni- Multimode probatur.

gnificandum Deum in mirabilibus ejus], undique ad eam confluebant. Verum ipſa CATHARINÆ virtus, inter tam diverſa hominum judicia, ſeſe luculentiſſime probavit; tum ſcilicet perpetuo, atque conſtanti innocentiæ, & ſanctitatis tenore, tum ſingulari potiſſimum humilitate, qua, & obtrectantium malignitatem, & mundanorum plauſuum vanitatem æque ſuperavit; ut toto ipſius vitæ curſu, per gloriam & ignominiam, per infamiam & bonam famam, ipſius ſecuram conſcientiam, ſolidamque pietatem nec laudes inflarint, nec opprobria defatigaverint.

In humilitate conſtans perſeverat.

In omnibus enim collatis ſibi muneribus non ſuam, ſed Donatoris excellentiam agnoſcens, ſeque Divinorum beneficiorum indignam ex animo reputans, nihil in vulgus prodire volebat, quod aliquo modo in ſui gloriam cedere poſſet. Quare cum cognoviſſet volumen quoddam rerum a ſe geſtarum, & Cœleſtium donorum, quibus a Deo quotidie cumulabatur, penes Moniales aſſervari, ab aliqua ex ipſis conſcriptum; cumque fruſtra orando, & obſecrando cum iis egiſſet, ut hujuſmodi volumen conſciſſum flammis traderetur, ipſa denique illud furtuito repertum, ſtatim in ignem conjecit. Quod ſi nihilominus ipſamet arcanas Divinæ bonitatis communicationes, in Oratione potiſſimum ſibi impertitas, cuidam ex Sororibus fideliter enarravit; id nonniſi eadem humilitate impellente, & invito prorſus animo præſtitit; ne ſcilicet imperio Confeſſarii, qui id ad multa expedire prudenter in Domino judicavit, ulla in re quantumvis ardua refragaretur. Cum vero, ex oſtenſione virtutum atque ſignorum, quæ Deus in ipſa, & per ipſam operabatur, & quorum cauſa frequens erat hominum ad Monaſterium acceſſus, vel religioſam ſanctæ ſocietatis quietem turbari poſſe metueret; vel pro ſe ipſa formidaret, ne forte in ſuperbiæ vitium declinans], inde fieret immunda vanitate, unde videbatur virtute clareſcere; non deſtitit Sponſum rogare atque orare, ut Divinis ſuis muneribus modum imponere, vel ſaltem ea mortalium oculis occultare dignaretur; donec ſua humilitate ac perſeverantia, quod poſtulabat, obtinuit.

De Catharinæ ſanctitate teſtimonia.

Ex hac ipſa perſeveranti humilitate, Viri pietate & doctrina præcipui veram nimeque fucatam CATHARINÆ virtutem agnoverunt, & tanquam ad Lapidem Lydium comprobaverunt; tum ſcilicet ipſius Ordinis Superiores, qui non ſemel de illius ſpiritu experimenta ſibi capienda eſſe duxerunt; tum etiam inſignes Eccleſiarum Præſules, inter quos Robertus olim hujus Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis Poccius nuncupatus, Epiſcopus Piſtorienſis, qui de mandato felicis recordationis Pauli Papæ III. Prædeceſſoris Noſtri, cum aliis probatiſſimis Viris, ad præfatum Monaſterium ſe contulit, ut tam evulgatam ſanctitatem ad rigidum examen revocaret: Michael item Cardinalis Alexandrinus nuncupatus, qui a Sancto Pio Papa V. ipſius Avunculo, [& Noſtro pariter Prædeceſſore, ad graviſſima hujus Apoſtolicæ Sedis, totiuſque Chriſtianæ Reipublicæ negotia tractanda Legatus miſſus, CATHARINÆ monita & conſilia expetenda ſibi eſſe cenſuit; aliique præterea ſapientiſſimi Antiſtites, & ejuſdem S. R. E. Cardinales, præſertim Marcellus Cervinius, Hippolytus Aldobrandinus, & Julius Mediceus, quos ad hanc Petri Cathedram deinde evectos, inter Venerabiles Prædeceſſores Noſtros numeramus; quique omnes illius perſpectæ ſanctitati, quadam veluti conclamatione, teſtimonium dederunt. Iſtorum graviſſimis judiciis magnum auctoritatis pondus accedit ex ſingulari exiſtimatione, qua S. Philippus Nerius, tunc in humanis agens, CATHARINAM eſt proſecutus, cujus etiam ſpiritualem amicitiam ac literarum commercium, Deo inſpirante expetivit; & aliquando in extaſim raptus, quod illi pariter familiare fuit, cum ipſe Romæ degeret, CATHARINAM in ſuo Monaſterio Prati commorantem, coram Deo, communi nimirum ipſorum amicitiæ nexu, longo tempore eſt allocutus; quemadmodum felic. record. Urbanus Papa VIII. in ſuis Apoſtolicis Literis ſuper ejuſdem Sancti Philippi Canonizatione a Gregorio XV. antea facta editis, teſtatum reliquit.

Ejuſdem pretioſa mors.

Denique anno ipſius ætatis ſexageſimo ſexto, religioſæ Profeſſionis quadrageſimo octavo, cum tempus adveniſſet migrandi ex hac vita ad Sponſum, qui charitate perpetua dilexit eam, in extrema ipſius infirmitate, nil, niſi illuſtre & ſanctimonia plenum apparuit. Siquidem Eccleſiæ Sacramenta ſummo pietatis & religionis ſenſu petiit atque ſuſcepit; ſanctiſſima Sororibus monita de omnibus vocationis earum officiis reliquit; morbi dolores invicta patientia toleravit; atque in Crucifixi amoris

ſui

sui contemplatione usque ad extremum spiritum defixa permansit; tandemque inter Angelorum concentus, quos etiam ab adstantibus Monialibus audiri Deus voluit, purissimam animam Deo reddidit, die 11. Februarii anno Domini MDLXXXIX.

Sancta Maria Magdalena de Pazzis, tunc temporis Florentiæ vivens, testivum CATHARINÆ ingressum in Cœlestem Hierusalem, & exultantes de ipsius triumpho Beatorum Spirituum choros, in mentis excessu spectavit. Communis autem, quæ invaluerat, de ipsius sanctitate opinio, ingentem populi frequentiam ad ejus funus celebrandum adduxit. Utque deinceps ipsius Sepulchrum magno in honore haberetur, in causa fuerunt crebra beneficia, & miracula, quæ plerique a Deo, per ipsius merita, se obtinuisse testabantur. *Et sanctitatis fama post obitum.*

Illius denique Sanctitatem extra omnem dubitationis aleam constituunt juridicæ probationes, quæ tam super ipsius heroicis virtutibus, quam super miraculis ad illius invocationem a Deo patratis, Episcopali primum auctoritate, mox etiam Apostolicæ Sedis delegatione collectæ, & apud hanc Sanctam Sedem diu & mature discussæ, firmissima Nobis fundamenta suppeditarunt, ut definitive tandem super ea pronunciaremus, & CATHARINÆ nomen atque memoriam Sanctarum Virginum Catalogo solemniter adscriberemus.

Primum judicium super præmissis omnibus, ante Urbani Papæ VIII. Decreta, peractum fuit ab Auditoribus Causarum Palatii Apostolici, qui & Processuum validitatem, & virtutum excellentiam, & miraculorum veritatem gravitatemque comprobarunt. Antequam vero horum cognitio S. R. E. Cardinalibus Congregationi Sacrorum Rituum præpositis assumeretur, alterum institutum fuit judicium super hujusmodi Decretorum, a præfato Urbano Prædecessore interim editorum, observantia, de qua primo quidem Episcopus Pistoriensis anno MDCLXXV., mox etiam prædicta Sacrorum Rituum Congregatio anno MDCXXIX., ac, de ipsius consilio, san. mem. Prædecessor Noster Innocentius Papa XI., plenissime constare decreverunt. *Actorum series in ipsius Causa.*

Instaurato demum ante hos triginta annos in præfata Congregatione Sacrorum Rituum novo CATHARINÆ virtutum examine; Nobis tunc in minoribus Promotoris Fidei munus gerentibus, omnibusque plene, ac severe discussis, tandem a piæ memoriæ Prædecessore quoque Nostro Benedicto Papa XIII. die VII. Martii anni MDCCXXVII. de iisdem pariter constare decretum fuit. Duo vero miracula a simili record. Decessore Nostro Clemente Papa XII. die XXX. Aprilis anni MDCCXXIV., de ejusdem Congregationis consilio, approbata fuerunt: Instantaneæ nimirum sanationes, tam Sororis Catharinæ de Bonsiis in eodem Monasterio S. *Vincentii* Professæ, ab Aneurismate; quam Sororis Elisabeth Cherubinæ Cattani in *Monasterio* S. Claræ præfatæ Civitatis Pratensis Monialis Conversæ, ab Ischiade. Hinc idem Clemens Prædecessor, datis Apostolicis Literis in forma Brevis die 1. Octobris ejusdem anni, Beatæ titulum, & honores CATHARINÆ tribui, ac deferri posse concessit. *Approbatio virtutum. Et miraculorum. Beatificatio.*

Cum vero deinceps accepisset, nova miracula, post indultam CATHARINÆ venerationem, ipsius intercessione a Deo edita esse: ad preces Catholicorum Principum & Populorum, complurium Antistitum, & universi Ordinis Fratrum Prædicatorum, quibus omnibus ipsius Beatæ Canonizatio summopere cordi erat; novos super eisdem Processus auctoritate Apostolica confici mandavit. Quorum Processuum validitate approbata, Nos denique ad Petri Cathedram inscrutabili Dei judicio interim evecti, post accuratissimum Miraculorum in ipsis relatorum examen in præfata Sacrorum Rituum Congregatione de more peractum; visis, ac respective auditis in Congregatione Generali coram Nobis habita die XXIV. Martii anni MDCCXLIV., tam Consultorum, quam Venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium eamdem Congregationem constituentium suffragiis; totaque re privatis nostris studiis iterum discussa, atque uberioribus etiam documentis, indubiam animo nostro fidem facientibus comprobata, tandem die XXVI. Maji ejusdem anni, in Festivitate S. Philippi Nerii Confessoris, cui piam cum B. CATHARINA necessitudinem intercessisse supra narravimus, celebrata Missa ad Altare, sub quo ipsius Sancti Corpus requiescit, atque implorato Spiritus Sancti auxilio, infrascripta duo miracula auctoritate Apostolica approbavimus, & publicavimus. *Causa reassumitur.*

Pri-

Miracula pro Canonizazione approbata.

Primum eſt ſecundi generis, nimirum abſoluta, & perfecta ſanatio Mariæ Clementinæ Staccioli puellæ Florentinæ ab inveterato, & exulcerato cancro in dextra mamilla, qui ſeptem primo valvulis, ſeu cavitatibus, mox duabus hians, acerbiſſimis doloribus, & periculoſis ſymptomatibus, octo annorum ſpatio eam excruciavit, nec ullis artis Medicæ remediis ſanari poterat, ſed, invocata ſemel, & iterum B. CATHARINÆ ope, adhibitoque oleo ex lampade ante ipſius corpus ardente penitus evanuit. Alterum tertii generis obtentum fuit a Sorore Maria Magdalena Fabris moniali Profeſſa Ordinis S. Dominici Auguſtæ Vindelicorum. Ea ſiquidem pertinaci Arthritide in inferioribus membris diu vexata, jamque omnino gradiendo impotens, dum, ob decretam ab Apoſtolica Sede ejuſdem CATHARINÆ Beatificationem, Hymnus pro gratiarum actione a *Sororibus* ſolemniter caneretur, ipſius BEATÆ meritis vehementer confiſa, eamque enixe precata, ad cantum Verſiculi *Te ergo quæſumus*, ſenſit ſe a Deo repente ſanatam, redditaſque ſibi vires, & liberam incedendi facultatem, qua deinceps abſque imminutione perfectiſſime uſa eſt.

Decretum de toto progreſſu ad Canonizationem.

Poſt hæc, audito iterum præfatæ Congregationis Generalis conſilio, exoratoque privatim Deo Patre Luminum, die VI. Octobris prædicti anni decrevimus, jam nihil per conſultiſſimas leges, & regulas eidem Congregationi Apoſtolica auctoritate præſcriptas, deſiderandum ſupereſſe, quo ad ſolemnem ipſius B. CATHARINÆ Canonizationem ſervatis ſervandis quandocumque procedi poſſet.

Conſiſtorium Secretum.

Ad quam demum rite, recteque, juxta Sacrorum Canonum normam, & venerabilia Prædeceſſorum Noſtrorum Inſtituta procedere volentes, univerſi primum Collegii Fratrum Noſtrorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium conſilium exquiſivimus; habito nempe Conſiſtorio ſecreto die XVIII. elapſi menſis Aprilis, in quo Nos ipſi ſummam virtutum, & miraculorum B. CATHARINÆ, nec non ſeriem actorum in ejus cauſa juridice geſtorum ipſis expoſuimus: Omnibuſque adſentientibus, ut ad ſupremam graviſſimo judicio manum imponendam progrederemur, complures Venerabiles Fratres Archiepiſcopos, & Epiſcopos ex univerſa ferme Italia in Urbem acciri mandavimus; eos quoque, juxta morem Apoſtolicæ Sedis, antequam definitivam hujuſmodi ſententiam proferremus, in conſilium adhibituri.

Conſiſtorium Publicum.

Hi omnes neceſſariam cauſæ totius cognitionem hauſerunt, tum ex peroratione in Conſiſtorio publico coram Nobis habita a Dilecto Filio Paulo Franciſco Antamorio Noſtræ Conſiſtorialis Aulæ Advocato; tum ex fideli relatione e monumentis ſæpedictæ Congregationis Sacrorum Rituum deſumpta, quæ Typis impreſſa omnibus, & ſingulis tradita fuit.

Cardinalium, & Epiſcoporum conſilia in Conſiſtorio ſemipublico.

Quapropter coacto demum die XIV. labentis menſis Junii ſemipublico Conſiſtorio, in quo præter eoſdem Fratres Noſtros Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, omnes præterea Patriarchæ, Archiepiſcopi, & Epiſcopi, qui jam tunc ad ſeptuaginta ſere hac ipſa de cauſa in Romana Curia præſentes aderant, ſeſſionem habuerunt; factaque omnibus dicendæ ſententiæ poteſtate, Venerabilem hujuſmodi Conſacerdotum coronam ſumma conſenſione audivimus ad ejuſdem præclaræ Virginis Canonizationem Nos adhortantem: Qua de re omnium ſuffragia proprio ſingulorum chirographo ſubſcripta colligi juſſimus, in Tabulariis Eccleſiæ Romanæ perpetuo aſſervanda; mandantes Dilectis Filiis Apoſtolicarum Cæremoniarum Magiſtris ibi de more adſtantibus, ut, in abſentia Notariorum Apoſtolicæ Sedis; qui Protonotarii de numero Participantium nuncupantur, ſuper hujuſmodi ſolemni actu publica Inſtrumenta, quotquot opus eſſet, conficere deberent.

Solemnia Canonizationis.

Indicta itaque pro Canonizationis celebritate hodierna die Beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli Martyriis conſecrata, non omiſimus interim in humilitate, & jejunio privatas noſtras, & publicas Eccleſiæ preces Deo Patri offerre per Filium ejus, ut Spiritus Sancti virtute mentem noſtram dirigere, & confirmare dignaretur. Hodieque tandem de mane, congregatis in Vaticano omnibus Cleri Sæcularis, & Regularis ordinibus, omnibus Romanæ Curiæ, & Aulæ Noſtræ Proceribus, & Officialibus, cunctiſque Venerabilibus Fratribus Noſtris Cardinalibus, Patriarchis, Archiepiſcopis, & Epiſcopis, ſolemnis ſupplicationis ritu Divinam Majeſtatem venerantes, ad Baſilicam Principis Apoſtolorum proceſſimus. Ibi, ſimul, ac ante Sacratiſſimam Apoſtoli Confeſſionem conſtitimus, Dilectus Filius Noſter Joachimus Tituli Sanctorum

rum Quatuor Coronatorum Presbyter ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis Portocarrero nuncupatus, perorantes Dilecto Filio Virgilio Montecatino Consistorialis Aulæ Nostræ Advocato, enixa Christianorum Regum, & Principum, Ecclesiarum, & Religiosorum Ordinum vota pro ipsius B. CATARINÆ, sicut etiam pro Beatorum Fidelis a Sigmaringa, Camilli de Lellis, Petri Regalati, & Josephi a Leonissa solemni Canonizatione, simulque maturas deliberationes super eorum meritis, & miraculis hucusque rite præhabitas, Nobis repræsentavit; Nosque semel, iterum, ac tertio rogavit, ut exoptatam dudum sententiam proferentes, Catholici Orbis gaudium compleremus. Quare Nos, implorato prius universæ Cœlestis Curiæ præsidio, & advocato cum gemitibus Paraclito Spiritu, eoque sic spirante, ad honorem Sanctæ, & Individuæ Trinitatis, ad exaltationem Fidei Catholicæ, & Christianæ Religionis augmentum, auctoritate Domini Nostri Jesu Christi, Beatorum Apostolorum Petri & Pauli, ac Nostra, prædictam CATHARINAM DE RICCHIS Virginem, Monialem Professam Ordinis Prædicatorum, Christianarum virtutum præstantia, ac Cœlestium donorum, & miraculorum gloria illustrem, Sanctam esse definiendo pronunciavimus; &, una cum prædictis Fideli Martyre, Camillo, Petro, & Josepho Confessoribus, Ecclesiasticis Sanctorum Fastis adscripsimus, decernentes ipsius S. CATHARINÆ memoriam quotannis die secunda Februarii, aliorumque Sanctorum prædictorum, aliis respective diebus, in universa Ecclesia recolendam, & venerandam esse; & concedentes omnibus Christifidelibus, qui ad eorum Sepulchra designatis diebus religiose accedet, ac Deum Optimum Maximum juxta Nostram, & piæ Matris Ecclesiæ mentem precati fuerint, Indulgentiam septem annorum, & totidem Quadragenarum, in perpetuum, in forma Ecclesiæ consueta. *Decretum definitivum.*

Tunc repletum est gaudio os nostrum, & lingua nostra exultatione, reddentesque Altissimo vota nostra, Sacrosanctum Altare conscendimus, atque immaculatam humanæ salutis Hostiam, juncta Beatissimorum Ecclesiæ Principum, & prædictorum Sanctorum Commemoratione, Omnipotenti Deo bonorum omnium Largitori reverenter obtulimus. Omnibus quoque Christifidelibus, qui ad tantæ solemnitatis celebritatem frequentes convenerant, Plenariam peccatorum Indulgentiam misericorditer in Domino largiti fuimus.

Audiant itaque universi Catholicæ Ecclesiæ Filii, & intelligant magnalia Dei, atque ad Cœlestem Hierusalem cogitationes, & corda sublevantes, Beatam hanc Virginem contemplentur candido eorum agmini sociatam, qui sequuntur Agnum quocumque ierit. Unde & illius validissimo patrocinio innixi, postulent a Deo pacem & gratiam; & ejusdem præclaris exemplis excitati, discant peritura Mundi bona despicere, & per innocentiæ custodiam, per pœnitentiæ labores, per Christianæ virtutis studium, ad perfectæ charitatis, & sempiternæ felicitatis Regnum, ad Cœlestis Gloriæ coronam contendere, per Christum Dominum nostrum.

Idcirco præmissa omnia ad universalis Ecclesiæ notitiam deduci, præsentesque nostras Literas ad perpetuam rei memoriam extare voluimus; mandantes, ut harum transumptis, sive exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides ab omnibus habeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. *Præsentium transumptis auctoritas tribuitur.*

Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc nostræ definitionis, decreti, adscriptionis, mandati, statuti, relaxationis, & voluntatis, infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. *Sanctio.*

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ MDCCXLVI. XII. Kalendas Julii, Pontificatus Nostri Anno Sexto. *Dat. Pontificatus Anno VI. die 29. Junii 1746.*

✠ Ego Benedictus Catholicæ Ecclesiæ Episcopus.

✠ *Ego T. Episcopus Ostien. & Veliternen. Cardinal. Rufus Decanus, & S. R. E. Vice Cancellarius.*
✠ *Ego A. Episcopus Portuensis Cardinalis S. Clementis S. R. E. Camerarius.*
✠ *Ego V. Episcopus Prænestinus Card. Petra, Card. Pœnitentiarius.*
✠ *Ego P. A. Episcopus Albanen. Cardinal. Carafa.*
✠ *Ego I. Episcopus Tusculanus Card. Accorambonus.*
✠ *Ego V. Episcopus Sabinen. Card. Bichius.*

✠ *Ego Nicolaus Maria Tituli S. Petri ad Vincula Presbyter Card. Lercari.*

✠ *Ego F. Tit. S. Mariæ Transtyberim Presbyter Card. Burghesius.*
✠ *Ego A. Tit. S. Stephani in Monte Cœlio Presbyter Card. Gentili.*
✠ *Ego Fr. J. A. Tit. SS. Sylvestri & Martini Presbyter Card. Guadagni.*

✠ *Ego D. Tituli Basilicæ SS. Duodecim Apostolorum Presbyter Card. Rivera.*
✠ *Ego J. B. Tituli S. Mariæ Angelorum Presbyter Card. Spinula.*

✠ *Ego R. Tit. Sanctæ Sabinæ Presbyter Card. de Ilcio.*

✠ *Ego D. Tit. S. Bernardi ad Thermas Presbyter Card. Passioneus.*
✠ *Ego S. Tit. S. Priscæ Presbyter Card. Valenti.*

✠ *Ego J. F. Tituli SS. Quatuor Coronatorum Presbyter Card. Portocarrero.*

✠ *Ego C. A. Tituli S. Mariæ de Pace Presbyter Card. Cavalchinus.*

✠ *Ego F. Tit. S. Pancratii Presbyter Card. Lantes.*

✠ *Ego F. Tit. S. Mariæ de Populo Presbyter de Ricciis.*
✠ *Ego A. Tit. S. Sylvestri in Capite Presbyter Card. Rufus.*

✠ *Ego P. M. Tit. S. Agnetis extra muros Presbyter Card. de Montibus.*
✠ *Ego F. Tituli S. Matthæi in Merulana Presbyter Card. Tamburini.*
✠ *Ego J. Tit. S. Crucis in Hierusalem Presbyter Card. Besotius.*

✠
✠
✠
✠
✠
✠ Ego Alexander S. Mariæ ad Martyres Diaconus Card. Albanus.
✠ Ego Nerius S. Eustachii Diaconus Card. Corsinus.
✠ Ego Agapitus S. Agathæ Diaconus Cardinalis Mosca.
✠
✠
✠ Ego C. S. Mariæ in Porticu Diaconus Card. Sacripantes.
✠ Ego M. SS. Cosmæ & Damiani Diaconus Card. Bolognettus.
✠ Ego H. S. Angeli in Foro Piscium Diaconus Card. Columna.
✠ Ego P. S. Georgii in Velabro Diaconus Card. Columna.
✠ Ego A. S. Mariæ in Aquiro Diaconus Card. Tanari.
✠ Ego H. S. Adriani Diaconus Cardinalis Bardi.
✠ Ego D. SS. Viti & Modesti Diaconus Card. Ursinus.

D. Cardinalis Passioneus.

J. Datarius.

VISA DE CURIA.

J. C. Boschi.

L. Eugenius.

Loco ✠ Plumbi.

Registrata in Secretaria Brevium.

DEFINITIO XVI.

Ac determinatio Causarum inter Regimen Bononiæ, & Communitates Medicinæ, Ganzanighi, Villæfontanæ &c.

BENEDICTUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

SOLICITUDINEM providi Principis cum id præcipue deceat animadvertere, ut Provinciarum suarum recte instituta divisio inviolabiliter observetur, & quælibet inferiores Civitates, Oppida, Castra, & Villæ, in iis potissime, quæ spectant ad publicum cujuslibet Provinciæ regimen, & universalem administrationem, majoris Civitatis, cui subsunt, ejusque legitimorum Præsidum jurisdictionibus, & sanctionibus obediant, ac unusquisque, cæterorum instar communia onera ferat, ne propter odiosas quorumdam immunitates, & exemptiones, id, quod aliquibus indebite remittitur, in magnum aliorum damnum refundatur; Ex debito proinde supremæ potestatis nostræ, quoties, turbato rerum ordine, alicujus Provinciæ unitatem scindi, & universitates, privatasque personas subjectionem excutere, atque ab oneribus se se subtrahere conspicimus, & exinde lites, & discordias præsertim ab antiquo tempore exortas adhuc vigere, toties ad eos radicitus præcidendas, & extirpandas, ac tribuendum tandem unicuique jus suum, animum nostrum opportune intendere non recusamus. Exordium.

 Sicut

Relatio litis jamdudum introductæ in eo, an Communitas Castri Medicinæ &c. teneatur ad solutionem Datii magni.

Sicut itaque accepimus, & aliunde quoque præcedenter ignotum Nobis non erat, inter Communitates Castri Medicinæ, annexarumque Terrarum Villæfontanæ, & Ganzanighi ex una, & Administratores Datii magni, seu Gabellæ grossæ Civitatis Bononiæ ex altera parte, lis gravissima antiquitus exorta fuit super eo, an Communitates præfatæ ad hujusmodi Datii solutionem tenerentur; necne; Quamvis autem (antiquioribus aliis Decretis consulto prætermissis) Auditor Generalis Legationis Anno millesimo quingentesimo nonagesimo, subinde Auditor Vice-Legati Anno millesimo quingentesimo nonagesimo tertio unanimi sensu quoad possessorium indulsissent Medicinensibus beneficium manutentionis in quasi possessione prætensarum exemptionum, & immunitatum, quod petitorium tamen subinde pronunciatum fuit favore Administratorum Gabellæ; Eadem vero causa in gradu appellationis Auditorio Rotæ commissa, & coram bo. mem. Magistro Buratto tunc uno ex ipsius Rotæ Auditoribus proposita, post editum rescriptum, ut videretur de bono jure etiam ad effectum manutentionis, resolutum fuit Anno millesimo sexcentesimo decimo septimo, non esse dandum Mandatum de manutenendo Administratoribus Gabellæ grossæ, & Anno deinde millesimo sexcentesimo decimo nono non esse locum descriptioni Mercium, juxta Decisiones ducentesimam octuagesimam quintam, & tercentesimam nonagesimam octavam inter impressas coram eodem Buratto. Cumque postea lis continua fuisset sub examine petitorii, & pro parte Medicinensium deduceretur: quod licet per felicis recordationis Bonifacium Papam IX. Prædecessorem Nostrum Terra Medicinæ, annexæque Villæ fuissent Bononiensi Provinciæ unitæ, & incorporatæ, attamen per bonæ memoriæ Balthassarem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalem Cossam nuncupatum, dum Legati munere fungebatur, ab eadem Provincia fuerunt dismembratæ proinde coram eodem Buratto, & successive coram similis memoriæ Magistro Ubaldo tunc dicti Tribunalis itidem Auditore, disceptato peculiari dubio super subsistentia recensitæ dismembrationis, resolutum fuit constare de dismembratione juxta alias Decisiones pariter impressas, octingentesimam vigesimam octavam coram Buratto, atque alias geminas coram Ubaldo, inter recentiores decisionem septuagesimam, & decisionem centesimam septuagesimam primam parte quinta tomo primo, adversus quas decisiones cum Administratores præfati deduxissent posteriores Apostolicas Literas piæ recordationis Martini Papæ V. etiam Prædecessoris Nostri, per quas præfata dismembratione tanquam illegitima de medio sublata, memoratas Communitates, & Loca Bononiensi Provinciæ reuniverat, & incorporaverat, adhuc tamen sub speciali dubio responsum fuit, reunionem Martini V. non suffragari, prout ex decisione quadringentesima nonagesima sexta parte quinta tomo secundo recentiorum.

Nova litis instauratio etiam super aliis incidentibus.

Quia vero quæstiones de unione, vel dismembratione præfatorum locorum, utpote percutientes jurisdictionalia Civitatis Bononiæ, non ad peculiares Administratores Gabellæ grossæ per felicis recordationis Eugenium Papam IV. usque ab Anno millesimo quadringentesimo trigesimo secundo Archigymnasio Bononiensi applicatæ, sed præsertim, & directe pertinebant ad Regimen Civitatis Bononiæ in illa causa neutiquam citatum, cujus proinde jura infirma, & non satis, aut plene deducta, haud poterant sic per indirectum lædi, aut vulnerari; hinc idem Regimen e re sua putavit, novum contra memoratas Communitates instruere Judicium, prout instruxit coram Congregatione Confinium. Verum deinde a recolendæ memoriæ Urbano Papa VIII. Prædecessore quoque Nostro commissa hujusmodi nova causa tunc existenti Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinali Camerario, qui procederet cum Voto Cameræ, hæc postquam Anno millesimo sexcentesimo quadragesimo septimo demandavit, ut, pendente lite, Medicinenses summas pro oneribus solvi solitas deponerent juxta mentem Tribunalis, prout de facto in aliquibus quantitatibus fuerunt depositæ, plures resolutiones edidit inter se varias; prius etenim rescripsit Anno millesimo sexcentesimo quadragesimo nono Communitates præfatas non esse de districtu, neque de Comitatu in casu, & ad effectum, de quo agebatur; Inde vero cum pro Gabella Vini, quæ Cameralis est, Conductos Cameræ Apostolicæ Anno millesimo sexcentesimo octuagesimo primo Medicinenses adstringeret ad solutionem, ipsi vero prætenderent manutenendos esse immunes per Bononiæ Regimen ab hoc non minus, quam a cæteris one-

oneribus Cameralibus, memoratum Cameræ Tribunal pretensioni huic primo loco adhæsit, ac subinde Anno millesimo sexcentesimo octuagesimo secundo recedendo a decisis, declaravit Regimen non teneri: successive autem Anno millesimo sexcentesimo nonagesimo octavo sub novo examine positis resolutionibus Annorum millesimi quadragesimi noni, & millesimi sexcentesimi octuagesimi secundi perstitum fuit in decisis Anno millesimo sexcentesimo quadragesimo nono quoad onera Communitativa tantum, & in decisis Anno millesimo sexcentesimo octuagesimo secundo quoad onera Cameralia tantum, ita ut Regimen non teneretur manutenere Medicinenses exemptos juxta conventiones Anni millesimi quadringentesimi undecimi, indultoque post hujusmodi rescriptum utrique parti beneficio novæ Audientiæ, causaque reproposita die decimaquinta Junii Anni millesimi sexcentesimi nonagesimi noni, suffragia æqualiter scissa fuerunt, nullaque capta resolutione negotium principale remansit ab inde imposterum indecisum, etiamsi posterioribus atque etiam intermediis temporibus, subalternæ quædam quæstiones coram pluribus Judicibus, & signanter Anno millesimo sexcentesimo septuagesimo quarto coram bonæ memoriæ Cardinali Bonacursio Legato, & Anno millesimo sexcentesimo octuagesimo sexto coram Magistro Costaguto tunc Cameræ Apostolicæ Clerico excitatæ fuerint, vel super assertis attentatis, & innovationibus pendente lite sequutis, aliisque incidentibus, & emergentibus, juxta varietatem casuum variis quoque Decretis resolutæ.

Recursu autem ad Nos habito ex parte Bononiensis Regiminis per supplicationes humiliter expositas prius ab olim Marchione Paride Maria de Grassis, & postea a dilecto Filio Fulvio Comite de Bentivoliis Civitatis Bononiæ Senatoribus, & Oratoribus apud Sanctam Sedem, relatisque præjudiciis gravissimis, quæ cæteris Bononiensis Provinciæ Communibus, Ærarioque Civitatis notissimis de causis admodum exhausto, irrogata fuerant, & adhuc irrogabantur, ex quo Medicinensis, eorumque Consortes, per tempus ultra centenarium, sub motivo litis pendentis, onera communitativa, & cameralia subire omnino recusabant, immo introductis, vel adauctis quampluribus mercimoniis, nulla persolvebant datia, vetitasque fraudes passim committebant; implorata fuit benignitas nostra, ut per opportunum, expeditumque remedium veteri huic gravissimo malo finis aliquando imponeretur, ne reassumpto judiciali tramite litis jam per sæculum & ultra indecisæ, renovatisque utrinque dispendiis, diu nimis contentionis terminus expectaretur; Materia vero, & petitio præfati Regiminis suprema providentia nostra dignæ cum apparuerint, causam, & causas a quibusvis Judicibus, & Tribunalibus ad Nos revocavimus, utque omnia rite, recteque procederent, dilecto filio Magistro Clementi Argenvilles Prælato Domestico, & Auditori Nostro specialiter mandavimus, ut susceptis hinc, & inde scriptis informationibus facti, & juris per utramque partem præsentandis, illisque invicem communicatis, receptisque similiter responsionibus, & replicationibus, ac defensoribus collitigantium, quantum oportuisset, oretenus etiam auditis, omnia Nobis distincto ordine referret.

Recurritur ad Pontif.

Qui causam ad se avocat.

Qua potestate facta, Pars utraque copiosissimas informationes impressas porrexit cum summariis tum recentiorum, tum veterum documentorum, præsertim vero eorum, quæ in libro quodam Privilegiorum, atque exemptionum Medicinæ Typis Bononiæ dato Anno millesimo sexcentesimo sexagesimo octavo continentur. Illisque omnibus sedulo examinatis, cum præfatus Magister Clemens Auditor Noster ad meliorem rei elucidationem, difficultates, quas mente conceperat, Partibus in scriptis pandidisset, & Nos etiam, ne quid remaneret occultum, in Apostolicis secretioribus Tabulariis monumenta omnia etiam antiquissima ad rem facientia inquiri, atque inde extrahi fecissemus, hinc diffusissimæ responsiones, & replicationes utrinque supervenerunt, & ita non solum, quæ antiquitus coram variis Judicibus Bononiensibus, quæ pariter in Auditorio Rotæ coram Buratto, & Ubaldo prædictis, quæque rursus in tribunali Cameræ, ipsa Camera interdum comparente, & jura Medicinensium coadjuvante, & coram aliis quoque Judicibus, sed quamplura insuper de novo inventa documenta deducta, & matura respective ponderatione ventilata fuerunt, ac per diutinam fere biennalem colluctationem discussa.

Illamque cognoscat.

Et quæstionum capita ad duo restringend.

Factaque demum ab ipso Magistro Clemente Auditore Nostro rerum omnium plenissi-

nissima relatione, atque a Nobis ipsis inter tot gravissimas Principatus Nostri curas, ad Lancem Justitiæ, & æquitatis, momentis omnibus rationum ab unaquaque parte expositarum perlustratis, atque libratis, cum sane cognoverimus, negotium in duo potissima capita dividi; Unum scilicet, utrum Terræ, & Communitates Medicinæ, Villæfontanæ, & Ganzanighi fuerint, & sint de districtu, & Comitatu Bononiæ, seu potius distinctum, & particulare Territorium constituant. Alterum vero, utrum posito, quod sint de Comitatu, & districtu, reputari, tractari, & gubernari debeant ad instar cæterorum locorum, & Communitatum Comitatus Bononiæ, tam in ordine ad Jurisdictionalia, quam respectu onerum tam Cameralium, quam communitativorum, seu potius legitime gaudere possint aliquo speciali privilegio, & exemptione: Divino semper implorato præsidio, Motu proprio, certaque scientia, ac matura deliberatione nostris, & de Apostolicæ potestatis plenitudine, utrumque controversiæ caput, in hunc, qui sequitur, modum, & formam, suprema auctoritate Nostra decidimus, & terminamus; Sicque perpetuis futuris temporibus inviolabiliter observari volumus, & mandamus videlicet.

Decidit ut infra.

I. Oppidum Medicinæ, & annexas Terras esse de Comitatu Bononiensi.

In primis debito ordine a priori capite exordientes, cum recognoverimus, enunciatas Terras Medicinæ, Villæfontanæ, & Ganzanighi usque ab Anno millesimo trecentesimo nonagesimo secundo per Bonifacium IX. prædecessorem prædictum, Comitatui Bononiensi fuisse unitas, adnexas, & incorporatas, & quamvis memoratus Balthassar Cardinalis Anno millesimo quadringentesimo tertio illas ab eodem Comitatu dismembrasset, attamen dictum Martinum V. Prædecessorem successive, Anno scilicet millesimo quadringentesimo decimo nono, dismembrationem antedictam, etiam tanquam nullam, & illegitimam revocasse, easdemque Terras de novo Comitatui Bononiensi incorporasse pariter, & univisse, ita ut deinceps de Comitatu hujusmodi esse intelligerentur, ac ab omnibus censeri deberent, & appellari, illasque Civitatis dominio, potestati, jurisdictioni, & arbitrio subjecisse, & suppofuisse; Cumque itidem Nobis plene constiterit de subsequuta, & quidem in omni genere amplissima dictæ Martinianæ reunionis observantia; nam felicis recordationis Sixtus Papa IV. similiter Prædecessor Noster, dum Anno millesimo quadringentesimo septuagesimo quinto de consilio trium Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium quæstionem confinium inter Bononienses, & *Imolenses definivit*, non modo tales designavit confines, *per quos reipsa memoratæ Terræ intra ambitum Territorii Bononiensis necessario includebantur*, sed expresse quoque declaravit, *Medicinæ Castrum Bononiensibus esse subjectum*. Item ejusdem recordationis Noster pariter Prædecessor Julius Papa II. Anno millesimo quingentesimo septimo in geminis ejus literis in forma Brevis ad supplicationem Medicinensium indultis, & expeditis, eos de districtu, & Comitatu Bononiensi reputavit, & palam enunciavit, prout similiter similis recordationis Paulus Papa III. Noster itidem Prædecessor Anno millesimo quingentesimo quadragesimo septimo confirmando augmentum Salarii Prætoris Medicinæ a Bononiensi Senatu statutum, Medicinæ oppidum tanquam sub districtu, & dominio Civitatis Bononiæ existens, enunciare non dubitavit.

Quibus Pontificiis actibus cum adstipulare comperti fuerint per duo fere sæcula ab unione Martiniana, usque ad tempus litis motæ per Regimen, alii publici, privatique Actus pene innumeri, comprehensionem Medicinensium sub districtu, & Comitatu Bononiæ unisonis semper expressionibus præseferentes; Legati enim, e Vice-Legati, Auditores, aliique Judices Bononiæ in ipsismet sententiis super prætensis privilegiis, & exemptionibus Medicinensium latis, qualitatem districtualem, seu Comitatensem ad Medicinensium petitionem perpetuo enunciarunt; Medicinenses ipsi, eorumque uniti, in resolutionibus consiliaribus, publicis Instrumentis, actibusque Judicialibus se se tanquam de Comitatu, & districtu Bononiensi asserere, exprimere, palamque evulgare non destiterunt, & ita quoque servarunt usque ad præfata tempora litis motæ Magistratus Bononienses in eorum provisionibus, & ordinationibus; qui prætera non modo per Prætores a Regimine extractos, prout extrahuntur usque ad præsens, easdem Terras gubernabant, verum insuper Capitaneos deputabant, Consiliarios eligebant, bonorum communialium divisionibus præbebant, datia exigi faciebant, licentias pro contrahendis nomine Communitatis debitis impartiebantur,

tæte-

cæterosque Jurisdictionis Actus super prædictis, non secus, ac super cæteris subjectis Communitatibus exercebant.

His itaque omnibus, ac plerisque aliis probe consideratis, ac præsertim unione Bonifaciana, & reunione Martiniana, tot subsecutis Pontificiis Actionibus, ac diuturna, amplissimaque fere bis centenaria observantia communitis, & comprobatis, quorum omnium, & singulorum tenores hic pro expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, aliisque justis de causis nobis notis, animumque nostrum, etiam independenter a præmissis, rationabiliter moventibus; Supremo judicio, & potestate nostra decernimus, decidimus, ac declaramus, & ex certa scientia, animique nostri matura deliberatione præcipimus, & mandamus, oppidum Medicinæ, annexasque Terras Villæfontanæ. & Ganzanighi, earumque Territoria, & Communitates, & particulares Personas de districtu, & Comitatu Bononiensi fuisse, & esse, ac in posterum censendas, & reputandas fore, ad instar aliarum Communitatum Gubernio, & Civitati Bononiæ sine ulla controversia subjectarum; Exceptiones vero pro parte dictarum Communitatum late allegatas tam adversus unionem Bonifacianam ex capite assertarum revocationum, sive scilicet per posteriorem ejusdem Bonifacii Prædecessoribus Bullam editam die vigesima prima Decembris Anni millesimi quadringentesimi secundi, sive per dismembrationem factam Anno millesimo quadringentesimo tertio per antedictum Balthassarem Cardinalem, sive demum per Acta sessionis ultimæ Constantiensis Concilii, quam etiam adversus Martinianam reunionem, ex prætensis subreptionis, & obreptionis Capitibus, prout quoque ex vigesimo primo subobscuro, incohærente, ac prorsus inefficaci inter quædam dicti Eugenii IV. Prædecessoris Capitula, tamquam insubsistentes, inanes, & inrelevantes, ac nullius roboris declaramus, atque rejicimus; Ac pro potiori cautela, dismembrationem præfatam jam a supradicto Prædecessore Martino V. revocatam, ac de medio sublatam, præfatumque itidem Capitulum vigesimum primum, nec non præfatas, & alias quascumque Sententias, Decreta, & Provisiones Legatorum, Vice-Legatorum, & aliorum quorumvis Judicum, ac Tribunalium, etiam Rotæ, & Cameræ Apostolicæ, & alia quævis in contrarium quomodolibet facientia, motu, scientia, & potestatis plenitudine prædictis revocamus, & abolemus, ac respective irritamus, & annullamus, recensitasque Bonifacianam, & Martinianam unionem, atque reunionem, contrariis quibuscumque non obstantibus, iisdem motu, scientia, & Apostolicæ potestatis plenitudine, tenore præsentium approbamus, confirmamus, & de novo concedimus, atque innovamus, illisque novæ, ac perpetuæ firmitatis robur adjicimus.

Hinc autem ad definitionem secundi ex duobus propositis controversiarum capitibus cohærenter ad præmissa procedentes, easdem profecto Communitates in posterum, & in perpetuum per Sanctæ Sedis Apostolicæ Legatos, ac Bononiæ Regimen, ejusque Magistratus juxta pervulgata capitula felicis recordationis Nicolai Papæ V., Gregorii Papæ XIII., & Gregorii Papæ XV. Prædecessorum Nostrorum, ac eo prorsus modo, & forma, quo cæteræ omnes indubitanter subjectæ Communitates tractantur, & gubernantur, in omnibus tractari, ac gubernari præcipimus, & mandamus: Id tantum quoad jurisdictionalia ex conventionibus usque ab Anno millesimo quadringentesimo undecimo inter Medicinenses, & Regimen tunc populare Civitatis Bononiæ initis, utpote per Gregorium Papam XIII. Prædecessorem præfatum confirmatis, declaramus, & respective præservantes, ut scilicet Prætor a Civitate ad eorumdem locorum gubernium de more mittendus, illorumque Incolis, & Habitatoribus in Civilibus, & Criminalibus jus dicturus, attendere, & observare debeat municipalia præfatarum Terrarum Statuta legitime condita ante memoratam conventionem Anni millesimi quadringentesimi undecimi, quatenus adsint, & præsentibus nostris litteris non adversentur; quatenus vero non existant, sicut etiam in iis, in quibus forte non disponunt, procedat juxta Statuta Superioris Civitatis Bononiæ, ubi hæc de controversis materiis disposuerunt, sin minus secundum juris dispositionem.

II. Communitates dicti Oppidi, & Terrarum unitarum gubernari debent a Legato San. ctæ Sedis, & Regimine Bononiensi.

Quod vero attinet ad onera realia, personalia, & mixta, pro eo sane, quod ad onera Cameralia spectat, ea videlicet, quæ a Romanis Pontificibus Ecclesiasticæ ditionis subditis imposita sunt, quæque juxta Constitutiones Apostolicas, & commune Doctorum placitum, sub Cameralium nomine veniunt, sive hæc directe per Cameram

Statuit illas teneri ad solutionem onerum Cameralium.

ram Apostolicam, ejusque Ministros, & Affictuarios, seu potius ab ipso Regimine, & Camera Bononiæ, ejusque Datiariis, & juribus, & in repræsentantia præfatæ Apostolicæ Cameræ exigantur: Ad hæc equidem onera, ad instar cæterarum huic Apostolicæ Sedis subjectarum Communitatum, Medicinenses quoque, eorumque unitos, ac Consortes, non minus pro præterito, quam pro præsenti, & futuro tempore omnino teneri, ac obligatos fuisse, & esse decidimus, definimus, atque mandamus: Bononienses vero ad illorum relevationem, seu reintegrationem, vel ad solvendum Cameralia onera pro ipsis Medicinensibus, & unitis, neque ex conventionibus Anni millesimi quadringentesimi undecimi, illarumque spiritu, seu interpretatione, nec alio quovis titulo, aut ratione adstringi potuisse, vel in futurum posse declaramus. Id ipsum vero, quod de Cameralibus oneribus definimus, atque præscribimus, ad onera quoque illa communitativa, Gabellas, & Datia, quæ ad Cameralium onerum solutionem applicata fuerunt, prout etiam ad alia communitativa, quæ vigebant ante conventiones Anni millesimi quadringentesimi undecimi, tamquam taxative loquentes de exemptione ab oneribus ex tunc in futurum imponendis, extendimus, & ampliamus.

Quo vero ad alia onera decernitur ut in corpore.

Quo vero ad cætera onera communitativa, Gabellas, & Datia, quæ post præfatas conventiones per Civitatem, & Regimen Bononiæ legitime fuerunt imposita pro publicis, & communibus ejusdem Civitatis, & Comitatus indigentiis, & quibus respective cætera subjecta Civitati Communia generaliter tenentur, pro illis quidem exemptionem, & immunitatem indultam, seu concordatam in præfatis conventionibus Anni millesimi quadringentesimi undecimi, attenta illarum confirmatione per dictum Prædecessorem Gregorium XIII. concessa Medicinensibus, eorumque consortibus suffragari decidimus, usque tamen ad diem quintam Novembris Anni millesimi sexcentesimi nonagesimi primi, & non ultra; ab eo vero tempore cum evulgata fuerit amplior, saluberrima Constitutio piæ memoriæ Innocentii Papæ XII. Prædecessoris nostris revocatoria quarumvis exemptionum quomodocumque obtentarum, & indultarum, tam ab oneribus Cameralibus, quam etiam a Commutativis; etiamsi exemptiones hujusmodi fuissent Apostolica quoque auctoritate semel aut pluries confirmatæ, approbatæ, revalidatæ, & innovatæ, vel per Judicum auctoritatem canonizatæ, quam deinde Constitutionem felicis recordationis Clemens Papa XII. pariter Prædecessor noster per alteram editam idibus Januarii Anni millesimi septingentesimi trigesimi secundi confirmavit, & renovavit, a præfato proinde tempore editæ Constitutionis Innocenti XII., declaramus exemptiones omnes ab oneribus Communitativis, Datiis, & Gabellis hujusmodi, contentas in conventionibus Anni millesimi quadringentesimi undecimi, una cum earum quibusvis etiam Apostolicis confirmationibus, & judicialibus, vel extrajudicialibus approbationibus, & canonizationibus, omnino cessasse, & penitus abrogata remansisse, neque ad evitandam earumdem Constitutionum censuram, ullum cujuscumque allegatæ onerositatis titulum Medicinensibus, eorumque Consortibus suffragari posse, & sic a tempore, ut supra, etiam ad onera prædicta Communitativa, Gabellas, & Datia tam præcedenter, quam subinde imposita, ac in futurum forsan imponenda, ad instar cæterarum oneribus hujusmodi subjectarum Communitatum persolvenda obligatos fuisse, & esse decidimus, definimus, atque præcipimus.

Et quid respectu onerum præteritorum.

Ne autem ex antiqua, & pervetusta lite, quam hac nostra perpetuo valitura definitione, Deo dante, qui pacis auctor est, & amator, terminamus, & extinguimus, alia nova lis exoriatur, & subcrescat super præteritorum onerum liquidatione a tempore, quo illa deberi mox super statuimus, præmemoratas Communitates Medicinæ, Villæfontanæ, & Ganzanighi ad eorum dumtaxat onerum sive Cameralium, sive Communitativorum, Datiorum, & Gabellarum solutionem cogi pro nunc, & compelli volumus, quorum dies cessit a Kalendis Januarii nuper incepti Anni a Nativitate Domini millesimi septingentesimi quadragesimi sexti, & respective cesserit in posterum: Quo vero ad præterita onera, Datia, & Gabellas lite pendente maturata, & non soluta, supersederi mandamus in eorum exactione, donec fuerit vera eorum quantitas coram nobis discussa, & liquidata, quam propterea discussionem, & liquidationem nobis, & supremo judicio Nostro similiter reservamus.

Cum

Cum vero præter quæstiones coram Nobis primario propositas, & ut supra definitas, peculiariter pro parte Bononiensis Regiminis, atque Administratorum Datii magni, quod vulgo *Gabella Grossa* nuncupatur, a Nobis postularetur, ut Medicinensibus, eorumque Unitis, Opificia diversarum specierum tam introducta, quam forte imposterum introducenda, omnino prohiberentur; propter damnum inde resultans tum respectu datiorum, quæ ab illis ratione pendentiæ litis denegabantur, tum quod merces exteras, quæ contra Edictorum, Bannimentorum, aliarumque Provincialium Ordinationum leges, fraudulenter, & prætensæ immunitatis obtentu, introduci, & retineri dicebantur, tum denique propter earumdem mercium extractionem, & disseminationem, quæ simili arrogata exemptione, per loca Bononiensis Provinciæ, cum publico, privatoque damno fieri asserebantur; Nos in hoc quoque supremum judicium Nostrum proferentes, opificia cujusvis generis Terris, aut Territoriis Medicinæ, Villæfontanæ, & Ganzanighi, earumque Incolis, & Habitatoribus, sive jam introducta, sive imposterum introducenda, tamquam ad publicam utilitatem, & universale commodum tendentia, nullatenus interdicimus. Quia tamen propter hoc nullum ipsi Civitati damnum, seu præjudicium in juribus suis irrogari posse intendimus: Idcirco a supradicta permissione excipimus, & pro exceptis, & non comprehensis haberi volumus omnia, & singula Opificia, omnesque, & singulas Artes, quæ ex concessione Apostolica soli Civitati hactenus indulta fuerunt, aut imposterum attribuentur, atque adeo in ipsa Civitate dumtaxat exerceri possunt, vel potuerunt, privative, & exclusive ad reliqua loca Comitatus Bononiæ. Ne autem in iis quoque, quæ, ut supra permissa sunt, fraus ulla committatur quoad Onera, Datia, & Gabellas, quibus præfatas Terras obnoxias esse declaravimus; Magistratibus Civitatis, ac dictorum Onerum, Datiorum, & Gabellarum Administratoribus, ad quos spectat, & prout spectat, præcipimus, & mandamus, ut eorumdem Datiorum, Gabellarum, & onerum exactioni sedulo incumbant, dictasque Terras, & earum Homines ad illorum solutionem omnino adstringant, cum eadem prorsus potestate, qua reliquos Comitatus, Terras, & Homines, eisdem Oneribus, Datiis, & Gabellis obnoxios, cogunt, & adstringunt: Nec non pro fraudibus evitandis, aut detegendis, in Terris, vel Territoriis præfatarum Communitatum, & ubi magis opportunum reputaverint, Officiales, & Inspectores cum opportunis facultatibus ad sui libitum deputent, atque retineant.

Præservat in dicto Opido, & Terris ea opificia, quæ soli Civitati non sunt attributa.

Utrique demum Parti super præmissis omnibus perpetuum silentium imponimus, atque os occludimus, utque præsentes litteræ plenarium semper effectum, & executionem obtineant, palam edicimus, & declaramus, quidquid a Nobis in eisdem literis sancitum, & definitum fuit, non solum pro recta Justitiæ administratione, & ea, qua fungimur supremi Judicis auctoritate decisum a Nobis, ac definitum fuisse, sed etiam pro Communi Bononiensis Provinciæ utilitate, aliisque de Causis superius memoratis, motu proprio, ac plenissima, quæ Nobis divinitus concessa est, supremi Principis potestate a Nobis statutum, decretum, atque sancitum esse.

Perpetuum silentium utrique parti imposuit.

Decernentes præsentes literas, etiam ex eo, quod prædictæ Partes, & alii quicumque in præmissis quomodolibet interesse habentes, vel habere prætendentes, illis non consenserint, vel etiam, quantum forsan optassent, auditi non fuerint, aliaque quavis de causa quantumvis juridica, & legitima, etiam tali, quæ ad effectum validitatis præmissorum necessario exprimenda foret, aut ex quocumque capite a jure, vel facto, aut Statuto, seu consuetudine aliqua resultante, seu etiam enormis, enormissimæ, & totalis læsionis, aut quocumque alio colore, etiam in corpore juris clauso, nullo unquam tempore de subreptionis, obreptionis, nullitatis, aut alio quocumque defectu notari, impugnari, in jus, vel controversiam revocari, aut ad terminos juris reduci, vel adversus illas restitutionis in integrum, aperitionis oris, reductionis ad viam, & terminos juris, aliudve facti, gratiæ, vel justitiæ remedium impetrari, seu quomodolibet concesso, & impetrato, quempiam uti, seu se juvare in Judicio, vel extra posse; sed easdem præsentes, omniaque, & singula in eis constituta, decreta, & definita, semper, & perpetuo valida, firma, & efficacia existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab omnibus, & singulis, ad quos spectat, & quomodolibet spectabit in futurum, inviolabiliter obser-

Clausulæ.

servari, eisque omnino acquiesci. Sicque, & non aliter per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, nec non ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales etiam de Latere Legatos, & Vice-Legatos, atque alios quavis auctoritate, & potestate fungentes, ac dignitate, & honore fulgentes, in quavis causa, & instantia, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, definiri, & interpretari debere; irritum quoque, & inane, si secus super his, vel eorum aliquo a quoque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Commissio Cardinali Legato pro tempore pro præmissorum observantia.

Quocirca Dilecto Filio Nostro Georgio Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinali ab Auria nuncupato, Nostro, & Sedis Apostolicæ de Latere Legato Bononiæ commoranti, expresse committimus, quatenus statim visis præsentibus, ad immediatam, & integram earum executionem, quocumque judiciali actu postposito, brachium suum fortiter, & efficaciter impertiatur, sicque ipsum Georgium Cardinalem Legatum, cæterosque pariter ejus successores in perpetuum pro tempore futuros Legatos, ac Vice-Legatos, quoties, & quandocumque requisiti fuerint, sua auctoritate semper adesse volumus, & mandamus, ut quælibet a Nobis sive respectu Jurisdictionis, sive respectu solutionis onerum Cameralium, & Communitativorum, omnisque generis Datiorum, & Gabellarum, per ipsas præsentes definita, & constituta sunt, expeditum, & plenarium finem, & effectum omnino sortiantur, & obtineant, quocumque recursu, appellatione, seu inhibitione cujusvis Judicis, & Tribunalis, omnino posthabitis, & non attentis, præterquam commissione nostra dumtaxat, aut successorum nostrorum manu signata.

Derogatio contrariis.

Non obstantibus, quatenus opus sit, de non tollendo jure quæsito, aliisque nostris, & Cancellariæ Apostolicæ regulis, ac recolendæ memoriæ Pii Papæ IV. Prædecessoris nostri de gratiis interesse prædictæ Cameræ Apostolicæ quomodolibet concernentibus in eadem Camera registrandis, & insinuandis, aliisque Apostolicis, etiam in Universalibus, Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis specialibus, vel generalibus Constitutionibus, nec non Civitatis, & Provinciæ Bononiensis, ac Communitatum prædictarum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis respective Statutis, Consuetudinibus, usibus, & stabilimentis, Privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis, illis, earumque Præsidentibus, & Personis, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, nec non irritantibus, & aliis decretis, etiam per modum Statuti, & perpetuæ ordinationis in genere, vel in specie, ac alias quomodolibet, etiam iteratis vicibus concessis, approbatis, & innovatis, Privilegiis pariter, Diplomatibus, Literis Patentibus, Capitulis, Conventibus, Decretis, Sententiis, & aliis contentis in libro, cui Titulus: *Privilegia, Exemptiones, & alia ad favorem Communitatis Medicinæ*: Bononię impresso Anno Domini millesimo sexcentesimo sexagesimo octavo; Decisionibus quoque, & Sententiis editis contra Administratores Gabellę grossę prædictæ coram Buratto, & Ubaldo antedictis, ac rescriptis omnibus prædictæ Cameræ Apostolicæ, & Judicatis quibuscumque cujusvis judicis, & Tribunalis quacumque potestate fungentis, etiam Legati a Latere, Vicelegati, & Gubernatoris Generalis; Quibus omnibus, cæterisque contrariis quibuscumque, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per Clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita, servata, inserti forent, præsentibus pro plene, ac sufficienter expressis, & insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse, ac latissime, & plenissime motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus harum serie derogamus; Eaque respective, quatenus præsentibus Nostris Literis quomodolibet adversari comperiantur, irritamus, revocamus, abrogamus, & abolemus.

Fides præstanda transumptis.

Volumus autem, ut earumdem præsentium Transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus Personæ in dignitate Ecclesiastica

ſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus Fides in Judicio, & extra adhibeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Noſtræ definitionis, ſanctionis, declarationis, Conſtitutionis, Decreti, Statuti, Mandati, abrogationis, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ millesimo ſeptingenteſimo quadrageſimo quinto, ſeptimo Idus Martii Pontificatus Noſtri Anno Sexto. Die 6. Martii 1746.

J. Datarius.

Pro D. Cardinalis Paſſioneus.

Joannes Florius Subſtitutus.

VISA DE CURIA.

J. C. Boſchi.

J. B. Eugenius.

Regiſtrata in Secretaria Brevium.

DE RETINENDA CRUCIFIXI

Salvatoris Imagine palam & viſibiliter expoſita ſuper Altaribus, ad quæ Miſſarum ſacrificia peraguntur.

Venerabilibus Fratribus Archiepiſcopis, Epiſcopis, & Ordinariis Ditionis Eccleſiaſticæ.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Venerabiles Fratres, ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

ACCEPIMUS præſtantium Virorum teſtimoniis jampridem in quibuſdam Pontificiæ Ditionis Civitatibus inductam eſſe conſuetudinem, quæ licet pietatem, ac religionem præſeferat, Eccleſiæ tamen inſtitutis, ac diſciplinæ plurimum adverſatur. Idem Nos ipſi deprehendimus in aliquibus Eccleſiis hujus noſtræ Romanæ Urbis, & aliis pariter, quæ Epiſcopis Suburbicariis ſubjciuntur. Quapropter muneri Noſtro deeſſe magnopere videremur, niſi de hac re monerentur illi, qui pro ſpirituali hujus Civitatis regimine Miniſtri a Nobis conſtituti ſunt, & alii, qui Suburbicariis Epiſcopatus, vel alterius Civitatis in Ditione Pontificia ſedem obtinentes curam gerunt animarum. Cauſa ſcribendi deſumitur ex conſuetudine, quæ licet pia, Eccleſiæ tamen diſciplinæ adverſatur.

In Altaribus, quæ per Eccleſias erecta ſunt, & in quibus Sacrum fieri conſuevit, præter majorem Tabulam, quæ vel depictam, vel inciſam exhibet imaginem Sancti, in cujus nomen, & memoriam Altare conſecratum eſt, adjungi cœpit alia minor Tabula, in qua vel coloribus exprimitur, vel ære, ligno, aut marmore inciditur Effigies alterius Sancti, itaut Crux auferatur; quæ, juxta Rubricas, inter Candelabra collocari debet: Cum vero neminem lateat, rem Divinam confici non poſſe, niſi Crux cum Imagine Sanctiſſimi Crucifixi ſuper Altari conſtituatur; hinc minori Tabulæ In Altaribus præter majorem Tabulam alia minor collocatur, & Crux inter Candelabra poſita aufertur, &

illius loco parva Crux minori Tabulæ superadditur. bulæ superadditur exiguus adeo Crucifixus, ut neque Presbyteri celebrantis oculis facile occurrat, neque ab ullo alio distingui ferme occurrat, neque ab ullo alio distingui ferme possit, nisi hic diligenter perscrutetur, utrum super Altari revera Crucifixi Imago posita fuerit.

Pont. improbare non intendit, ut plures Sancti, in uno Altari Fidelium venerationi proponantur: Sed ad Missæ Sacrificium celebrandum non permitit ut parva Crux super Altari ponatur. Equidem non improbamus, quod idem Altare in plurium Sanctorum nomen, ac memoriam dedicetur, quodve in majori Tabula aut unus tantum, aut plures etiam Sancti pingantur, vel denique, quod alia minor Tabula collocetur inferior, aut alio quocumque modo, ubi unus, vel plures Sancti Fidelium venerationi proponantur. Illud permittere nullatenus possumus, quod Missæ Sacrificium in his Altaribus celebretur, quæ careant Imagine Crucifixi, vel ipsa incommode statuatur ante Presbyterum celebrantem, vel ita tenuis & exigua sit, ut ipsius Sacerdotis & Populi assistentis oculos pene effugiat: Id enim alienum est a Legibus, & Institutis Ecclesiæ, quæ in Rubricis, aliisque Ecclesiasticis Sanctionibus continentur: Id etiam maxime contrarium est Sacræ antiquitati, & Ecclesiarum, etiam Orientalium, consuetudini; itaut certissimum fit violari Leges Ecclesiæ, si exigua solum Imago Crucifixi præfigatur minori Tabulæ, vel Statuæ Sancti, qui superadditur, ut illum Fideles venerentur.

Præceptum Rubricæ Missalis in hac parte. Item pontificalis Romani. In Rubricis Missalis *tit. de præparatione Altaris, & ornamentorum ejusdem*, hæc leguntur: *Super Altare collocetur Crux in medio, & Candelabra saltem duo cum Candelis accensis hinc & inde in utroque ejus latere.* In Romano Pontificali *titul. de Consecratione electi in Episcopum*; cum sermo est de Altari, ubi consecrandus Episcopus Sacrum operatur usque ad Offertorium, quo peracto Missæ Sacrificium prosequitur in alio Altari, ubi Episcopus consecrans rem Divinam facit; in eo, inquam, Pontificali hæc habentur: *In Capella vero minore pro Electo, quæ sa majore debet esse distincta, addatur Altare cum Cruce, & duobus Candelabris.* Cæremoniale autem

Item Cæremonialis Episcoporum. Episcoporum postquam *lib. 1. cap. 12.* commemoravit Candelabra, & Candelas, hæc addit: *In quorum medio collocabitur Crux ex eodem metallo, & opere, præalta, itaut pes Crucis æquet altitudinem vicinorum Candelabrorum, & Crux ipsa tota Candelabris supereminat, cum Imagine Sanctissimi Crucifixi versa ad anteriorem Altaris faciem.*

Sententia Pontificis in ejus Opere de sacrificio Missæ. Nos ipsi verba fecimus de hoc veteri ritu collocandæ Crucis in Altari, cum Sacrum peragitur, in nostris Commentariis *De Sacrificio Missæ*, quæ Italico sermone a Nobis confecta fuerunt *par. 4. sect. 1. num. 17. ac sequentibus*: Plura deinde addidimus *sect. 1. §. 18. & 19.* cum ipsa latine reddita lucem iterum publicam adipexerunt. His etiam adjungimus, ob vetustatem præsertim hujusce Ritus, tantam venerationem, cultumque semper exhibitum fuisse Cruci, quæ in medio Altari collocatur, cum Missæ Sacrificium conficitur, ut Novatores ipsi magis infensi, illam de medio auferre prohibuerint, cum suam Cœnam instituunt; hæc testatur Gretserus *in suo Tractatu de Cruce cap. 23. tom. 1.* ejus editionis, quæ postremo typis vulgata fuit.

Concordant Ritus Orientalium. Si vero disciplinam Orientalium inspiciamus, Græcis in more positum est, ut ad Portam Reginam Sanctuarii utroque latere Imagines Christi Domini, ac Beatæ Virginis, & super Altari Crucem una cum Libro Sanctorum Evangeliorum constituant: In Lyturgia vero Copto-Arabica, quæ desumpta ex manuscriptis Codicibus Vaticanis impressa fuit anno 1736. in Collegio Urbano de Propaganda Fide, *pag. 33.* indicitur Sacerdoti celebranti, ut Benedictionem cum Cruce Populo impertiat, eam deinde osculetur, ac Diacono tradat, qui ipsam super Altari collocat. Postremo Ritus Syriacus Maronitarum eadem prorsus decernit, quæ in Rubricis Romani Missalis præscribi superius indicavimus. Nam Patriarcha Stephanus *lib. 3. tract. 3. sect. 4.* ita scriptum reliquit: *Mos iste in omnibus Ecclesiis inolevit, ut supra Altaris gradum salutiferæ Crucis vexillum collocetur.* In Synodo etiam Nationalium, quæ coacta fuit *anno* 1736. in Monte Libano, quam Literis Apostolicis Nos ipsi confirmavimus, *par. 2. cap. 13. de Sacrosancto Missæ Sacrificio can. 8.* ita sancitum est: *Super Altare collocetur Crux in medio, & Candelabra saltem duo cum Candelis accensis hinc & inde in utroque ejus latere.*

De quæstione an sufficiat super Scriptores, qui sacros ritus explicarunt, nonnullas disputationes instituunt; ac pri-

primo, utrum satis sit nudam Crucem in Altari statuere, an Imago Crucifixi addenda simul videatur. Equidem Rubricæ Missalis solam Crucem commemorant. Cum tamen Cæremoniale Episcoporum Crucem una, & Crucifixum nominet, idque communi Ecclesiæ consuetudini consentaneum sit, hanc ideo sententiam probandam nemo sapiens dubitabit. Ita sentiunt Gavantus, Claudius la Croix, qui *lib. 6. par. 2. de Sacrificio Missæ num.* 218. fatetur, ob veterem communemque usum, sine Imagine Crucifixi, quæ pendeat e Cruce, rem Divinam fieri non posse, nisi necessitas intervenerit: Et profecto initio Ecclesiæ, cum Fideles concitare ad furorem Gentilem magnopere timerent, si Christum Crucifixum publice adorandum proponerent; Crucem tamen pluribus modis exornatam palam exponebant, atque incisum, vel depictum Cruci apponebant Agnum, qui Typus amantissimi Salvatoris semper habitus est, ut eo saltem modo Crucifixi Imaginem exhiberent: Id conspicitur adhuc in nonnullis hujus Civitatis Ecclesiis, & testimonio etiam Magrii comprobatur *in ejus Hierolexico, in vocabulo* CRUX. Altari Crux nuda, vel debeat e cum Crucifixo.

Secundo loco inquiritur, utrum Crucifixus pendens a Cruce debeat in Altari constitui, etiamsi Salvator noster Crucifixus in majori Tabula Altaris depictus, aut cælatus appareat. Gavantus id quidem probat; alii vero necessarium id minime arbitrantur, dummodo tamen Crucifixus in majori Tabula vel pictus, vel cælatus, primum locum obtineat præ cæteris omnibus, quæ in eadem Tabula exprimuntur. Ita censent Pasqualigus *de Sacrificio Missæ quæst.* 716. Quartus *ad Rubricas Missalis par.* 1. *tit.* 20. *dub.* 10 & Gribaldus *de Sacramentis in tract.* 5. *de Sacrificio Missæ cap.* 9. *dub.* 2. *num.* 10. Huic pariter sententiæ se conformavit Congregatio Sacrorum Rituum, uti constat ex responsione, quam ipsa promulgavit *anno* 1663. & quam Meratus recenset *tom.* 1. *par.* 1. *tit.* 20. *de præparatione Altaris n.* 6. & in Indice Decretorum *eodem tom.* 2. *n.* 400. De alia quæstione an poni debeat Crux, quando in Tabula Altaris est depictus Crucifixus.

Tertio loco quæritur, utrum Crucifixus in Altari collocari debeat, cum Sacrificium Missæ in eo conficitur Altari, ubi positum est Tabernaculum, in quo Pyxis cum Sacris Particulis continetur, cum præsertim eidem Tabernaculo parva Crux cum Imagine Salvatoris Crucifixi semper præfigatur. Equidem in Cæremoniali Episcoporum hæc habentur. *Non incongruum, sed maxime decens est, ut in Altari, ubi Sanctissimum Sacramentum est, Missæ non celebrentur, quod antiquitus observatum esse credimus:* in veteri Cæremoniali, cum Clemens VIII. Pontificatum gereret, ita legebatur, *quod antiquitus observatum esse videmus*. Attamen id prorsus difficile nonnullis videtur, ob eam causam, quod ut ipsi argumentantur, cum unicum Altare in veteribus Templis extrui soleret, aut Divina Eucharistia in eis conservata non fuisset, aut nullum Missæ Sacrificium in eis esset institutum: Aliter vero sentiunt ii, quibus cognitum perspectumque est, eum morem fuisse antiquitus, ut Sacra Eucharistia in Ecclesiæ Sacrario servaretur, vel in decenti Armario, quod pariter configebatur, uti nunc etiam perspicimus in Basilica Sanctæ Crucis in Jerusalem: Idem perpendit Mabillon *Musæo Italico tom.* 1. *pag.* 89. *ac tom. pag.* 139. At quod in præsenti ingerit difficultatem, nec ullum ab examine propositæ controversiæ liberum facit, illud est, quod, juxta vigentem disciplinam, Sacra Eucharistia conservatur in Tabernaculo, quod est positum super uno ex Altaribus Ecclesiæ, & quod in eo passim Missa celebratur; cum, sedulo perpenso Cæremonialis textu, deprehensum sit, eum prædictæ celebrationi absolute non obstare, uti Christianus Lupus expendit *tom.* 11. recentioris editionis in Dissertatione *de Sacris Processionibus pag.* 356. Hanc itaque controversiam quum alias Nos ipsi expenderemus in supracitatis Commentariis *de Sacrificio Missæ par.* 4. *sect.* 1. *num.* 18. illorum sententiam probavimus, qui existimant Crucifixum inter Candelabra statui debere, neque parvam Crucem, quæ Tabernaculo præfigitur, satis esse, ne Rubrica violetur, quemadmodum inferius explicabimus. Idemque censuit Congregatio Sacrorum Rituum anno 1663. uti perspicitur ex Indice Decretorum, quem Meratus exhibuit, *par.* 2. *tom.* 1. *num.* 400. ubi hæc leguntur verba. *Crux parva cum Imagine Crucifixi posita super Tabernaculum, in quo asservatur inclusum Sanctissimum Sacramentum in Altari, non est sufficiens in Missa, sed poni debet alia Crux in medio Candelabrorum.* Item an poni debeat Crux quando ad est Tabernaculum cum Sanctissima Eucharistia.

Quarto loco disputatur, utrum Crucifixus inter Candelabra collocandus videatur, cum Item an poni debeat Crux, quando est

expositum SS. Sacramentum. cum Sacrum peragitur in eo Altari, ubi Divina Eucharistia non includitur Tabernaculo, sed publicæ Fidelium venerationi exponitur. Id necessarium esse putavit Sacrorum Rituum Congregatio *die* 14. *Maji anno* 1707. Hoc enim petitum fuerat: *An super altare, in quo Sanctissimum Sacramentum expositum est, Crux de more collocari debeat*. Sic autem responsum est, *Nunquam omittendam Crucis cum Imagine Crucifixi apposita collocationem*. Porro quum Nos ipsi tunc in minoribus constituti Coadjutorem Promotoris Fidei gerentes, ipsius loco eidem Congregationi præsentes adfuerimus, adhuc memoria retinemus, in illa sententia ferenda varia fuisse ac discrepantia suffragia, cautumque deinde fuisse, ne ipsa sententia in lucem ederetur. Itaque res iterum deducta est in examen initio Pontificatus Nostri *die* 2. *Septembris anno* 1741. in eadem Congregatione Sacrorum Rituum, quæ postquam omnia diligenter accurateque perpendit, decrevit, ut quælibet Ecclesia morem & institutum, quod antea servaverat, in posterum quoque retineret. Et quidem pro Cruce ab Altari removenda, dum Missa in eo celebratur, & super eo publicæ venerationi Eucharistia exposita est, parum urget, quod nonnulli afferunt, indecens esse, ut Christi Imago in eo loco sit, in quo Christus ipse sub specie panis realiter præsens est, & ab omnibus sub eadem specie panis videtur: id quippe prorsus contingit, quoties Sacerdos in quolibet Altari rem Divinam faciens, materiam Eucharistiæ consecravit; nec enim Ecclesia unquam decernendum putavit, ut, peracta Consecratione, Crux ab Altari removeatur. Quemadmodum nec asserentibus Crucem necessario esse debere in Altari, in quo expositum est Sacramentum publicæ venerationi, si in eo Missa celebretur, quidquam prodesse potest, quod in publica Eucharistiæ expositione significetur triumphus, & gloria Salvatoris, in Missæ autem Sacrificio ejusdem mors repræsentetur; cum Ecclesia, tam in actione Missæ, in qua Eucharistia consecratur, quam in conclusione precum, quæ coram eadem jam consecrata & Fidelium venerationi palam exposita recitantur, una eademque Collecta æque utatur, quam S. Thomas Aquinas confecit, nimirum: *Deus, qui nobis sub Sacramento mirabili passionis tuæ memoriam reliquisti; tribue, quæsumus, ita nos Corporis & Sanguinis tui sacra Mysteria venerari, ut redemptionis tuæ* (hoc est passionis, ac mortis) *fructum in nobis jugiter sentiamus*. Quæ cum ita se habeant, Rituumque Interpretes & Scriptores, ob ea, quæ mox relata sunt, in varias abierint sententias, satis commendari non possunt ea, quæ prudenter, sapienterque decreta fuerunt a prædicta Sacrorum Rituum Congregatione, nempe, ut quælibet Ecclesia vel Diœcesis suam retineat consuetudinem; itaut nihil immutetur in ea Diœcesi, ubi Crux in Altari constitui soleat, dum Missa celebratur, etiamsi Sacra Eucharistia publice prostet: neque nova disciplina excitetur in ea Diœcesi, ubi contraria hujusce rei consuetudo jampridem invaluerit.

Pontifex omnia super hac re proposuit, ut perspectum sit consuetudinem, quæ invaluit alienam esse a Sacro Ritu. Hæc omnia diligenter exposuimus, non quidem, ut hac de re plenum justumque tractatum adornaremus, sed ut ex eis cognitum esset atque perspectum, quam alienum sit a Sacris Ritibus id, quod plures temere & inconsulto peregerunt, nempe ut Sacrum facerent ad Altaria, in quibus Crux haud promineat inter Candelabra, sed exiguus tantum Crucifixus præfigitur Tabulæ alicujus Sancti, qui vel depictus, aut cælatus majori Tabulæ Altaribus adjungi consuevit.

Si etenim, juxta Rubricas Missalis, Crux inter Candelabra statuenda est; si, juxta Cæremoniales Episcoporum, Crux ipsa cum Imagine Crucifixi Candelabris supereminere debet; si, juxta sensum Congregationis Sacrorum Rituum, non satis esse judicatur exiguus Crucifixus Tabernaculo infixus, cum Missa celebratur ad Altare, ubi Pyxis cum sacris Particulis in Tabernaculo includitur; si in præsenti non agitur de Altari, in cujus Tabula Imago Salvatoris Crucifixi primo loco Fidelibus exhibeatur; nec minus de Altari, in quo Sacra Eucharistia publice adoranda proposita sit; nemo est, qui non videat, praxim, de qua agitur, recenter inductam, proprioque marte a privatis personis usurpatam, ex supradictis dicendam esse omnino improbatam; eoque magis, cum ex exiguo Crucifixo, qui præfigitur Tabulæ ejus Sancti, qui Altari superadditur, ea profecto utilitas non consequitur, quam proponit Ecclesia, dum Crucem inter Candelabra collocandam decernit. De hac re præclarissimus Vir Cardinalis Bona ita scriptum reliquit, *Rerum Liturgicarum lib.* 1. *cap.* 25. *n.* 8. *Ab*

8. *Ab aspectu siquidem Crucis Sacerdoti celebranti Passio Christi in memoriam revocatur, cujus Passionis viva imago, & realis repræsentatio hoc Sacrificium est, mortem cruentam Salvatoris nostri incruente exprimens, tanquam idem Sacrificium, quod in Cruce oblatum est, quamvis diverse modo offeratur.* His postremis verbis indicatur orthodoxa doctrina, quam Tridentina Synodus declaravit *sess.* 22. *de Sacrificio Missæ cap.* 2.

Itaque Vos omnes, Venerabiles Fratres, ad quos hæc Apostolica scripta dirigimus, curam magnopere impendite, ne vestras in Diœceses irrepat consuetudo, quam superius explicavimus; quod si jam ipsa invaluerit, humanitatem prius, ac deinde severitatem, si opus fuerit, adhibentes, illam penitus convellite. De Sacrificio Missæ res agitur, ideoque nemo vestrum ignorat, a Tridentino Concilio eam tribui auctoritatem Episcopis, & Ordinariis Locorum, ut etiam tanquam Sedis Apostolicæ Delegati corrigere valeant pravas consuetudines, quæ Ritui Missæ celebrandæ adversantur *ex sess.* 22. in Decreto de *observandis, & evitandis in celebratione Missæ*. Neque Vos latet, nullum esse privilegium, aut immunitatem, quæ delinquentibus in hac re suffragari possit, ut vestra ab auctoritate, pœnisque per Vos irrogatis vindicentur; Idem sæpius confirmavit Sacra Congregatio Tridentini Concilii interpres, Decreto inhærens ejusdem Synodi, quod paulo ante memoravimus: Id Fagnanus testatur ad *Cap. Grave*, *num.* 46. *de Officio Ordinarii*: his verbis: *Et generaliter hoc Decretum* (de quo superius dictum est) *censuit Sacra Congregatio comprehendere etiam Regulares, quantumvis exemptos, eosque ea omnia, quæ ab Ordinariis locorum circa observanda, & evitanda in Missarum celebratione statuta fuerint, omnino servare teneri, ad idque etiam pœnis, & censuris Ecclesiasticis ab iisdem Ordinariis cogi & compelli posse.* Nos quidem his Literis eandem auctoritatem, qua jam præditi estis, iterum Vobis confirmamus. Illud monendum superest, eam Nobis mentem haud esse, ut Imagines Sanctorum, quæ majori Tabulæ Altaris superadditæ sunt, de medio auferatis, cum fortasse defuturi non essent invidi, qui ut pietati vestræ maculam inurerent, in vulgus disseminarent, Vos nulla duci religione in eum Sanctum, cujus Imaginem Fidelium venerationi subducitis: Illud Vobis præcipimus, ut nullo modo patiamini rem Divinam fieri ad hujusmodi Altaria, nisi Crucifixus inter Candelabra ita promineat, ut Sacerdos celebrans, ac Populus Sacrificio assistens eundem Crucifixum facile, & commode intueri possint; quod evenire nequit, si exigua solum Crux minori Tabulæ defixa Fidelibus exhibeatur. Si ejusmodi corruptela in Diœcesim non valde propagata est, facile extingui poterit, si privatim Regulares aut Sæculares Ecclesiarum Superiores de hac re moneantur: Sin autem late per Diœcesim invaluerit, tunc a Vobis Edictum necessario promulgandum erit, quod his nostris Literis conformetur. Plura scribere Vobis prætermittimus, quos prudentiæ, ac doctrinæ laude satis præstantes existimamus. Auctoritatem nostram, ut rem perficiatis, & quoties opus fuerit, Vobis petentibus nunquam defuturam pro certo habeatis. Interim Fraternitatibus Vestris, & Populis vestræ curæ commendatis Apostolicam Benedictionem peramanter impertimur.

Adhortatio Pont. ad Episcopos, ne irrepat consuetudo adversus Sac. Ritus.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem die XVI. Julii MDCCXLVI. Pontificatus Nostri Anno Sexto.

Dat. die 16 Julii 1746.

DE

DE RESIDENTIA

Episcoporum.

BENEDICTUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Pontificum & Conciliorum follicitudo quoad residentiam Episcoporum.

AD universæ Christianæ Reipublicæ statum, ad Ecclesiasticarum Legum custodiam, & Fidelium Populorum salutem, tam magni refert singulos Patriarchalibus, Primatialibus, Metropolitanis, & Cathedralibus Ecclesiis præpositos, in ipsis Ecclesiis, vel Diœcesibus sibi creditis assidue residere; ut difficile sit aliud ullum reperire Ecclesiasticæ disciplinæ caput, quod aut Conciliaribus Canonibus atque Decretis, aut Apostolicæ Sedis Constitutionibus & Sanctionibus, tam sæpe tamque impense inculcatum fuerit & commendatum. Ut autem antiquiora Canonica statuta prætereamus, Nobis satis erit innuere, quid hac de re decreverit Sacrosancta Tridentina Synodus *sess.* 6. *cap.* 1. *&* *sess.* 23. *cap.* 1. *de Reform.* tum ea quæ recol. mem. Prædecessor Noster Urbanus Papa VIII. præscripsit in sua Constitutione data apud S. Petrum die XII. Decembris Anni MDCXXXIV. quæ incipit *Sancta Synodus*, & in qua præcedentes aliorum Romanorum Pontificum Pii IV. Gregorii XIII. Clementis VIII. Leges & Constitutiones retulit, confirmavit, & ampliavit. Neque opus est recensere omnes Encyclicas Literas, quæ ad Patriarchas, Primates, Archiepiscopos, & Episcopos de implendo hujusmodi Residentiæ onere identidem admonendos, ab hac Apostolica Sede mitti consueverunt; ut patet ex Epistola jussu Ven. Servi Dei Innocentii Papæ XI. Prædecessoris quoque Nostri scripta die v. Februarii Anni MDCLXXVIII. item ex alia die XXIV. Decembris anni MDCCVII. a felic. record. Clemente Papa XI. ad suum & Apostolicæ Sedis Nuntium Neapoli commorantem conscripta, ut illius Regni Præsules ad residendum in propriis Ecclesiis & Diœcesibus adigerentur; necnon ex ejusdem Clementis Literis in forma Brevis datis die XXV. Maji Anni MDCCIX. ad Archiepiscopos, & Episcopos Poloniæ, qui obtentu turbarum & dissensionum, quæ tunc in eo Regno versabantur, suas reliquerant Ecclesias atque Diœceses.

Quid hac in re præstiterit Sanctissimus Dominus Noster.

Neque porro Nos hac in re Apostolici Officii nostri partes desiderari permisimus. Vix enim inscrutabili Divinæ Providentiæ consilio in hac suprema Ecclesiæ universalis specula collocati fuimus, quum veterem Prædecessorum Nostrorum morem in usum revocantes, ac Ven. Fratres omnium per Orbem Ecclesiarum Antistites Apostolica scripta direximus, quibus inter cætera salubria monita, hoc etiam de residendo in propriis Ecclesiis peculiari studio iis inculcare, & tam gravissima damna, quæ ex eorum absentia proveniunt, quam magnas utilitates, quas eorum præsentia concreditis ipsis Diœcesibus affert, ante oculos proponere non prætermisimus, ut videre est *in* §. 4. Epistolæ Encyclicæ die III. Decembris Anni MDCCXL. a Nobis conscripta, quæ in *Tomo I.* Bullarii Nostri nuper vulgati *num. II.* impressa est. Qui autem hominum corda scrutatur Deus, is sane novit, quanto & quam acerbo animi Nostri dolore nonnunquam acceperimus, Ecclesiasticas Regulas ab aliquo ex Fratribus hac in parte violari, & quantopere studuerimus, nunc admonendo, nunc obsecrando, nunc increpando, absentes quidem per Literas, præsentes vero ipsa voce ad debitum Residentiæ Officium revocare. Quin etiam laudabilibus Prædecessorum Nostrorum vestigiis inhærentes, in Nostra & Cancellariæ Apostolicæ Regula, qua Beneficia Ecclesiastica in octo anni mensibus vacatura Nostræ dispositioni & collationi reservavimus, simul etiam eisdem Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis residentibus gratiam alternativæ mensium, certis modo & forma ab

ab iis acceptandam, libenter obtulimus; nimirum ut quamdiu ipsi apud Ecclesias aut Diœceses suas vere & personaliter residerent, de Beneficiis hujusmodi Ecclesiasticis, quæ extra Romanam Curiam in Februarii, aliisque alternis anni mensibus vacare contingeret, dummodo alias dispositioni Apostolicæ reservata vel affecta non essent, libere disponere valerent, facultatem tempore Pontificatus Nostri duraturam concessimus: quo scilicet iidem Episcopi, & majorum Ecclesiarum Præsules, ampliorem potestatem in Beneficiis prædictis conferendis sic obtinentes, hac etiam Apostolicæ Nostræ liberalitatis gratificatione illecti, ad personalem Residentiam prædictam libentius obeundam adducerentur.

Quoniam vero & certæ quædam causæ adesse possunt, & hujusmodi occasiones incidere, propter quas, prævio Romani Pontificis assensu, & approbatione, liceat Episcopo e propria Ecclesia, & Diœcesi per aliquod definitum tempus abesse; ea vero absentia, quæ ad modicum tempus protrahitur, neminem desertæ Residentiæ reum constituit; ideo & in Conciliis, & in Apostolicis Constitutionibus ad præcavendos abusus tam circa hujusmodi causarum & occasionum relevantiam, quam circa tolerabilia temporum spatia, providæ statutæ Leges & Regulæ reperiuntur. Et quidem justæ ac legitimæ absentiæ Causæ a præfata Tridentina Synodo *citat. cap* 1. *sess.* 23. non aliæ agnitæ fuerunt, quam Christiana charitas, urgens necessitas, debita obedientia, & evidens Ecclesiæ, vel Reipublicæ utilitas. Verum his etiam causis deficientibus, quum eadem Sacrosancta Synodus perpendisset, ex veterum Canonum sententia, minime abesse videri eos, qui aliquantisper absunt, & statim sunt reversuri; omnibus Ecclesiarum Antistitibus indixit, ut sibi licitum non putarent singulis annis, ultra duos aut tres ad summum menses, sive continuos, sive interruptos, extra proprias Diœceses commorari; eosque simul admonuit, ne per illius temporis spatium, Dominici Adventus, Quadragesimæ, Nativitatis, Resurrectionis Domini, Pentecostes item, & Corporis Christi diebus, ab Ecclesiis suis Cathedralibus abessent, nisi forte Episcopalia munia in aliis Diœcesum suarum locis eos detinerent, eamque præterea rationem ab iis haberi voluit, ut absque ullo Gregis detrimento concessa uterentur libertate, & ut id *æqua ex causa fiat*; quibus verbis animi levitas, oblectationum cupiditas, aliæque futiles causæ penitus excluduntur.

Absentiæ causæ, & tempora a Concilio Tridentino permissa.

Præfatus autem Prædecessor ad peculiariter occurrentes casus descendens, Episcopis in Curia promotis unum concessit mensem (quem postea declaratum fuit, a die ipsorum propositionis in Consistorio computandum esse), quo mense elapso, singuli ad proprias Ecclesias se conferre deberent. Sed quum in Concilio Romano, habito a felic. record. Benedicto Papa XIII. Prædecessore pariter Nostro, Episcopi exposuissent, tam exiguo temporis spatio non posse a recens promotis sua in Urbe negotia expediri, idem Benedictus facultatem concessit Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinali suo, & Romani Pontificis pro tempore in Urbe, ejusque Districtu Vicario, ut præfatum unius mensis terminum, juxta casuum contingentiam, & causa cognita, ad alios quadraginta dies, & non ultra, prorogare posset.

Indultum Urbano VIII. & Benedicto XIII. ampliatur, pro Episcopis recens in Urbe promotis.

Præterea Episcopis ad Sacra Apostolorum Limina statutis temporibus visitanda personaliter accedentibus, supradictus Urbanus Prædecessor indulsit, ut, Ecclesiis citra Montes, & citra Mare positis præsiderent, per quatuor; qui vero Ultramarinis, & Ultramontanis Ecclesiis præessent, per septem menses continuos a Residentia in suis respective Sedibus facienda, hujusmodi Visitationis gratia, excusarentur.

Idem pro visitantibus Limina Apostolorum.

Cum vero idem Urbanus declarasset, se, per ea, quæ in suis præfatis Literis constituerat, minime sublatam voluisse dictam trium mensium licentiam a Concilio indultam; hinc plures ortæ quæstiones, & varia condita sunt Decreta, ab eodem Urbano ejusque Successoribus approbata; cujusmodi sunt, non licere trimestrem absentiam prædictam conjungere, sive cum eo tempore, quo permittitur Episcopis post suam promotionem in Urbe commorari, sive cum eo, quod ad peragendam Sacrorum Liminum Visitationem eisdem concessum fuit: neque fas esse absentiæ tempora ita disponere, ut tres postremi menses unius anni continuentur cum tribus prioribus mensibus anni subsequentis. Sicut etiam vetitum est prædictos menses conjungere cum eo anni tempore, quo, propter aeris insalubritatem, alicui Episcopo permittitur extra Diœcesim degere; ne scilicet continuatis absentiæ temporibus, vernos simul, &

Decreta ad præcavendos abusus.

æstivos menses, sive æstivos una cum autumnalibus, extra Diœcesim duci contingat. Denique, ne quis indulgentia Sacri Concilii per fraudem abuti posset, declaratum fuit, prædictam trium mensium vacationem intra cujusque anni limites coerceri, ut qui uno anno usus ea non fuerit, non ideo sequenti anno diutius ab Ecclesia sua abesse valeat.

Et Episcopis S. R. E. Cardinalibus.

Et quoniam Tridentina Synodus sub Legibus, de Residentia hujusmodi ipsos etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales nominatim comprehendit; præfatus Urbanus Prædecessor, advertens nonnunquam evenire, quod aliquis ex Cardinalibus alicui Patriarchali, seu Metropolitanæ, aut Episcopali Ecclesiæ præpositus, unum simul ex Episcopalibus Suburbicariis obtineret, constituit, ut hujusmodi Cardinales in primodictis Ecclesiis, non autem apud Episcopatus Suburbicarios, residere tenerentur.

Denique tam in prædicto Concilio, quam in citata Urbani Constitutione, contra Transgressores hujusmodi Legum, quæ ad Residentiam pertinent, gravissimæ pœnæ statutæ fuerunt; quarum executionem idem Urbanus primo quidem demandavit Auditori Causarum Curiæ Cameræ Apostolicæ: Verum biennio post totam hujus materiæ cognitionem delegavit Congregationi particulari a se deputatæ, quam compositam esse voluit ex tunc, & pro tempore existentibus Cardinali Romani Pontificis in Urbe Vicario, nec non ejusdem Pontificis Datario, & Secretario Status, ac Secretario Brevium, duobus item Secretariis Congregationum negotiis & consultationibus Episcoporum, & Regularium, ac interpretationi, & executioni Decretorum prædicti Concilii Tridentini respective præpositarum. Et quidem prædicto Cardinali Vicario facultatem tribuit, ut, justis ex causis, & cum consilio prædictorum Prælatorum, concedere posset Episcopis licentiam abessendi a propriis Ecclesiis, & Diœcesibus spatio dumtaxat dierum quadraginta, ut in ipsius Urbani Literis datis die prima Januarii Anni millesimi sexcentesimi trigesimi sexti distinctius præscribitur.

Congregatio super Residentia ab eodem Urbano VIII. erecta.

Hujus Congregationis Caput, seu Præfectus, ex quo eadem instituta est, semper fuit præfatus Cardinalis Vicarius pro tempore existens; quemadmodum ejusdem Secretarii munus is semper gessit, qui Congregationi Concilii Tridentini fuit a Secretis; unde etiam Nos ipsi, dum in minoribus constituti Officio Secretarii prædictæ Congregationis Cardinalium Concilii Tridentini interpretum fungeremur, par quoque munus Secretarii alterius Congregationis super Residentia Episcoporum simul sustinuimus. Quæ sane Congregatio, ut ex illius Secretariæ Regestis apparet, tam ipsius Urbani Prædecessoris temporibus, quam aliis subsequentibus, non semel singulis Annis adunari consuevit; id quod a san. mem. Prædecessore pariter Nostro Clemente Papa XI. in usum revocatum fuit, & identidem peractum, Nobismetipsis præfatum Secretarii munus obeuntibus, confectisque a Nobis, & impressis foliis, ea prorsus methodo, quæ pro causis ad Congregationem Concilii pertinentibus observatur.

Hujus Congregationis praxis.

Ut autem Episcopi a suis Ecclesiis, vel Diœcesibus licite abesse possint, quum præter causam Canonicam, expressa quoque licentia Romani Pontificis, ut supra diximus, sit necessaria; excepto casu prædictæ trimestris absentiæ a Concilio permissæ, pro qua nulla peculiaris requiritur licentia, quum idem Concilium Episcoporum abscedentium conscientiæ relinquat, de æquitate causæ judicium facere; hinc est, quod quæcumque hujus generis licentia olim indulgeretur; per speciale Chirographum manu Pontificis signatum expediebatur. Postmodum vero inductus fuit mos describendi omnes hujusmodi licentias in unico Folio, quod Pontifici subscribendum deferebatur; quem sane morem a prædecessoribus Secretariis invectum, Nos quoque servavimus.

Quam olim intermissam Pontifex restaurare intendit.

Cum autem post absentiam duodecim annorum, quorum duos apud Anconitanam, & decem apud Bononiensem Ecclesias regimini Nostro successive commissas, assidue residendo transegimus, in Urbem reversi, & ad Apostolicam Sedem, quamvis immerentes, evecti fuerimus; Congregationis præfatæ sessiones, materia forsan deficiente, non amplius frequentari comperimus; neque porro Chirographa, aut Folia signanda Nobis oblata fuerunt, sed tacta Nobis oretenus a Prælato dictarum Congregationum super executione, & interpretatione Concilii, & super Residentia Episcoporum Secretario, tam petitionum Episcoporum, qui vacationem a Residentia postulabant, quam Causarum, quibus hujusmodi petitiones innitebantur, relatione, no-

stro-

stroque desuper accepto responso, opportuna singulis Decreta perscribi, eaque a Cardinali Vicario Nostro, tamquam sæpedictæ Congregationis super Residentia Episcoporum Præfecto, signari consueverunt. Verum quum Nos hanc agendi rationem pro rei gravitate nimis compendiariam judicaverimus; visum est Nobis Motu proprio, & ex certa scientia, non solum pro debita, ut ajunt, actus solemnitate, sed etiam pro ipsius rei subsistentia, & pro maturiori examine causarum, quæ ad hujusmodi licentias obtinendas afferuntur, infrascriptas leges, & ordinationes inviolabiliter in posterum observandas, Apostolica auctoritate, tenore præsentium, edicere & constituere.

Primum itaque relata superius Sacrosanctæ Tridentinę Synodi Decreta, *sess. 6. cap. 1. & sess. 23. cap. 1. de Reformat.* laudatasque Romanorum Pontificum Prædecessorum Nostrorum Pii IV. Gregorii XIII. Clementis VIII. & Urbani pariter VIII. Constitutiones, & Ordinationes, nec non omnes & singulas, quas supra innuimus, Resolutiones Apostolicæ Sedis auctoritate editas, innovantes, & tam Decretorum, quam Constitutionum, Ordinationum, & Resolutionum hujusmodi tenores etiam veriores pro satis hic expressis, ac etiam de verbo ad verbum insertis habentes, & haberi volentes; illaque & illas, quatenus opus sit, iterum plenissime approbantes, & confirmantes; omnia & singula in ipsis contenta, ab iis, ad quos spectat, & pro tempore in posterum spectabit, attendi, & in his omnibus, quæ Nobis hisce Literis non adversentur, exactissime impleri & observari volumus, statuimus, & in virtute sanctæ obedientiæ mandamus, atque præcipimus; non obstantibus quibuscumque privilegiis, aut contrariis, etiam quantumvis inveteratis, usibus & consuetudinibus, quæ potius abusus & corruptelæ dici debent, quibus, si forte adesse, aut allegari contingat, motu ac scientia simili, ac de prædictæ Apostolicæ auctoritatis, Nostræ plenitudine, derogamus, ac derogatum esse volumus & decernimus. Canonica, & Pontificia statuta confirmat, & innovat contrariis non obstantibus.

Secundo loco, & consequenter ad præmissa, adversus prędictarum Legum, & Constitutionum Transgressores, omnes & singulas pęnas in eisdem Decretis, & Constitutionibus latas & comminatas, auctoritate quoque nostra confirmamus & innovamus; amissionis scilicet quartæ partis fructuum unius anni, ipso facto ab iis incurrendæ, qui legitimo impedimento, seu justis & rationabilibus causis cessantibus, & absque expressa, ut præfertur, Apostolicæ Sedis licentia, sex mensibus continuis extra suam Dęcesim morando abfuerint; & amissionis alterius quartæ partis fructuum, eodem modo incurrendæ, ubi hujusmodi absentia ad alios sex menses protrahatur, ut in prædicto Concilio Tridentino *sess. 6. cap. 1. de Reform.* statutum fuit; incursus quoque in peccati mortalis reatum, & obligationis restituendi fructus in absentia perceptos, nulla etiam prævia declaratione, eosque erogandi in Ecclesiarum fabricas, seu in sustentationem pauperum ipsius loci, quacumque conventione, seu compositione pro hujusmodi fructibus male perceptis prohibita; ut in eodem Concilio *sess. 23. cap. 1.* præscribitur. Similiter impositam a prædicto Pio IV. Prædecessore pœnam amissionis facultatum testandi & disponendi, si quæ transgressoribus hujusmodi competere dignoscantur, nec non inhabilitatis ad majores Dignitates, & Ecclesias obtinendas, quam præfatus quoque Prædecessor Clemens VIII. indixit, per omnia confirmamus, & innovamus. Quibus omnibus hoc etiam superaddimus, ut iidem transgressores omnibus & singulis Indultis, & Privilegiis, quæ forsan ipsis, tamquam Pontificio Solio Assistentibus, concessa fuerint, ipso facto privati esse censeantur: Decernentes, sub Transgressorum nomine comprehendi non solum eos, qui præter tres menses a Concilio toleratos, absque legitima causa, & expressa Roman. Pontificis licentia, extra proprias Diœceses commorantur; sed eos etiam, qui hujusmodi licentiam falsis simulatisve causis dolose extorquere non dubitaverint; vel ea semel rite recteque obtenta, præscriptos in eadem limites, ac præfinitum tempus prætergressi fuerint. Quod si nihilominus, aliqui non minus Canonica statuta, quam propositas hujusmodi pœnas contemnentes, in sua contumacia obfirmati perseverare præsumpserint, volumus adversus istos ad ulteriora cum effectu procedi, juxta mentem ejusdem Concilii Tridentini, quod in *citato c. 1. sess. 6.* Romanum Pontificem pro tempore existentem hortatur, ut suæ supremæ Sedis auctoritate in hujusmodi Transgressores ad severiorem Sacrorum Canonum normam animadvertat, atque etiam Ecclesiis ipsis de utilioribus Pastoribus provideat, sicut in Domino noverit salubriter expedire. Item pœnas in contravenientes latas. Addita pœna privationis indultorum competentium Assistentibus Solio Pontificio.

Congregationem super Residentia, ejusque sessiones in usum reducit.

Tertio loco volumus & mandamus, ut prædictæ Congregationis super Residentia Episcoporum ab Urbano Papa VIII. institutæ exercitium, atque sessiones resumantur; confirmantes ipsius Præfecturæ munus dilecto Filio Nostro Joanni Antonio Tituli S. Martini in Montibus Præsbytero S. R. E. Cardinali Guadagni nuncupato moderno Nostro in Urbe ejusque Districtu in spiritualibus Vicario, ejusque in Officio Vicariatus hujusmodi Successoribus; sicut etiam Officium Secretarii ejusdem Congregationis dilecto Filio Magistro Joseph Alexandro Furietto, ejusque Successoribus Congregationis Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum Secretariis; eosdemque statuentes in hujusmodi Congregatione nunc & deinceps pro tempore locum habere, & suffragium ferre, quicumque ea officia, & munera obtinent sive obtinebunt in posterum, quæ, in præcitatis Urbani Prædecessoris Litteris designantur. Præterea quum minime expediat hujusmodi Congregationem Promotore Fiscali carere, Nos eum, qui in Tribunali prædicti Cardinalis Vicarii Urbis Officium gerit Promotoris Fiscalis, ejusque in Officio Successores pro tempore, ad idem munus obeundum deputamus in præfata Congregatione, cui ipsum, seu ipsos cum consultivo suffragio volumus interesse.

Eique deputat Promotorem Fiscalem.

Præscribit occasiones, quibus adunari debeat.

At vero perpendentes, quod si Congregatio isthæc toties habenda foret, quoties ab aliquo Episcopo licentiam abscedendi a Diœcesi peti contingeret, eadem aut propter frequentiam nimis onerosa evaderet, aut propter negotiorum levitatem tractu temporis negligi, & parvipendi posset; volumus, atque statuimus, eandem tunc tantum cogendam, habendamque esse, quum aut a Nobis, sive a Successoribus Nostris Romanis Pontificibus, alicujus negotii cognitio ipsi remissa, & delegata fuerit: Aut, hujusmodi etiam remissione cessante, quoties de pœnis superius constitutis, adversus aliquem transgressorem reipsa decernendis infligendisque deliberandum fuerit; siquidem hujusmodi pœnarum modus, prout cujusque major, aut minor contumacia exegerit, ab eadem Congregatione statuendus erit, ut facta per ipsius Secretarium Nobis, seu Successoribus Nostris relatione, approbataque Congregationis resolutione, ad hujusmodi pœnarum executionem cum effectu procedatur; aut denique quum aliquis Episcopus instantiam proponat abessendi a propria Diœcesi ratione alicujus muneris, sive officii, cujus ea dicatur natura esse, ut Apostolicum Indultum de non residendo ad longum tempus ipsi sit concedendum; Nos etenim hujusmodi Indulta nemini unquam concedi debere decernimus, nisi prævio causarum examine in eadem Congregatione peragendo, Nostraque & Successorum Nostrorum scientia, & approbatione, & mediante expeditione Literarum Apostolicarum in forma Brevis; ideoque mandamus Nostro & Romani Pontificis pro tempore existentis Supplicum Libellorum Secretario, aliisque Secretariis quarumvis Congregationum, quibus ea de re preces oblatæ fuerint, ut illas in prædictam Congregationem super Residentia Episcoporum omnino remittant; simulque prohibemus Nostro, & Successorum Nostrorum pro tempore Secretario Brevium, ne Literarum Apostolicarum super Indultis hujusmodi exempla Nobis, aut Successoribus Nostris, signanda, ullatenus afferat, nisi authentica documenta, tam de causarum examine in dicta Congregatione peracto, quam de Apostolica approbatione, & assensu consequenter emanatis, eidem fuerint exhibita.

Folia, cum expressione Indultorum, quæ conceduntur, ad Pontificis Signaturam deferri mandat.

Quarto loco statuimus, ut Folia superius enunciata in posterum omnino conficiantur, in quibus nimirum describantur nomina Episcoporum, quibus dantur Indulta commorandi extra Diœcesim, una cum causis ab ipsis adductis atque probatis, & spatio temporis ad quod hujusmodi Indulta conceduntur; quæ quidem Folia a Romano Pontifice subscripta, in Tabulario prædictæ Congregationis, ut alias, asservari præcipimus: Quod tamen intelligi volumus non de iis Indultis, quæ per Apostolicas Literas in forma Brevis expedienda esse in paragrapho superiore descripsimus; sed de alterius generis Indultis, de quibus infra dicendum erit, quæque, post Pontificium assensum a Secretario requisitum & obtentum, expediri debebunt per Decreta a prædicto Cardinali Vicario Urbis, tamquam præfatæ Congregationis Præfecto, subscripta. Decet enim has quoque licentias non sine Pontificia subscriptione prodire; idque obtinebitur accedente Signatura Pontificis super prædictis Foliis, in quibus singulorum Indultorum tenores, & causæ a Secretario descriptæ erunt; quemadmodum elapsis temporibus, atque etiam a Nobis ipsis, dum hujusmodi Secretarii munere fungeremur, servatum fuisse narravimus.

Quin-

Quinto loco, quoniam experiendo cognovimus, quod ad obtinenda Indulta commorandi extra Diœcesim, infrascriptæ plerumque causæ ab Episcopis afferri solent; nimirum aut necessitas assistendi personaliter alicui liti, seu controversiæ, in qua Ecclesiæ, aut Cleri sui, vel etiam propriæ Familiæ res agatur, quæque in Romana Curia introducta sit, vel alia in Urbe, in qua residеant majora Tribunalia, quorum ea de re judicium esse debeat; aut corporalis ægritudo, qua correptus fuerit Episcopus, dum extra Diœcesim, Conciliaribus mensibus utens, morabatur, itaut ad eandem Diœcesim reverti nequeat; aut adversa valetudo in ipsa Diœcesi contracta, ad quam depellendam Medici putent necessarium fore, Episcopum aerem, & solum aliquantisper mutare, aut denique malignitas aeris in Diœcesi vigens, quam aliquibus anni mensibus devitari oporteat: Et quoniam nec ulla ex præmissis causis, absque expressa Romani Pontificis approbatione, quemquam ab onere residendi eximere potest; & nisi certis expressis circumstantiis, iisque verificatis, difficile est ad hujusmodi approbationem rite recteque procedere; necessarium Nobis visum est infrascriptas Regulas statuere, quas in singulis respective casibus ab iis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, observari mandamus, atque præcipimus. Singulis absentiæ causis opportuna Rescripta comparat.

Si quis igitur in posterum licentiam petierit abscedendi a Diœcesi sibi concredita, ut judiciali controversiæ, quæ alibi vertitur, per se ipsum intersit; exprimere debebit in precibus tum Locum, sive Urbem, in qua hujusmodi lis agitatur, tum etiam an ea pertineat ad ipsam Oratoris Ecclesiam, seu Clerum, vel potius ad ipsius Familiam. Et quidem si ad Familiam pertineat, absque eo quod Secretarius Congregationis Pontificem, aut Cardinalem Præfectum adeat, rescribendum ab ipso erit, ut Orator ad effectum, de quo in precibus, utatur mensibus a Conciliis indultis. Quod si eis jam usus fuerit, ulterior ipsi licentia non concedetur. Si vero de ejus Ecclesiæ, vel Cleri rebus agatur, exponi debebunt, tum status litis, ejusdemque gravitas, tum causæ, propter quas necessaria creditur in loco judicii Oratoris præsentia; tum etiam declarandum, an mensibus Conciliaribus usus fuerit. Et quidem si nondum illis usus sit, rescribendum erit, ut eos in hujusmodi causam impendant. Si vero id amplius Episcopo integrum non sit, (qua in re nec dolus, nec fraus intercesserit, & alioquin ipsius instantia justa videatur, tantum illi temporis, & non amplius, ad commorandum extra Diœcesim tribuatur; quantum judicatum fuerit necessarium esse, ad Causæ Defensores, Advocatos, & Judices de omnibus, quæ ad rem pertinent, sufficienter instruendos. Si enim licentia abessendi a Diœcesi usque ad finalem exitum causæ extendi deberet, nemo non videt, quam diuturna plerumque foret in hisce casibus Episcoporum absentia, & quam facile evenire posset, ut pleræque Diœceses compluriun annorum spatio Pastorum præsentia carerent. An, & quatenus permittendum Episcopo, ut a Diœcesi absit causa Litis.

Qui vero licentiam abessendi petierint ratione infirmitatis extra Diœcesim contractæ dum vacatione a Concilio indulta uterentur, afferentes ea de causa regressum ad propriam Diœcesim sibi prohiberi; exponere debebunt contractæ infirmitatis qualitatem, & super ea testimonium Medici juramento firmatum exhibere. Atque ubi petita licentia ipsis indulgeatur, ea semper ad certum, ac definitum tempus concedi debebit, adjecta quoque clausula *si tamdiu infirmitas duraverit*. Quid ratione infirmitatis extra Diœcesim contractæ.

Ab iis autem, qui hujusmodi licentiam postulaverint, eo quod aeris mutatione opus sibi esse dicant ad convalescendum ex morbis, quos in suis Ecclesiis residendo contraxerunt, exprimendum erit in precibus, quo morbi genere, & quam graviter laborent, ac proferendum testimonium Medici, qui jurejurando testetur, utile ac necessarium Oratori esse, ut in aliam Regionem, atque aerem per aliquod tempus se transferat. Nec illud silentio prætereundum, an scilicet Orator, antequam morbo corriperetur, trimestri licentia a Concilio permissa usus fuerit: Si enim id nondum fecerit, & tempus a Concilio indultum sufficiens ipsi non reputetur, poterit eidem concedi, ut per quatuor menses in quibus tamen Conciliares Menses comprehendantur, a Residentia absens permaneat: At si prædictos Conciliares Menses, remoto omni dolo & fraude, jam extra Diœcesim transegerit; tantum temporis ipsi indulgeatur, quantum ad confirmandam ipsius valetudinem vere necessarium esse prudenter judicabitur. Quid ad convalescendum ex morbo in Diœcesi contracto.

Qui tandem licentiam commorandi extra Diœcesim postulabit propter malignitatem aeris, Quid ratione aeris insalubris.

aeris, quem in sua Diœcesi aliquo anni tempore insalubrem esse affirmet; is videat etiam, atque etiam quid agat. Et quidem pro veritate exponat, quibus anni mensibus perniciosus sit Regionis aer: Item an eadem Cœli temperies totam comprehendat Diœcesim, itaut nullus intra ejus tractum locus existat, in quo sub ectum illud tempus absque salutis detrimento transigere valeat; postremo an Conciliaribus Mensibus usus fuerit. Etenim si nondum eos sibi sumpserit, non ægre obtinebit Indultum abessendi per quatuor menses (quatenus periculum ab aere tamdiu durare censeatur), in quibus tamen tres illi a Concilio permissi numerandi erunt: si autem hujusmodi Concilii indulgentia jam usus fuerit, frustra novum Indultum prædicta de causa ab Apostolica Sede postulabit; sibique imputare debebit, quod quum sciret certo anni tempore in sua Diœcesi aerem insalubrem fore, concessos vacationis Menses in tempus illud non reservaverit. In omnibus autem absentiæ Indultis, quæ ratione aeris insalubris in posterum concedentur, hanc clausulam adjici volumus: *Dummodo intra Diœcesim aliquis locus non adsit, in quo aer salubris sit, & in quo Episcopus commorari possit*.

Quid pro celebrandis Conciliis, Assembleis, Diætis &c. Sane prædictus Urbanus Prædecessor non prætermisit eorum Antistitum causam considerare, qui Provincialibus Conciliis, vel Congregationibus, seu Assembleis generalibus, in quibus Ecclesiastici intervenire solent, personaliter interesse, sive in aliis muneribus, aut Reipublicæ officiis, quæ ipsorum Episcopatibus, Ecclesiisque adjuncta sunt, ad certum tempus extra Diœcesim occupari solent, ac debent; & his quidem in præcitata Constitutione licentiam abessendi concessit pro eo definito tempore, quo ejusmodi Concilia, Congregationes, & Assembleæ peragentur, exercitiumque muneris, seu officii publici eorum Ecclesiis adjuncti, actu duraverit; dummodo iis finitis, recto tramite ad Ecclesias sibi commissas sese conferrent; cujus concessionis æquitatem Nos quoque agnoscentes, eandem approbamus, & confirmamus. Sed quum idem Urbanus nihil statuerit de Episcopis qui a Residentiæ suæ loco discedunt pro Processuum in causis Beatificationum, aut Canonizationum compilatione, Apostolica auctoritate ipsis delegata; necesse est aliquid a Nobis pro his etiam casibus opportune constitui.

Quid pro construendis Processibus Apostolicis in Causis Canonizationis. Expediuntur a Congregatione Sacrorum Rituum Literæ, quas vocant Remissoriales, & Compulsoriales, quibus committitur, ut supradicti Processus auctoritate Apostolica conficiantur; eæque diriguntur tribus Episcopis, aut Superioribus Prælatis, cum clausula, ut *duo ad minus procedant*. Cumque in hujusmodi Episcoporum numero semper includatur Ordinarius loci, in quo Processus construitur; fere contingit, e tribus, ad quos Litteræ sunt directæ, unum dumtaxat a Residentia avocari. Ubi itaque aliquis Episcopus Titularis Ecclesiæ in partibus Infidelium constitutæ haberi possit, volumus eum in præfatis Litteris pro uno ex tribus Episcopis comprehendi. Quod si tres omnino Antistites in propriis Ecclesiis residentes ad hujusmodi effectum delegari oporteat, statuimus atque præcipimus, ut Litteræ a prædicta Congregatione dirigantur Episcopis, qui viciniores sunt Diœcesi, in qua Apostolicus Processus conficiendus erit. Quoniam vero de re agitur, quæ duabus tribusve hebdomadibus perfici queat, sed quæ plurium sæpe mensium, aut etiam annorum operam requirit; volumus, ut Episcopi, qui ejusmodi delegationem acceptaverint, necessariam licentiam abscedendi a Diœcesi, causam absentiæ exprimendo, petere & impetrare non omittant, sub pœnis adversus eos constitutis, qui absque causa extra Diœcesim commorantur. In hujusmodi autem licentiis concedendis, statuimus, ut Conciliares Menses semper comprehendantur, & præter eos, triginta dumtaxat dies, si opus fuerit, adjiciantur; nam & ad plura peragenda quadrimestre spatium sufficiens est; &, si adhuc facienda supersint, quatuor alii menses sequenti anno in idem opus insumi poterunt.

De præmissorum observantia præceptum. Hæc sunt, quæ salubriter in Domino statuenda judicavimus, quæque pro regula, & norma in posterum haberi volumus, ut a Venerabilibus Fratribus Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, gravissimum, quod ipsis incumbit, Residentiæ officium exacte impleatur. Itaque Dilecto Filio moderno præfatæ Congregationis super eadem Residentia Secretario, ejusque Successoribus in perpetuum, injungimus, & in virtute sanctæ obedientiæ, sub pœnis contra inobedientes mandatis Apostolicis in re gravi,

vi, præcipimus, atque jubemus, ut supplices Libellos pro parte quorumcumque Antistitum sibi oblatos, in quibus ea, quæ supra adnotavimus, expressa non fuerint, quibusque necessaria authentica documenta, superius pariter indicata, non sint adjuncta, nullo modo recipiant, multoque minus ad Pontificem referant: In Decretis autem, quæ post Pontificium assensum ab ipsis Secretariis in consueta audientia reportatum, a Cardinali ejusdem Congregationis Præfecto subscribenda erunt, suprascriptas clausulas respective apponere non prætermittant; illud etiam expresse cavendo, ut quæ conceduntur Indulta, a die Datæ ipsorum Decretorum decurrere intelligantur.

Denique Venerabiles Fratres Patriarchas, Primates, Metropolitanos, & Episcopos omnes monemus, ut non solum ipsi statutas de Residentia leges adamussim observent, sed etiam memores sint Decreti a Sacra Tridentina Synodo editi *sess.* 6. *cap.* 1. *de Reformatione*, quo jubentur singuli pro virili parte in aliorum agendi rationem respective vigilare, & non residentes Romano Pontifici infra certum tempus denunciare. Nostris quoque, & Apostolicæ Sedis Nuntiis hoc idem demandamus, & injungimus; ubi intra ipsorum Nuntiaturæ Districtum aliquis Episcopus, seu Superior Prælatus existat, qui Canonicas Leges hac in parte violare dignoscatur. De onere denunciandi non residentes.

Et quia Nobis relatum est, nullibi frequentius prædictas Leges ab Episcopis violari, quam in proximo Neapolitano Regno, (neque vero id mirum in tanto eorumdem numero), volumus, atque statuimus, ut in Indultis absentiæ, quæ pro Episcopis prædicti Regni in posterum expediri contingat, ad cæteras clausulas superius præscriptas, hæc etiam addatur, ut obtenta licentia exhiberi debeat Apostolico Nuntio Neapoli commoranti, alioquin nullius roboris, & momenti habeatur. Nos siquidem prædicto Nuntio earundem præsentium tenore committimus, ut hujusmodi Licentias in acta sui Tribunalis referri faciat, itemque de causis, propter quas concessæ fuerint, inquirat, ac tempus in iis præfinitum observet, ad hoc scilicet, ut & per eum resciri possit, si quid obreptum, aut subreptum fuerit in precibus; & ipsum latere nequeat, si quis præscriptos sibi limites transgrediatur, sive absque necessario Apostolicæ Sedis Indulto, extra tempora a Concilio permissa, longe ab Ecclesia, & Diœcesi sua commoretur. Pro iis autem, qui, ut Nobis pariter relatum fuit, Diœceses suas deserunt, & non quidem in Urbem Regni principem, ubi Apostolicus Nuntius moram trahit, sed in alias se conferunt ejusdem Regni Civitates, quin ipse Nuntius quidquam de ipsis audiat; injungimus eidem Nuntio, ut per Officiales suos, atque Ministros, quos in omnibus Diœcesibus retinet, curet se certiorem fieri de Episcopis, quicumque a propriis Diœcesibus recedunt: Ut & ii, qui obtentis licentiis abutuntur, & multo magis ii, qui proprio marte se gerere præsumunt, (dum vel absque prævia licentia, præter tempus a Concilio indultum a suis Diœcesibus absunt, vel si ob aliquem inopinatum eventum ab ipsis discedere compulsi fuerint, hujusmodi licentiam, statim ac ad destinatum locum pervenerint, petere & impetrare non curant;) severiorum sacrorum Canonum, & Apostolicarum sanctionum censuræ subjiciantur. Specialis commissio Nuntio Apostolico Neapoli commoranti injuncta.

Cæterum intendimus sub præsentium Literarum Nostrarum ordinatione, & dispositione etiam ipsos Venerabiles Fratres Nostros Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales; qui Patriarchalibus, Primatialibus, Archiepiscopalibus, & Episcopalibus Ecclesiis prædictis ex concessione, & dispensatione Apostolica nunc præsunt, & in futurum præerunt, comprehendi, ac comprehensos esse, & fore. S. R. E. Cardinales præmissis legibus expresse comprehenduntur.

Præsentes quoque Litteras, omniaque & singula in eis contenta de subreptionis, obreptionis, aut cujuscumque nullitatis, vel invaliditatis vitio, intentionisque Nostræ, ac quocumque alio defectu, etiam ex eo, quod in præmissis quomodolibet interesse habentes, seu habere prætendentes, & præsertim ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, præmissis non consenserint, nec ad ea vocati, & auditi, solemnitatesque, & alia servanda, & adimplenda nullatenus servata, & adimpleta fuerint, ac quocumque alio colore, prætextu, occasione, & causa, etiam necessario exprimenda, a quoquam notari, impugnari, in jus, vel controversiam revocari, aut ad terminos juris reduci, vel adversus illa aperitionis oris, restitutionis in integrum, vel aliud quodvis juris, facti, vel gratiæ remedium impetrari nullo unquam tempore Litterarum firmitati consulitur.

re posse; sed semper perpetuoque valida, firma, & efficacia esse & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac per omnes, & singulos, ad quos spectat, & quomodolibet spectabit in futurum inviolabiliter observari, perinde, ac si in Consistorio Nostro secreto, & de eorundem Fratrum Nostrorum consilio, & unanimi consensu emanassent: Sicque & non aliter in præmissis omnibus, & singulis per quoscumque Judices Ordinarios, vel Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, nec non prædictæ Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales etiam de Latere Legatos, Vice Legatos, & Apostolicæ Sedis Nuntios, prædictamque Congregationem super Residentia deputatam, & quoscumque alios quavis auctoritate, & potestate fungentes nunc, & pro tempore existentes, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, declarandi, interpretandi, & definiendi facultate, judicari & definiri debere, & quidquid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane decernimus.

Sublatum &c. irritum &c.

Derogationes.

Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, etiam in Universalibus, Generalibus, Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis, vel edendis, nec non, quatenus opus sit, de non tollendo jure quæsito, aliisque Cancellariæ Apostolicæ Regulis, Statutis quoque, etiam juratis consuetudinibus, etiam diuturnis, & immemorabilibus, dictarum respective Ecclesiarum, nec non licentiis, privilegiis, & indultis etiam Apostolicis, eisdem Ecclesiis, earumque Præsulibus quomodolibet hactenus concessis, omnibusque & singulis aliis, quæ prædictus Urbanus suarum Literarum firmitati, & executioni voluit non obstare, cæterisque contrariis quibuscumque.

Publicationis vis, & exemplorum auctoritas.

Ut autem eædem præsentes, & in eis contenta quæcumque, ad omnium notitiam deducantur, & ne aliquis illorum ignorantiam prætendere possit; volumus, quod eædem præsentes per aliquem, seu aliquos ex Cursoribus Nostris ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum, ac Cancellariæ Apostolicæ, & in Acie Campi Floræ de Urbe publicentur, & earum copiæ ibidem affigantur, & affixæ relinquantur, quæ sic publicæ, & affixæ omnes & singulos, quos concernunt, arctent & afficiant, non secus ac si eorum unicuique personaliter intimatæ, & notificatæ fuissent; quodque earumdem præsentium Transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo Personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus Fides adhibeatur in Judicio, & extra illud ubique locorum, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Sanctio.

Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc Nostrarum Ordinationum, Constitutionum, Derogationum, Præceptorum, Statutorum, & Decretorum infringere, seu eidem ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Dat. Pontif. Anno 7. die 3. Septemb. 1746.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ MDCCXLVI., tertio Nonas Septembris, Pontificatus Nostri Anno Sexto.

D. Card. Passioneus.

J. Datarius.

VISA DE CURIA.

J. C. Boschi.

J. B. Eugenius.


Loco ✠ Plumbi.

Registrato in Secretaria Brevium.

Public. die 20. Septembris 1746.

AP-

APPENDIX
AD TOMUM I. II. III.
BULLARII
SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI D.
BENEDICTI PAPÆ XIV.




NUM. I.

Constitut. VII. fol. 12.

INSTRUCTIO

Sacræ Congregationis Concilii pro Episcopis, Archiepiscopis, Primatibus, & Patriarchis, super modo conficiendi Relationes statuum suarum Ecclesiarum, quas, occasione Visitationis Sacrorum Liminum, eidem Sacr. Congr. exhibere tenentur.



SUMMUS Pontifex Sixtus Papa Quintus, qui tempora statuit, quibus singuli Episcopi, Archiepiscopi, Primates, & Patriarchæ per seipsos, vel eorum certum Nuntium, visitare tenentur Limina Beatissimorum Apostolorum Petri, & Pauli, antiquissimæ observantiæ inhærendo, nedum voluit, ut ultra Sacrorum Liminum visitationem, Romano pro tempore Pontifici de toto eorum Pastorali Officio, & de rebus omnibus ad ipsarum, quibus præsunt, Ecclesiarum statum, ad Cleri, & Populi disciplinam, animarum denique, quæ illorum fidei creditæ sunt, salutem, quovis modo pertinentibus, rationem redderent, uti fusius habetur in prædicti Pontificis *Constitutione*, quæ incipit *Romanus Pontifex*; sed in alia etiam *Constitutione*, quæ incipit *Immensa æterni Dei*, Sacræ Congregationis præpositæ Interpretationi Sacrosancti Concilii Tridentini, curam demandavit, prædictam rationem, quæ dicitur *Relatio status Ecclesiæ*, perpendendi, & examinandi, ac postulatis in eadem proponendis respondendi.

Sixtinæ hæ Constitutiones suo non caruerunt effectu, tum quoad Sacrorum Liminum visitationem, tum quoad Relationem statuum Ecclesiarum; sed cum nulla unquam edita fuerit instructio pro dictis Relationibus exarandis, factum hinc est, ut aliquæ ex eis aliquando fuerint exhibitæ abundantes in superfluis, & aliquæ aliquando deficientes in necessariis: cumque ad hæc avertenda, in Synodo Romana, hoc anno 1725. a SS. Domino Nostro Benedicto Papa XIII. habita in Basilica Lateranensi, præscriptum sit, ut Instructio hactenus omissa, a Sacra Concilii Congregatione ederetur; hæc idcirco Instructio publici juris fit, ut in Relationibus statuum suarum Ecclesiarum ad eamdem Sacram Congregationem in posterum transmittendis, curent Episcopi, Archiepiscopi, Primates, & Patriarchæ, ipsi se conformare, & suas Relationes ad quædam distincta Capita reducere, quorum Primum ad statum Ecclesiæ materialem: Secundum ad Personam ipsius Referentis: Tertium ad Clerum Sæcularem: Quartum ad Clerum Regularem: Quintum ad Moniales: Sextum ad Seminarium: Septimum ad Ecclesias, Confraternitates, & Loca Pia: Octavum ad Populum: & Ultimum denique referatur ad Postulata, quæ ab ipso Referente Sacræ Congregationi proponuntur.

§. I. *De Primo Relationis Capite, pertinente ad ſtatum Eccleſiæ materialem.*

In hoc primo Relationis Capite ſequentia erunt exponenda.

I. Inſtitutio.

II. Confinia.

III. Privilegia, & prærogativæ Epiſcopatus, Archiepiſcopatus, aut Patriarchatus.

IV. Numerus Civitatum, Oppidorum, aut Locorum, qui Epiſcopatui, Archiepiſcopatui, aut Patriarchatui ſubjecti ſunt.

V. Status Cathedralis, Metropolitanæ, aut Patriarchalis Eccleſiæ, una cum numero Canonicorum, & aliorum, ſervitio Chori addictorum; & an erectæ fuerint Præbendæ, Pœnitentiaria, & Theologalis.

VI. Status Eccleſiarum Collegiatarum una cum numero pariter Canonicorum, & cæterorum, qui Choris earum inſerviunt, & an in Collegiatis erecta ſit Præbenda Theologalis.

VII. Status, & numerus Eccleſiarum Parochialium, nec non aliarum Eccleſiarum & Oratoriorum in Epiſcopatu, Archiepiſcopatu, aut Patriarchatu exiſtentium; referendo ſignanter, an Cathedralis, Metropolitana, aut Patriarchalis, & Collegiatæ Oratoria, nec non Parochiales, cæteræque Eccleſiæ, ſint ſacris ſuppellectilibus inſtructæ, & quænam ex eis habeant redditus pro fabrica aſſignatos.

VIII. Numerus Monaſteriorum tam Virorum, quam Mulierum; exprimendo, an aliqua ex Monaſteriis Virorum ſint ſubjecta ſuæ juriſdictioni; & an, & quæ Mulierum Monaſteria ſibi ſubjecta ſint, vel Prælatis Regularibus.

IX. An adſit in Diœceſi Seminarium Clericorum, quot Clerici in eodem alantur, an fuerit ſtatuta taxa, & in qua quantitate, & an aliqua Beneficia fuerint eidem unita, & in univerſum quinam, & quot ſint redditus prædicti Seminarii.

X. Numerus Hoſpitalium, Collegiorum, Confraternitatum, & aliorum Locorum piorum, quæ ſunt in Epiſcopatu, Archiepiſcopatu, aut Patriarchatu, & quinam ſint eorum redditus.

XI. An adſint Montes Pietatis, & quot ſint: una cum aliis conſimilibus, ad ſtatum materialem Eccleſiæ ſpectantibus, cum advertentia tamen, ut plena ſtatus materialis Relatio in prima Relatione tantum, quæ fit ab Epiſcopo, Archiepiſcopo, aut Patriarcha exhibeatur; in ſubſequentibus etenim Relationibus ſatis erit, quod ipſi ſe referant ad primam, niſi aliquid novi, pertinens ad dictum ſtatum materialem, contigiſſet, quod Referens notificandum Sacræ Congregationi exiſtimaret.

§. II. *De Secundo Relationis Capite, pertinente ad ipſum Epiſcopum, Archiepiſcopum, Primatem, Patriarcham.*

In hoc Capite exponi debebit:

I. An Reſidentiæ præceptum, a Sacris Canonibus, Concilio Tridentino, & Conſtitutione Urbana præſcriptum, adimpleverit; & an aliquo, & quo tempore abfuerit, & an ultra menſes Conciliares, & an cum, vel ſine Sedis Apoſtolicæ licentia.

II. An, & quoties Diœceſis ſibi commiſſæ viſitationem expleverit.

III. An per ſe, vel per alium Epiſcopum, ſacras Ordinationes expleverit, & Sacramentum Confirmationis adminiſtraverit.

IV. An, & quoties Synodum Diœceſanam coegerit: &, ſi Epiſcopus nulli Archiepiſcopo ſubjectus ſit, an ad Synodum Provincialem ejus Archiepiſcopi, quem ad tramites Tridentini eligere tenetur, ut ejus Synodo Provinciali interſit, acceſſerit; & ſi ſit Archiepiſcopus, an Synodum Provincialem habuerit, & quinam e Suffraganeis eidem interfuerint.

V. An verbum Dei per ſeipſum prædicaverit, & an legitimo concurrente impedimento, viros idoneos aſſumpſerit ad hujuſmodi prædicationis officium ſalubriter exequendum.

VI. An habeat Depoſitarium pœnarum, & mulctarum pecuniarum, & an eædem fuerint piis uſibus applicatæ.

VII.

VII. Quænam Taxa, & an Innocentiana in sua Cancellaria observetur.

VIII. An aliquid habeat, quod sibi obstet circa exercitium Episcopalis Officii, Jurisdictionis Ecclesiasticæ, necnon tuendæ libertetis, & immuniratis Ecclesiarum.

IX. An aliquod pium opus peregerit pro Ecclesia, pro Populo, aut pro Clero.

§. II. *De Tertio Capite ad Clerum Sæcularem pertinente.*

In hoc Capite exponendum erit

I. An Canonici, cæterique Choro addicti Cathedralis, Metropolitanæ, aut Patriarchalis Ecclesiæ, necnon Collegiatarum, Choro jugiter intersint.

II. An, ultra Matutinum, Laudes, cæterasque alias Horas Canonicas, quolibet die celebrent Missam Conventualem.

III. An quolibet die eam applicent pro Benefactoribus.

IV. An suas habeant Constitutiones, & eas punctualiter observent.

V. An, qui obtinent Præbendam Pœnitentiariam, aur Theologalem, adimpleant, quæ adimplenda sunt, & quomodo.

VI. An Parochi in suis Parochiis resideant.

VII. An librum Matrimonii, & Baptizatorum, aliosque libros, quos ad normam Ritualis Romani retinere debent, retineant.

VIII. An aliqui ipsorum indigeant aliorum Sacerdotum opera, ut Sacramenta Populo administrent.

IX. An iidem per se, vel per alios idoneos, si legitime impediti fuerint, diebus saltem Dominicis, & Festis solemnibus, plebes sibi commissas, pro sua, & earum capacitate, pascant salutaribus verbis, docendo, quæ scire omnibus necessarium est ad salutem, juxta monitum Tridentini, & præcitati Concilii Romani.

X. An saltem Dominicis, & aliis Festis diebus, in suis Parochiis, Fidei rudimenta, & obedientiam erga Deum, & Parentes, Pueros, cæterosque hoc adjutorio indigentes, doceant; & an, & qui eis operam præstent in hoc opere adimplendo, & an fructuose hoc opus adeo necessarium in singulis Parochiis perficiant.

XI. An singuli Parochi, cæterique curam animarum exercentes, singulis Dominicis, Festisque de præcepto, Missam applicent pro Populo eorum curæ commisso.

XII. An, & quæ præmittantur, antequam quis ad Primam Tonsuram, & Minores Ordines admittatur, & an sacris Ordinibus initiandi, ante cujuscumque Ordinis sacri receptionem, piis meditationibus, vulgo spiritualibus exercitiis, vacent per aliquot dies in aliqua Domo Religiosa.

XIII. An omnes prædicti vestes jugiter deferant Clericales, & an, quo ad fori privilegium, serventur disposita a Sacrosancta Synodo Tridentina Sess. 23. Cap. 6. de Reformat. & a Constitutione Sanctissimi Domini Nostri BENEDICTI Papæ XIII. in eodem Concilio Romano emanata.

XIV. An habeantur Conferentiæ Theologiæ Moralis, seu Casuum conscientiæ, & etiam Sacrorum Rituum, & quot vicibus habeantur, & qui illis intersint, & quinam profectus ex illis habeatur.

XV. An aliquod pium opus peregerit pro Ecclesia, pro populo aut pro Clero.

§ IV. *De Quarto Capite, ad Clerum Regularem pertinente.*

In hoc Capite exponendum erit

I. An Regulares, curam animarum exercentes qui Episcopali jurisdictioni, visitationi, & correctioni subsunt in iis, quæ ad curam pertinent, & administrationem Sacramentorum, munus sibi commissum fideliter adimpleant, juxta ea, quæ in præcedenti capite dicta sunt de Parochis sæcularibus.

II. An aliquis Regularis extra Monasterium degat: an aliqui adsint in Diœcesi, a suis Superioribus, servatis servandis, ejecti, vel aliquis fuerit Regularis intra Claustra Monasterii degens, sed qui extra ea ita notorie deliquerit, ut Populo scandalo fuerit, & quomodo in hisce casibus in sic delinquentes animadvertat.

III. An sua jurisdictione delegata usus sit in explenda Visitatione Conventuum, & Granciarum Monasteriorum, in quibus Religiosi non aluntur in numero a Sacris

Constitutionibus prefixo; & quinam sint Religiosorum mores, in dictis Conventibus, & Granciis degentium.

IV. Denique, an aliquod habeat cum Regularibus offendiculum in exercitio jurisdictionis delegatæ in illis casibus, in quibus eadem ipsi tributa est a Sacro Concilio Tridentino, vel a Summorum Pontificum Constitutionibus, & signanter a Bulla Clementis Papæ X. quæ incipit, *Superna*.

§. V. *De Quinto Relationis Capite ad Moniales pertinente*.

In hoc Capite exponendum erit

I. An Moniales, Episcopo subjectæ, suas servent Constitutiones.

II. An Clausura in earum Monasteriis inviolate custodiatur.

III. An aliqui abusus in iisdem Monasteriis irrepserint, qui consilio, aut auxilio Sacræ Congregationis indigeant.

IV. An, præter ordinarium Confessorem, alius extraordinarius ab ipso bis, aut ter in anno fuerit oblatus.

V. An dictorum Monasteriorum redditus fideliter administrentur, & Monialium dotes fuerint persolutæ, & quomodo erogatæ.

VI. An in Monasteriis Monialium, quæ sunt Prælatis Regularibus subjecta, curaverit, ut Clausura dictarum Sanctimonialium fuerit exacte observata; & an contra inobedientes, & contradictores, per censuras Ecclesiasticas, & alia juris remedia processerit.

VII. An harum Monialium Confessarii Regulares, sive ordinarii, sive extraordinarii, fuerint ab ipso approbati, antequam earum confessiones exceperint.

VIII. An, adhibitis Superioribus Regularibus, singulis annis exegerit rationem administrationis ab his, qui administrarunt bona pertinentia ad hæc Monialium Monasteria Regularibus subjecta: & an fideliter eorum redditus administrentur, & alia fuerint adimpleta, quæ præscribuntur in Bulla Gregorii XV. quæ incipit *Inscrutabili*.

§. VI. *De Sexto Relationis Capite, pertinente ad Seminarium*.

In hoc Capite exponendum erit

I. Quot sint in Seminario Alumni.

II. An in Ecclesiastica disciplina recte instituantur.

III. Quibusnam studiis vacent, & quo profectu.

IV. An Cathedrali, & aliis locis Ecclesiæ, diebus Festis inserviant.

V. An cum consilio duorum Canonicorum seniorum, a se electorum, necessaria pro recto regimine statuerit.

VI. An illud aliquando visitet, & operam det, ut Constitutiones adimpleantur.

VII. An statuta sit Taxa ad tramites Concilii Tridentini, eademque exigatur; & an aliqui sint morosi in ejus solutione.

§. VII. *De Septimo Capite, ad Ecclesias, Confraternitates, & Loca pia pertinente*.

In hoc Capite exponendum erit

I. An in Sacristiis omnium, & singularum Ecclesiarum exposita sit Tabella onerum Missarum, & Anniversariorum, ad tramites Decretorum san. mem. Urbani VIII., & an eis punctualiter satisfactum sit.

II. An in Confraternitatibus, Scholis, aliisque Locis piis, punctualiter executioni mandentur pia opera, a Testatoribus injuncta.

III. An quolibet anno sibi fecerint reddi rationes ab horum locorum Administratoribus.

IV. An Montem Pietatis, sive Charitatis visitaverit; & an idem habeat redditus, qui superabundent sustentationi Ministrorum, aliisque necessariis expensis; & in quas causas

causas redditus illi erogentur ; & si quid exigatur ab illis, qui pecuniam, aut frumentum, si agatur de Monte frumentario, ab eo recipiunt.

V. An Infirmorum Hospitalia visitaverit, redditum rationes ab Administratoribus exegerit, & an Infirmis necessaria, quoad salutem animæ, & corporis, in eis subministrentur.

§. VIII. *De Octavo Relationis Capite, ad Populum.*

In hoc Capite exponendum erit

I. Quinam sint Populi mores, & an in pietate proficiat.

II. An aliquis irrepserit abusus, aut prava quædam in eodem inoluerit consuetudo, quæ consilio indigeant, & Sedis Apostolicæ adjutorio.

§. IX. *De Ultimo Capite, ad Postulata pertinente.*

Ultimo loco Episcopi, Archiepiscopi, Primates, & Patriarchæ, qui suarum Ecclesiarum Relationes ad Sacram transmittunt Congregationem, si quæ habent Postulata proponenda pro suarum regimine Ecclesiarum, proponere poterunt, cum clara facti, & omnium circumstantiarum expressione ; & quatenus Postulata spectent ad negotia forensia, exponant, an ea sint in aliis Tribunalibus introducta, an adsint super iisdem aliorum Tribunalium sententiæ, ut, omnibus mature pensatis, possit Sacra Congregatio congruum suppeditare prædictis Postulatis responsum.

Et hæc sunt, quæ opportuna visa fuerunt, ut in hac Instructione inserantur. Quod si aliqua fuerint, quæ Episcopi, Archiepiscopi, Primates, & Patriarchæ pro suarum indigentia Ecclesiarum, atque Diœcesum, addenda existimaverint, sciant sibi liberum esse addere, quæ ipsis addenda videbuntur, & ad notitiam Sacræ Congregationis deferre; quæ ex charitatis, & justitiæ norma per se expediet, quæ poterit, & majora ad Summum Pontificem deferet, qui Fratribus suis Episcopis, quantum cum Domino licet, gratificari semper exoptabit.

C. Card. Origus Præfectus.

Loco ✠ Sigilli.

P. Archiepisc. Theodosiæ Secret.

NUM. II.

Ad Constitut. XVIII. fol. 29.

LEGES,

Et Instituta Cæremonialia edita pro Provinciarum Præsidibus, Gubernatoribus Prælatis, & Apostolicis Vice-Legatis.

DECRETUM.

CUM Sanctissimus Dominus Noster BENEDICTUS Papa XIV ex Cardinalibus, qui Congregationibus Sacrorum Rituum, & Cæremoniali præpositi sunt, quatuor selegisset, Eminentissimos nempe Rufum Sacri Collegii Decanum, Lercarium, Accorambonum, & de Gentilibus, ut ab eisdem uniforme statueretur Cæremoniale a Provinciarum Præsidibus, Gubernatoribus Prælatis, & Vice-Legatis, in suis respective Provinciis, vel Civitatibus, Sanctitate Sua prius approbante, posthac perpetuo, & inconcusse observandum; Ipsi Eminentissimi Patres pluribus idcirco præhabitis sessionibus, hæc, quæ sequuntur, mihi peculiaris hujus Congregationis Secretario, Sanctitati Suæ referenda demandarunt.

Facta-

Factaque per me de infrascriptis omnibus Sanctitati Suæ relatione, Sanctissimus non tantum ea approbavit, verum etiam pro omnimoda illorum observantia publicari mandavit. Hac die 18. Aprilis 1741.

T. Card. Rufus Episcopus Ostien. & Veliternen.

Loco ✠ Sigilli.

Ignatius Reali Secretarius.

CAPUT PRIMUM.

Quomodo se gerere debeat Præses, aut Gubernator, seu Vice Legatus in primo accessu ad suam Provinciam, vel Civitatem: & quid, dum in ea permanebit, erga illarum Antistites.

STatim ac Præses, vel Gubernator Prælatus venerit in Provinciam, vel Civitatem temporali suæ jurisdictioni demandatam, digniorem de sua familia mittet ad Archiepiscopum, sive Episcopum inibi residentem, adventum suum patefaciendo, simulque significando se curaturum quamprimum, ut eum sollenniori, qua poterit forma, publice visitatum adeat.

Officio perhumaniter accepto, non immorabitur Antistes hanc Præsidis, seu Gubernatoris publicam visitationem prævenire, inviens illum privatim amiceque sub noctem, brevioribus indutus vestibus nigri coloris; ac inter eundum, ut quælibet Nuncii forma devitetur, sciscitari dumtaxat curabit, an Domi existat: quo comperto, ascendet ad illum, qui eodem prorsus habitu erit indutus. In discessu respuet omnino Familiarium, atque luminum comitatum, ut privatæ visitationis assumptam methodum non excedat.

Præses autem, vel Gubernator pari sub forma Archiepiscopum, seu Episcopum continuo revisitabit, quamvis paucos post dies de hoc eodem visitationis actu sit ei publice & sollenniter satisfacturus.

Imminente itaque publicæ visitationis die, Præses, aut Gubernator illam Archiepiscopo, sive Episcopo, mane pro Vespere, & Vesperi pro subsequenti mane renunciabit; & dum ad Episcopale Palatium se transferet, in limine Portæ Familiares, in summitate vero Scalarum Antistitem ipsum, qui aliquos etiam gradus descendet, obviam habebit. Sicque comiter exceptus ad dexteram ipsius Antistitis in audientiæ aulam introducetur. Hinc, postquam ambo in æqualibus sedibus e regione locatis assidentes, mutuis sese officiorum colloquiis ad libitum recreaverint, discedentem Præsidem, aut Gubernatorem, Archiepiscopus, vel Episcopus usque ad finem Scalarum comitabitur; Familiares vero ipsius ad currum usque, non recessuri donec Præses, seu Gubernator prorsus abierit.

Præmisso item Nuncio, ut dictum est supra, diutius haud differet Archiepiscopus, sive Episcopus publicam restituere visitationem Præsidi, seu Gubernatori, qui occurrendo tam per se, quam per Familiares, sedendo, & comitando ad unguem ea omnia servabit, quæ idem Archiepiscopus, aut Episcopus in ejus visitatione secum peregerat.

Quod si, residente jam Præside in Provincia, vel Gubernatore in Civitate, ad eam primo accesserit novus illius Ecclesiæ Antistes, tunc istius erit ante de adventu suo certiorem reddere Præsidem ipsum, vel Gubernatorem, qui hujusmodi recepto officio, visitabit quantocyus eum, non jam privatе, sed enunciata sub forma publica; & ita ab Archiepiscopo, sive Episcopo subinde revisetur.

Advenientibus Natalitiis Domini Feriis, Præses, aut Gubernator perget primus ad Archiepiscopum, sive Episcopum, ut illas eis faustas feliceque adprecetur: nec prætereundum quidquam tunc erit ex iis, quæ de prima publica visitatione dicta sunt. Idemque præstabit Archiepiscopus, seu Episcopus, quando Præsidem, aut Gubernatorem hoc omine vicissim erit prosequuturus.

Quamquam superius statutum sit, quod Archiepiscopus, aut Episcopus Domi po-

nere

nere debeat a dextris Præsidem, seu Gubernatorem, secus tamen extra Domum servabit: quia semper, & in quocumque tertio loco, cum ipse, tum cæteri Provinciæ Antistites, dexteram supra Præsidem, vel Gubernatorem retinebunt.

Quæ hactenus pro Præsidibus, & Gubernatoribus præscripta fuere, a Vice-Legatis etiam tam erga Archiepiscopum, quam Episcopos non Cardinales, in locis eorum ditioni subjectis erunt omnino adimplenda.

CAPUT SECUNDUM.

Quo habitu induti Archiepiscopi, seu Episcopi, & Præsides, sive Gubernatores mutuo publicas Visitationes exequentur.

QUotiescumque Archiepiscopus, vel Episcopus ad Præsidem, seu Gubernatorem diverterit, ut eum visitet in forma publica, sive ut in executione pro prima tantum vice Literarum Apostolicarum, Oratorium privatum in Palatio præfatorum Præsulum de novo erigendum approbet: supra talarem vestem capiet Mozzettam cum Rocchetto discooperto. Et Domi eodem utetur habitu, dum accedentem ad se pro enunciatis publicis visitationibus Præsidem, seu Gubernatorem, aut Vice-Legatum suscipiet.

Archiepiscopus autem utens Cruce, nullatenus illam ante se deferri permittet in consimilibus actibus.

Talari etiam Veste, Rocchetto, & Mantelletto amictus erit Præses, sive Gubernator, vel Vice Legatus publice invisens Archiepiscopum, seu Episcopum; & quando eum pro publica visitatione, aliave de causa in publica forma advenientem, excipere debet.

CAPUT TERTIUM.

De accessu Præsidis, aut Gubernatoris una cum Archiepiscopo, seu Episcopo Cappa induto, ad Metropolitanam, vel Cathedralem Ecclesiam, pro publicis sollennibus Functionibus explendis.

ANnuis sollennioribus festis diebus recurrentibus, qui *in capite primo Libri secundi* Cæremonialis Episcoporum enumerantur, videlicet: Nativitatis Domini Nostri Jesu Christi, Epiphaniæ, Ascensionis, Pentecostes, Sanctorum Apostolorum Petri & Pauli, Assumptionis Beatæ Mariæ Virginis, Omnium Sanctorum, Dedicationis Ecclesiæ Metropolitanæ, vel Cathedralis, Sancti Titularis illarum Ecclesiarum, & Patroni Civitatis, vel Festivitatibus aliis extraordinariis juxta peculiares locorum mores, & circumstantias, pari cum sollennitate celebrandis; Præsidis, vel Gubernatoris erit sub horam ab Archiepiscopo, seu Episcopo designatam, & per certum Nuncium ei patefactam, una cum Magistratu se conferre intra Januam Episcopi. Eo quidem tempore, & nulla prorsus interposita mora, Antistitem gradus Scalæ descendentem adinveniet, quem post debita urbanitatis verba vicissim expleta, ipso Magistratu præeunte, usque ad Portam sive Metropolitanæ, sive Cathedralis Ecclesiæ comitabitur Præses, seu Gubernator, semper ad ejus sinistrum latus incedendo.

Cum ambo in limine præfati ostii steterint, accipet Archiepiscopus, sive Episcopus aspersorium, & postquam se lustrali aqua munierit, de illa primum porriget per contractum aspersorii ipsi Præsidi, vel Gubernatori; sicut ante ingressum cujuscumque alterius Ecclesiæ, aut privati Oratorii pariter cum eo semper faciet: ac deinde Capitulum, Magistratum, & circumstantem Populum asperget.

CAPUT QUARTUM.

De adoratione Augustissimi Sacramenti, atque inde progressu ad Altare majus: ubi de loco, & sella Præsidis, seu Gubernatoris, aut Vice Legati: ac de recessu a Metropolitana, vel Cathedrali, sacris actionibus absolutis.

ARchiepiscopus, sive Episcopus, aspersione completa, eo, quo venerat ordine, Eucharisticum Sacramentum in ejus Altari adoraturus simul cum Præside, vel Gubernatore progredietur. Intra Cappellam, ubi illuc asservari solet, genuflectent ambo: Antistes super ligneo Scabello (quod genuflexorium vocitatur) ante Altare accommodato, panno viridi, seu violaceo pro qualitate temporum cooperto; appositis pulvinaribus superius, & inferius. Præses autem, vel Gubernator in alio genuflexorio ex latere Evangelii præparato, violacei semper coloris panno, ac pulvinaribus instructo; non in æquali linea, sed per transversum locato; ac tali forma, ut illud Archiepiscopi, sive Episcopi respiciat: Ad Præsidis autem, vel Gubernatoris dexteram erit Magistratus directo ordine super pulvinaribus tantum genuflexus.

Post debitam Sacramenti venerationem, præstituto jam ordine procedetur ad Altare majus. Parum distans ab eo Archiepiscopus, sive Episcopus, mutuis consalutationibus sese dividet a Præside, vel Gubernatore, qui dum ille iterum or turus ad suum faldistorium, ut in eo procumbat, accesserit, petet & ipse Residentiam suam hacce sub forma comparatam.

Prope, & inter Solium Pontificale, ac immobile, consuetum scamnum pro Magistratu, constituetur suppedaneum, unicus nempe ligneus gradus, in cujus planitie decens Sedes Cameralis collocabitur. A tergo autem ipsius Sellæ attolletur Postergale non præaltum palmorum septem aut octo, nec latum magis quam sex, quod panno coloris violacei, nulla auri, argentive textura, sive ornatu distincto contegetur. Ante præfatam sedem congruum insuper apponetur genuflexorium, tapete, & pulvinaribus enunciati violacei coloris non absimiliter stratum, super quo Præses, aut Gubernator queat submittere genua. Haud tamen stabilis unquam, fixaque detinebitur inibi hujusmodi Residentia, sed sicut opportune apponenda, quoties Præses, vel Gubernator sacris erit interfuturus actionibus, ita singulis vicibus illico removenda, Functionibus ipsis expeditis.

Quando pro Concionibus commodius audiendis, Archiepiscopo, vel Episcopo discedendum erit a sua pontificali Cathedra fixa, ut priorem adeat; tunc, si pro ipso Archiepiscopo, seu Episcopo solium cum umbella fuerit ibidem erectum; pariter, & pro eodem Præside, seu Gubernatore supradescriptum Postergale cum gradu, & sella præstabitur. Si autem Baldacchinum nequaquam fuerit Antistiti exhibitum, tali casu parabitur absque postergali dumtaxat sella, alteri Antistitis prorsus uniformis, ac similis.

Quoniam vero juxta diversas locorum consuetudines contingere potest, ut seorsum ab Archiepiscopo, aut Episcopo, vel ipso etiam astante, Præses, seu Gubernatur, Divinis cum Magistratu interfuturus, ad aliquam Ecclesiam a Cathedrali, seu Metropolitana alienam divertere debeat: in hac etiam erit tunc præfata Residentia pro Præside, vel Gubernatore comparanda, modo sit in illa pariter erectus, & comparatus Thronus Pontificalis pro Archiepiscopo, sive Episcopo; adeo ut, erecto Pontificali Solio, neque Residentia unquam sit attollenda.

Ea tamen uti poterit Præses, vel Gubernator, quoties alicujus Thesis disceptationi, aut literariis lusibus, consimilibusque publicis actibus, tamquam præcipuus & principalis Patronus, præerit; licet eo tempore nec appositus, nec apponendus unquam sit Thronus pro Archiepiscopo, seu Episcopo.

Post exactas sacras Functiones, quibus una cum Archiepiscopo, sive Episcopo cappa induto astiterit Præses, vel Gubernator, repetendo augustissimi Sacramenti Altare pro fundendis in gratiarum actionem novis precibus ante illud, quidquid de primo accessu statutum fuit, ad unguem servabitur. Nullatenus tamen in discessu sinet Archiepiscopus, seu Episcopus, se a Præside, vel Gubernatore rursus perduci usque

usque ad januam proprii Palatii, sed ab illo commeatum accipiet in limine ipsius Ecclesiæ.

CAPUT QUINTUM.

De Thure, ac Pace, Præsidi, seu Gubernatori, aut Vice-Legato deferendis: ac insuper de loco eorum, pro accipiendis Candela, Cineribus, & Palma; nec non de adoratione Crucis Feria sexta in Parasceve.

Circa Thus, & Pacem omnimode servabitur dispositio Cæremonialis Episcoporum, & Præses, vel Gubernator, sive Vice-Legatus nunquam erit thurificandus a Presbytero, Archiepiscopo, sive Episcopo Assistente, qui Antistitem ipsum in Vesperis officium facientem, aut iis, vel solennibus ab alio celebratis Missis, apud Solium astantem thurificavit: Sed duplici ductu ipsum Præsidem, seu Gubernatorem, aut Vice-Legatum, post tres Canonicos in eodem Solio assistentiam Archiepiscopo, vel Episcopo exhibentes, atque una cum eo individuum corpus efformantes, solum debebit incensare Minister ille, cui subinde cæteros Canonicos de Choro, licet sacris indutos paramentis, inerit onus thurificandi. Et iste modus, & ordo, quoad locum, & Personam, servabitur in delatione Pacis: Eam etenim Præses, vel Gubernator, aut Vice-Legatus, recipiet ab eo, qui distributurus mox erit illam enunciatis Canonicis in Choro existentibus.

Candelam in die Purificationis, & Palmam in distributione earum, Præsidi, seu Gubernatori, aut Vice-Legato dabit ipsemet Archiepiscopus, sive Episcopus; statim ac, propria recepta, alteram reddiderit digniori Canonico parato, a quo ipse suam prius receperat. Præses autem, aut Gubernator, seu Vice Legatus, cum ascenderint ad Archiepiscopum, vel Episcopum, ut ab illo Candelam, seu Palmam accipiat, non genuflectet, sed stans ipsam capiet cum debitis osculis tum illius, tum manus Archiepiscopi, sive Episcopi eam sibi porrigentis.

Stans pariter recipiet Cineres ab Archiepiscopo, vel Episcopo, postquam hic eos imposuerit Canonico in illa die Missam cantaturo.

Feria sexta in Parasceve, non celebrante, Episcopo, Præses, vel Gubernator, aut Vice-Legatus, ad Canonici Officium facientis sinistram incedendo, ad adorandam Crucem procedet, Episcopo vero celebrante, ibit immediate post eum, ante omnes Dignitates, & Canonicos.

CAPUT SEXTUM.

De generali Communione Feria quinta in Cœna Domini, quoad habitum, locum, & ritum Præsidis, seu Gubernatoris, vel Vice-Legati.

Quando Præses, aut Gubernator, vel Vice-Legatus sit in Sacro Presbyteratus, seu Diaconatus ordine constitutus; quia multum decet, & convenit, ut cum aliis eo die communicet, adventante Communionis tempore, Cottam superinducet Rocchetto, cum Stolam sumere, & a Collo, vel ab humero sinistro pendentem etiam habere debeat. Communionem primus omnium accipiet, & manum Archiepiscopi, sive Episcopi ante illam osculabitur.

Si autem neutro fuerit charactere insignitus, cunctorum primus pariter ad communicandum procedet, Rocchetto, & Mantelletto tantummodo indutus.

CAPUT SEPTIMUM.

De mutuis reverentiis inter Ecclesiarum Antistites, & Præsidem, sive Gubernatorem, aut Vice-Legatum: deque salutatione Concionatoris erga alterutrum.

PОntificalis salutatio regulariter inter sacras actiones in eo consistit, ut manu aperta singulis benedicat: nihilominus, ut a communi cæterorum Fidelium cœtu, velut filiorum spiritualium Antistiti subjectorum distinguatur Præses, sive Gubernator, vel Vice-Legatus: sicut erga Canonicos servari jubet Cæremoniale Episcoporum *Libro primo Capite decimo octavo*; oportebit, ut Archiepiscopus, seu Episcopus capitis inclinatione Præsidem, vel Gubernatorem, aut Vice-Legatum salutet, quoties ad sedem suam ascendere, seu ab illa descendere incipiet; eique Præses, sive Gubernator, vel Vice Legatus cominus bireto deposito assurgens mutuam rependet salutationem, caput similiter inclinando.

Verum enim vero in hujusmodi consalutationibus exequendis, regula a laudato Episcoporum Cęremoniali eodem in capite designata omnino erit attendenda, videlicet: ut, dignitate gradus minime attenta, sed præ oculis actionis modo, & commodo dumtaxat posito, reverentia semper fiat *primo ei, a quo disceditur, & ultimo ei, ad quem itur; nullo habito respectu quis eorum sit major*. Sicque quælibet præeminentiarum, & præcedentiarum discrepantia, quæ forsan Canonicos inter, & enunciatos Præsules fuisset unquam exorta, prorsus dirimetur.

Quos quidem reverentiales mutuos actus omittere necesse erit in Matutinis Tenebrarum, per integram Feriam sextam in Parasceve, ac Sabbato Sancto, usque ad Solemnem Missam exclusive: Sicut etiam in singulis Mortuorum Officiis, quæ obvenire fortasse poterunt. Consentaneum quippe hoc erit legi, & praxi usque adhuc servatæ, abstinendi in præfatis conventibus etiam a benedictionibus tum solemnibus, tum privatis, & Cleri inferioris, & Populi circumstantis, utpote quæ sunt actus potestatis, & sollemnitatis, luctuosis hisce actionibus repugnantes.

Concionator vero salutationem hujusmodi nunquam prætermittet, sive eadem Feria sexta in Parasceve sermonem de Passione, sive de laudibus alicujus Defuncti post mortualem Missam sit facturus: prout in præcitati Cęremonialis Episcoporum Libro secundo, *Cap.* 11. & super utroque casu decernitur; Et ideo post illam primo loco debitam Episcopo, vel Archiepiscopo, speciatim versus Præsidem, seu Gubernatorem, aut Vioe-Legatum, reverentiam aliam semper faciet.

CAPUT OCTAVUM.

Præsidi, vel Gubernatori in incessu variatur locus, quando Episcopus, vel Archiepiscopus fuerit sacris Paramentis indutus.

QUod in superiori capite tertio stabilitum fixumque fuit circa locum Præsidis, seu Gubernatoris accedentis cum Episcopo, sive Archiepiscopo ad Ecclesiam, & ab Altari augustissimi Sacramenti divertentis ad principem Aram, ut scilicet ad sinistram ipsius Antistitis incederet, est solummodo intelligendum, quando Archiepiscopus, vel Episcopus fuerit sola Cappa Pontificali indutus. Nam de cætero, si sacris indumentis exornatus processerit, sive ut Deo sacrificium offerat, sive publicis sollemnibusque supplicationibus cum Pluviali intersit, ibit Præses, aut Gubernator in habitu suo ordinario, hoc est Mantelletto supra Rocchetum, non amplius ad sinistram, sed immediate post Archiepiscopum, seu Episcopum.

CAPUT NONUM.

De Archiepiscopi, sive Episcopi descensu in Ecclesiam per Scalam interiorem, & privatam Portam.

SI ob aeris intemperiem, aut peragendarum Functionum qualitatem, seu ob aliam quamcumque causam, aptiorem commodioremque judicaret Antistes descensum in Metropolitanam, seu Cathedralem, tam obeundi gratia omnes illas sacras actiones a Cæremoniali circumscriptas, quam alias ab eo minime definitas, per Scalam interiorem Palatii in ipsammet Ecclesiam porrigentem; Præsidis, aut Gubernatoris tunc erit, præstituta sub hora, una cum Magistratu ad eam accedere, & in alia Antistitem jam cappa indutum descendentem officiosis verbis excipere, ac subinde comitari, prout supra fusius explicatum est. Quæ quidem obviatio a solo etiam Magistratu erit explenda, Præside, aut Gubernatore absente.

CAPUT DECIMUM.

Quo accedere debeat Magistratus, ut Archiepiscopo, seu Episcopo inserviat, absente Præside, vel Gubernatore; ac generatim de loco illius in incessu, adsit vel absit Præses, aut Gubernator.

MAgistratus sæcularis, quotiescumque legitimo impedimento detentus abfuerit Præses, vel Gubernator, non ad ostium Episcopi tantum, sed superius ascendere debebit in Aulam, seu Cubiculum ab Archiepiscopo, vel Episcopo ad hoc destinatum: Atque ibi præstolari, ut eum, postquam fuerit opertus Cappa, progredientem ad Ecclesiam comitetur, & deducat; procedet autem immediate ante illum, sit quidem præsens, aut absens Gubernator, aut Præses.

Quod si fuerit Archiepiscopus utens Cruce, tunc Magistratus ibit immediate ante ipsam Crucem. Nullus enim inter eam, & Archiepiscopum incedere debet, cum sit peculiare ipsius insigne.

CAPUT UNDECIMUM.

Quid si Archiepiscopus, vel Episcopus Cardinalitia præstet dignitate?

SI Archiepiscopus, sive Episcopus non pontificali dumtaxat refulgeat potestate, sed præter hanc Cardinalatus supereminat dignitate, quoties Eminentia Sua erit descensura in Ecclesiam, tempestive Præses, aut Gubernator aderit in ejus Aula, seu Cubiculo præsignato, ut in illius obsequiis comitatuque sit, cum progredietur; & tunc præeunte omnino Magistratu, permittet Cardinalis, ipsum Præsidem, aut Gubernatorem ad sui sinistram incedere.

In limite Ecclesiæ, postquam Cardinalis Episcopus, seu Archiepiscopus lustrali se aqua signaverit, aspersorium tangendum porriget Præsidi, vel Gubernatori, qui deinde apud augustissimi Sacramenti aram genuflectet super unico tantum pulvinari, quod ei præstabitur in terra post Eminentiam Suam in consueto genuflexorio procumbentem.

Postergali prorsus amoto, Residentia pro ipso Præside, vel Gubernatore apud Altare majus relinqui poterit quoad cætera ornatus genera, prout in capite quarto describitur.

Si audiendi causa Conciones exegerit commoditas, ut pro Cardinali alius aptetur locus sermocinaturo propinquior: Eminentiæ Suæ præstanda quidem erit prænobilis Sedes supra ligneum gradum tapete contectum, non omisso, ut desuper dependeat Baldachinum. At Præsidi, sive Gubernatori nisi aliud, quam inferior Sella super nudo pavimento, & aliquantulum post illam Cardinalis locata, exhibebitur.

Consueta Concionatoris reverentia unice ad ipsum Cardinalem dirigetur: Quod

generatim, & universe ab aliis etiam, sermonem quacumque de causa habentibus a præsente Cardinali erit inconcusse adimplendum.

Sacris actionibus expeditis, nisi aliter Archiepiscopo, seu Episcopo Cardinali visum fuerit, & Præses, vel Gubernator, & Laicus Magistratus Eminentiam Suam iterum comitabuntur ad Cameram usque, sive Cubiculum, unde procedentem susceperant.

NUM. III.

Ad Constit. LXXII. fol. 142.

SYNOPSIS.

Decretorum Congregationis Lauretanæ.

Administratio Bonorum, Pecuniarum &c.

ADMINISTRATIO Bonorum, Pecuniarum, aliorumque effectuum relictorum, vel Capitulo, vel cuilibet de dicto Capitulo, vel Inservientibus Ecclesiæ, aut Altaribus, pro Cappellanis, & Legatis Missarum, sive ad tempus, sive perpetuo, etiam de Jurepatronatus Laicorum, spectat ad ipsum Sanctuarium, & per ipsum ad Gubernatorem. *Littere a' Monsignori Vescovo, e Governatore* 1. *Marzo* 1700. *e* 25. *Agosto* 1717.

Armorum Custodes.

Sex Armorum Custodes, vulgo *Armaroli*, sunt subjecti Parocho Almæ Domus, a quo ipsis Sacramenta sunt administranda. *Lettere a' Monsignori Vescovo, e Governatore* 18. *Febbraro* 1704.

Avunculi vero dictorum Armorum Custodum licet cohabitent cum Nepote, non sunt subjecti dicto Parocho Almæ Domus, cum non possint dici de Familia Nepotum exempta. *ibidem.*

Artifices, & Professores.

Artifices, & Professores quicumque inservientes Almæ Domui intra annum in eorum Professionibus, non tamen continuo, sed juxta Sanctuarii necessitatem, absque constitutione annui salarii, licet litteris patentalibus Almæ Domus cum inhibitione fuerint muniti, non gaudent exemptione a jurisdictione Episcopi. *Dub.* 15. *ex* 33. *concordat. Anno* 1734.

Arx Ecclesiæ.

Arx Ecclesiæ Lauretanæ existens supra dictam Ecclesiam, ubi sunt Mansiones Clericorum Sacristiæ, & Inservientium Missarum, & Lampadariorum, non est sub Ditione Episcopi, itaut possit ab eo visitari jure ordinario quoad Clericos Sacristiæ, & dictos Inservientes; quo vero ad Lampadarios jure delegato. *Dub.* 6. *ex* 33.

Janua dictæ Arcis erit omnino claudenda, ne Mansiones ejusdem accommodentur, ut moris est, illis, qui confugiunt ad Ecclesiasticam Immunitatem. *Ibidem ut supra.*

Administratio Sacramentorum. *Vide* Baptisma, Eucharistia.
Affictuarii. Vide Coloni exempti.
Altare Sanctissimi Sacramenti. *Vide* Visitatio.
Alumni Collegii Illyrici. *Vide* Collegium.

Baldachinum.

Neque Episcopo, neque Gubernatori licet uti Baldachino intra limites Palatii Almæ Domus. *Resolut. 2. Decembris* 1729.

Baptisma.

Baptizare Infantes Confluentium, & eorum Cadavera tumulare, spectat ad Parochum Sanctuarii. *Lettere a' Monsignori Vescovo, e Governatore 2. Decembre* 1717.

Parocho Sanctuarii ægrotanti licet sui loco deputare Sacerdotem sibi benevisum, ex approbatis tamen ab Episcopo, pro administratione Sacramenti Baptismatis. *Lettere a' Monsignori Vescovo, e Governatore 24. Agosto* 1705.

Si contingat, Capellano Almæ Domus cum Nepote convivente, Filiam ex ipso Nepote nasci, baptizanda erit a Parocho dictæ Almæ Domus, licet Pater, & respective Nepos litteras patentales Episcopi haberet. Litteræ enim patentales Episcopi non possunt æquivalere Litteris patentalibus dictæ Almæ Domus. *Lettera a' Monsignor Vescovo 20. Gennaro* 1740.

Bona. Vide Administratio Bonorum.

Breve pro aperienda Capsula Eleemosynæ. *Vide* Eleemosynæ.

Campanarius, seu Pulsator Nolarum.

Ad Episcopum, uti Delegatum, spectat privative ordinatio pulsandi Campanas pro signo canendi Litanias in quocumque Sabatho de sero, & in quacumque Festivitate Beatæ Mariæ Virginis, & earum Vigiliis. *Lettere a' Monsignori Vescovo, e Governatore 6. Settembre* 1698. *Resolut. ad Dub. 5. 17. Aprilis* 1708.

Licet autem Episcopo in parte Palatii, ubi residet apud Lauretum, uti Campanula ad usum proprium tantum. *Resolut. 2. Augusti* 1729.

Qui habent Officia Almæ Domus, sed ea exercent per interpositas Personas, veluti Pulsator Nolarum, Cantinerius, & similes, frui debent exemptione tam ipsi, ut Officiales, quam eorum Substituti, dummodo facultas exercendi per substitutum fuerit a Sacra Congregatione approbata. *Dub. 17. ex* 33.

Cancellaria, Cancellarius.

Episcopus procedens jure delegato, debet uti Cancellario Sanctuarii, nec sufficit, si emolumenta omnia, quæ alias ad ipsum spectarent, ipsi relinquat. *Lettera a Monsignor Governatore li 16. Maggio* 1701. *Dub. 7. ex* 33.

Episcopus aliquando, & attenta aliqua suspicione, poterit, prævia licentia Sacræ Congregationis Lauretanæ, in causis contra Privilegiatos Almæ Domus uti suo Cancellario in examinandis Testibus pro sumendis, & captivandis indiciis, dummodo tamen dicta examina Testium reproducantur per acta Cancellariæ Almæ Domus, antequam Reus constituatur, & Processus per eadem Acta Cancellariæ Almæ Domus prosequatur. *Lettere a' Monsignori Vescovo, e Governatore 28. Febbraro* 1701. *Dub. 8 ex* 33.

Item poterit Cancellarius Almæ Domus compelli ab Episcopo ad conficiendum Inventarium omnium Processuum, Beneficialium, Matrimonialium, Civilium, & Criminalium, Actorum, & aliarum Scripturarum factarum, & respective exhibitarum in dicta Cancellaria coram Episcopo tanquam Delegato Apostolico, vel ejus Vicario, ad effectum asservandi dictum Inventarium in Archivo Episcopali ad formam novissimi Concilii Romani, & Constitutionis Benedicti XIII. & in casu renitentiæ, compellendus erit a Sacra Congregatione *Dub. 10. ex* 33.

Episcopus vero tenetur registrare in Cancellaria Almæ Domus tam Ordinationes Exemptorum, quam eorum Litteras testimoniales. *Lettere a' Monsignori Vescovo, e Governatore 11. Marzo* 1704.

Can-

Candelæ , Cera.

Benedictio Candelarum in Solemnitate Purificationis est facienda, juxta solitum, in Ecclesia Lauretana, non autem in Sancta Cappella. *Lettere a'Monsignori Vescovo, e Governatore 28. Gennaro* 1720.

Quando in Ecclesia Lauretana de ordine Episcopi fit Communio Generalis, vel fit aliqua Processio, aut Expositio Sanctissimi Sacramenti ad implorandum Divinum Auxilium pro necessitatibus Populi, vel Ecclesiæ Catholicæ, debent a Ministris Almæ Domus subministrari Ceræ, & alia necessaria pro supradictis Functionibus explendis. *Dub.* 2. *ex* 33.

Cantores, Musici, Magister Cappellæ, Organistà.

Musicis, & Cantoribus se absentare petentibus a servitio Ecclesiæ ad breve tempus, ob aliquod eorum negotium, concedenda est licentia ab Episcopo, aut ejus Vicario Generali, jure delegato, non autem a Gubernatore. *Lettere a' Monsignori Vescovo, e Governatore* 1. *Settembre* 1698. *e* 28. *Giugno* 1700. *Dub.* 4. *ex* 33.

Ad Episcopum pariter, privative quoad Gubernatorem, spectat præscribere Ordines Magistro Cappellæ, Cantoribus, & Organistæ, circa servitium Chori, & Functionum Ecclesiasticarum. *Dub.* 5. *ex* 33.

A Gubernatore vero danda est possessio Magistro Cappellæ, & Organistæ, post eorum destinationem, in sequelam Litterarum patentalium, quas ipse de mandato Sacræ Congregationis expedire solet. *Lettere a' Monsignori Vescovo, e Governatore* 28. *Febbraro* 1701.

Cappellanus, Cappella, Cappellania.

Cappellanus Vivaldus est subjectus, una cum Fratre, & tota Familia secum vivente, Parocho Almæ Domus. *Resol.* 19. *Septembris* 1710.

Institutio Præsentati ad Cappellaniam Domus Farsettæ, reservata tempore fundationis Cardinali Protectori, spectat ad Sacram Congregationem. *Lettera a' Monsignor Vescovo* 19. *Decembre* 1710.

Episcopo competit facultas ingrediendi in Sacram Cappellam cum Mozzetta, & Rocchetto detecto, nec non benedicendi Populo jure delegato. *Resol.* 10. *Julii* 1731.

Non licet autem ipsi Episcopo die Præsentationis Beatæ Mariæ Virginis, & aliis diebus, quibus Missa cantari solet in Sacra Cappella, illam canere in Ecclesia. *Lettere a Monsignor Vescovo* 28. *Novembre* 1701. 10. *Gennaro* 1702.

Cappellanus possessor Cappellaniæ Micucci, cujus nominatio spectat ad Venerabilem Societatem Sanctissimi Rosarii Laureti, Episcopo subjectam, gaudet exemptione, ex quo destinatos proventus prædictæ Cappellaniæ recipit ab Alma Domo, uti hærede supradicti Micucci. *Dub.* 21. *ex* 35.

Carceres.

Personæ, quæ carcerantur de mandato Episcopi, vel ejus Vicarii procedentis ure delegato, detineri debent in Carceribus Almæ Domus, ad exclusionem illarumipsius Curiæ Episcopalis. *Dub.* 9. *ex* 33.

Causa.

Non potest Gubernator, attento privilegio Sanctuarii, trahendi ad suum Tribunal omnes causas tam activas, quam passivas ejusdem Almæ Domus procedere in Causis activis motis a Ministris, & Exemptis Almæ Domus contra Ecclesiasticos non privilegiatos; id autem spectat ad Episcopum jure ordinario. *Lettere a' Monsignori Vescovo, e Governatore* 1. *Marzo*, 1700. *Resol.* 10. *Luglio* 1731. *Dub.* 25. *ex* 33.

Quo vero ad Causas tam activas, quam passivas, in quibus agitur de interesse Almæ Domus, spectare debent privative ad Gubernatorem, *dict. Dub.* 25. & 33.

Spe-

Spectat autem ad Episcopum, jure tamen delegato, cognoscere Causas activas motas a Ministris, & exemptis Almæ Domus contra Ecclesiasticos privilegiatos, nisi agatur de iis, quæ respiciunt eorum Ministerium, in quibus subesse debent Gubernatori. *Lettere a' Monsignori Vescovo, e Governatore* 1. *Marzo, e* 26. *Aprile* 1700.

Instantia Cherubinorum, & Fratrum Alexandrinorum petentium, eorum Causam contra Sanctuarium coram Episcopo agitatam, & a Gubernatore reassumptam, iterum committi Episcopo, aut pro ea deputari Judicem in Curia Romana, rejecta fuit, ne inferretur præjudicium privilegiis ejusdem Sanctuarii. *Lettere a Monsignor Governatore* 12. *Maggio* 1699.

Coadjutores.

Coadjutores Officialium Almæ Domus gaudent & ipsi exemptione, dummodo Coadjutoria fuerit a Sacra Congregatione approbata. *Dub.* 18. *ex* 33.

Collegium Illyricorum.

Concessio Dimissorialium Alumnis Collegii Illyrici, & reliqua omnia concernentia eorum ordinationem, spectat privative ad Episcopum. *Lettere a' Monsignori Vescovo, e Governatore* 6. *Febbraro* 1699.

Quoad Convictores vero ejusdem Collegii, Episcopus procedit jure ordinario. *Lettera a Monsignor Governatore* 30. *Agosto* 1700.

Ordinatio Alumni dicti Collegii est etiam licita, non obtentis Litteris Dimissorialibus Episcopi Lauretani. *Lettera a Monsignor Vescovo* 4. *Aprile* 1709.

Concursus.

Concursus pro Cura Almæ Domus committitur per Sacram Congregationem Episcopo, & firmatur, Curatum esse perpetuum, & non ad nutum amovibilem. *Lettere a' Monsignori Vescovo, e Governatori* 28. *Giugno* 1700.

Intimatio Concursus pro Ecclesia Parochiali Almæ Domus facienda est ab Episcopo jure delegato, & Acta Concursus transmittenda ad Sacram Congregationem. *Lettera a Monsignor Vescovo* 29. *Ottobre* 1729.

Concursui tamen non est necesse, quod Delegatio & inferatur, & indicetur peculiariter, cum habeatur vigore Bullæ. *Resol.* 20. *Decembris* 1729.

Acta Concursus Parochialis referuntur in Sacra Congregatione, & per Vota fit electio *ibidem*.

Confirmatio.

Episcopus, qui Sacramentum Confirmationis conferre potest subditis ordinario jure, exemptis vero delegato, ad hoc ut dicti ordinarii, & delegati juris differentia elucescat, declarare debet in actu Collationis per Acta Cancellariæ Gubernii, quoad Exemptos se procedere jure delegato: non tenetur tamen Exemptorum Nomina describere in dicta Cancellaria. *Lettera a' Monsignori Vescovo, e Governatore* 24. *Agosto* 1705.

Confluentes.

Expressione Confluentium a qualibet Mundi parte devotionis gratia ad Almam Domum, qui juxta litteram Constitutionis Innocentianæ §. *Ac primo quidem*, a jurisdictione Episcopi eximuntur, non comprehenduntur illi, qui petunt Lauretum propter eorum temporalia negotia, vel in dicta Civitate remanent ultra decem dies. *Lettera a Monsignor Governatore* 8. *Gennaro* 1738. *Dub.* 13. *ex* 33.

Hinc Confluentes illi, qui a Birruariis Episcopalibus apprehenduntur cum Mulieribus suspectis, Fures, aliique quomodolibet, gaudent privilegio confluentiæ, dummodo captura sequatur intra decem dies ab illorum adventu. *Lettera a Monsignor Vescovo* 8. *Ottobre* 1713. *Dub.* 14. *ex* 33.

Quoad dictos tamen Delinquentes, Conscientia Gubernatoris oneratur eos puniendi

di prout de jure; additis pœnis arbitrio Sacræ Congregationis, & Summi Pontificis, in casu omissionis, *d. Dub.* 14. *ex* 33. *Cætera Vide* Licentiæ.

Constitutio.

Constitutio San. mem. Innocentii XIII. nihil innovat quoad jurisdictionem privativam in Constitutione Sa. me. Pauli V. concessam Gubernatoribus in Causis activis, & passivis Sanctuarii, contra Debitores, & Possessores bonorum ipsius Sanctuarii. *Lettera a Monsignor Governatore* 7. *Agosto* 1699.

Minores Conventuales.

Quatuor ex Patribus Minoribus Conventualibus, qui sunt Cappellani addicti servitio Sanctuarii, ex gratia ipsis concessa a clar. mem. Cardinali Alterio Protectore, juxta Constitutionem San. mem. Pauli V. subsunt solum delegatæ Jurisdictioni Episcopi. *Lettere a' Monsignor Vescovo, e Governatore* 3. *Ottobre* 1702.

Nomina tamen dictorum quatuor Patrum, & aliorum Regularium similibus Cappellaniis fruentium, scribenda sunt in Rollo, & in Tabella, sicuti Nomina cæterorum Cappellanorum, & hoc ita, ut uno ex ipsis quomodolibet deficiente, Nomen alterius in ipsius locum subrogati, describatur: *ibidem ut supra.*

Sanctæ Crucis Lignum.

Lignum Sanctæ Crucis, quod servatur in Cappella, occasione alicujus particularis Processionis ab Episcopo indictæ, subministrari debet, ad effectum illud exponendi in Altari Sanctissimæ Annunciationis, illudque processionaliter deferendi per Civitatem, & cum illo Populum benedicendi. *Dub.* 2. *ex* 33.

Custodes.

Custodes omnino obedire tenentur sine ulla exceptione licentiis ab Episcopo concessis Confluentibus, & Diœcesanis se muniendi Eucharistia in Sacra Cappella, & Episcopo conceditur facultas procedendi contra ipsos inobedientes, & crescente contumacia, ab officio removendi; hac tamen adjecta lege, quod ante remotionem, de voluntate Episcopi super hoc certior reddenda sit Sacra Congregatio. *Lettere a' Monsignori Vescovo e Governatore* 19. *Novembre* 1699. *e* 28. *Giugno* 1700.

Cæremoniæ. Vide Missa.

Cantinerius. Vide Campanarius.

Concursus. Vide Edicta.

Sacra Congregatio. Vide Jurisdictio. Solium, Sede vacante.

Curatus. Vide Parochus, Concursus, Edicta.

Custodes. Vide Licentiæ.

Deputatio.

Deputatio trium Custodum Sacræ Cappellæ, duorum Sacerdotum Lampadariorum, duorum Ministrorum Cappellæ Sanctissimi Sacramenti, Ministrorum Sacristiæ, ubi subministratur Vinum, & Cera pro celebratione Missarum in Ecclesia Cathedrali, Campanarii, & Senientis pro pulsatione Campanarum, tam pro Sacra Cappella, quam pro Ecclesia Cathedrali, spectat privative ad Sacram Congregationem. *Lettere a' Monsignori Vescovo, e Governatore* 1. *Settembre* 1698.

Dimissoriales.

Litteræ Dimissoriales Cappellanis, & Ministris Sanctuarii concedenda sunt ab Episcopo, jure delegato. *Lettere a' Monsignori Vescovo, e Governatore* 1. *Marzo* 1700.

Gu-

Gubernator vero debet in dictum finem exhibere Cancellariæ Episcopali notulam Cappellanorum, & Privilegiatorum. *ibidem ut supra.*

Devitores Sanctuarii. Vide Constitutio.

Dimissoriales. Vide Collegium Illyricorum, Licentiæ.

Edicta.

Edicta super observatione Festorum sunt ex juribus Episcopi ordinariis quoad Subditos, quoad Exemptos vero sunt juris delegati. *Lettera a Monsignor Governatore* 2 *Ottobre* 1703.

Si in Edictis non exprimatur auctoritas delegata, non obligant Curatum Almæ Domus. *Lettera a Monsignor Vescovo* 1. *Decembre* 1704.

Edictum pro convocatione Concursus Ecclesiæ curatæ Almæ Domus faciendum est ab Episcopo jure delegato, & per acta Cancellarii Almæ Domus. *Lettera a Monsignor Vescovo* 28. *Febbraro* 1701.

Episcopus, neque uti Delegatus, valet, inconsulta Sacra Congregatione, Edicta affigere in Sacrario Sacræ Capellæ, nuncupato *La Sagrestia del Tesoro*, circa concernentia decentiam Sacrificii, tempus celebrandi, & similia. *Resol. ad Dub.* 4. 17. *Aprilis* 1708.

Eleemosynæ.

Ad formam Bullæ Innocentianæ, spectat ad Gubernatorem aperire Capsulas Eleemosynarum, & ad ipsum dirigendum est Breve pro facultate ipsas aperiendi. *Lettere a' Monsignori Vescovo, e Governatore* 20. *Decembre* 1700.

SS. Eucharistia.

Ad formam Bullæ Pauli V. competit Episcopo facultas administrandi Populo, quotiescumque voluerit, Sanctissimam Eucharistiam ab Altari Sanctissimi Sacramenti. *Resol. ad Dub.* 2. 18. *Agosto* 1727.

Debet tamen idem Episcopus, ad evitandas confusiones, super hoc verbum facere cum Gubernatore. *Resol.* 24. *Luglio* 1711.

Ecclesiastici. Vide Causæ.

Exempti, Exemptio. Vide Cappellanus, Causæ, Ordines, Status liber.

Exstratio a Loco immuni. *Vide* Immunitas.

Familiæ. Vide Exemptio.

Exemptio.

Ministri, & gaudentes Literis patentalibus Sanctuarii, uni tantum Famulo exemptionem participare valent. *Lettera a Monsignor Governatore* 16. *Luglio* 1705. & *Dub.* 11. & 33.

Pistores conficientes Panem in Civitate Laureti pro Inservientibus Almæ Domui, hoc est, qui panem conficiunt, quem Alma Domus Inservientibus facit distribuere, gaudent exemptione; Non gaudent vero, qui conficiunt Panem venalem ad usum publicum, & propriam utilitatem. *Dub.* 24. *ex* 33.

Familia Servitorum, & Famulorum, qui inserviunt Ministris, Officialibus, aliisque Privilegiatis, non gaudent dicta exemptione. *Dub.* 11. *ex* 33.

Neque Famuli, aliique Inservientes Patentatis Sanctuarii, in Cauponis, & Apothecis. *Dub.* 19. *ex* 33.

Neque commorantes continuo in Civitate Lauretana, & habentes Litteras patentales Quæstuatorum, Denunciatorum Legatorum piorum Sanctuarii, & similium, in eorum Patriis ab eadem Civitate distantibus. *Dub.* 20. *ex* 33.

Neque Coloni, & Affictuarii pro tempore existentes in Prædio sito in territorio Lauretano, spectante ad Venerabilem Societatem Sanctæ Annæ Recinedi, tanquam Emphyteutæ Almæ Domus. *Dub.* 22. *ex* 33.

Neque Coloni, & Affictuarii Venerabilis Societatis Laureti, existentes in Prædio, quod ipsa Societas possidet uti Emphyteuta Almæ Domus. *Ibidem.*

Exercitia Spiritualia.

Occasione Exercitiorum Spiritualium, concessa fuit Episcopo a Sacra Congregatione facultas exponendi Sanctissimum Sacramentum prima, & secunda Dominica Quadragesima in Altari Sanctissimæ Annunciationis, & cum eodem benedicendi Populum. *Lettera a Monsignor Vescovo 7. Febbraro* 1728.

Gabella.

Clerico Petro Philippo Riccadi convento a Gabellario Laureti pro Gabella Vini, decretum fuit, Causam spectare ad Episcopum, ipsique Episcopo injunctum, ut Sacram Congregationem super hoc instructam redderet. *Lettera a' Monsignori Vescovo è Governatore* 10. *Luglio* 1699.

Hospitalarii.

Hospitalarii Hospitalis directi a Confratribus Sanctissimi Sacramenti, non spectantis ad Sanctuarium, subsunt ordinariæ Jurisdictioni Episcopi. *Lettera a Monsignor Governatore* 18. *Febbraro* 1704.

Immunitas, seu Loca immunia.

Si contingat, Furtum committi in Sacra Cappella, & Furem confugere ad Loca immunia, extractio dicti Furis a dictis Locis immunibus spectat ad Episcopum, in reliquis procedit Gubernator. *Lettere a' Monsignori Vescovo, e Governatore* 1. *Settembre* 1698., *e* 23. *Febraro* 1732.

Jurisdictio.

Episcopus, vigore Bullæ Innocentianæ, est Delegatus perpetuus, nec est astrictus pro exercitio Jurisdictionis delegatæ recurrere ad Sacram Congregationem, salva tamen Superioritate ipsius Congregationis, & salva obedientia ab Episcopo eidem debita ad tramites ejusdem Bullæ, *Dub.* 32. *ex* 33.

Jurisdictio in Causis Civilibus Militum subjectorum in Civilibus, & Criminalibus, Gubernatori, competit Episcopo cumulative cum Gubernatore. *Lettera a Monsignor Governatore 8. Gennaro* 1738.

Jurisdictio Cappellæ Sanctissimi Sacramenti destinatæ ad solam Sanctissimæ Eucharistiæ administrationem, non spectat privative ad Episcopum. *Dub.* 3. 17. *April.* 1708.

Inventarium. Vide Cancellaria.

Libri.

Episcopo competit facultas visitandi libros Baptizatorum, Desponsatorum, & Defunctorum Parochi Almæ Domus ad formam Bullæ. *Resol. ad Dub.* 4. 18. *Augusti* 1727.

Non potest tamen idem Episcopus inspicere libros, & inquirere circa adimplementum onerum Missarum, aliarumque Functionum Piarum. *Resol. ad Dub.* 12. 17. *Aprilis* 1708.

Licentiæ.

Episcopo, uti Delegato, privative competit licentias concedere Confluentibus, & Diœcesanis, sese muniendi Eucharistia in Sacra Cappella. *Dub.* 12. *ex* 33.

Et hoc etiam post discessum trium Custodum discedentium ab Ecclesia post absolutum officium, id petentibus Confluentibus nobilioris conditionis, *Resol. ad Dub.* 8. 8. 17. *Aprilis* 1708.

Ex-

Excepto tamen Gubernatore, ejusque Familia. *Lettere, a' Monsignori Vescovo, e Governatore 1. Settembre 1698.*

Competit etiam Episcopo, eodem jure delegato, approbere Dimissorias petentium licentiam celebrandi in dicta Cappella. *Resol.* 13. *Februarii* 1731.

Licetque ulterius recognoscere, an a Clericis, qui præsunt Sacristiæ dictæ Cappellæ, paritum sit licentiæ a se impertitæ: *Lettere a' Monsignori Vescovo, e Governatore 1. Settembre* 1698.

Horam vero, & tempus assignare competit Ministris Sanctuarii. *Resol.* 13. *Februarii* 1731.

Ad Gubernatorem privative spectat impertiri licentiam tam Confluentibus, quam Diœcesanis, ingrediendi in parva Sacra Cappella, seu Camino: *Lettere a' Monsignori Vescovo, e Governatore* 1. *Settembre* 1698.

Pro cantandis Missis extraordinariis in Sacra Cappella cum invitatione Capituli, & Cleri, non debet præcedere licentia, vel assensus Episcopi, antequam invitetur Capitulum; non potest tamen id peragi, nulla requisita dicti Episcopi licentia. *Resolut. ad Dub.* 11. 17. *Aprilis* 1708. Cætera *Vide* Cantores, & Custodes.

Missa.

Episcopo auscultanti Sacrum in Altari Sanctissimæ Annunciationis, vel in eo Sanctissimi Sacramenti, uti Delegato Apostolico, servari debent a Cappellanis Almæ Domus cæremoniæ servari solitæ in Missis, quæ celebrantur coram Episcopo in sua Diœcesi: eadem pariter servari debent ab Inservientibus, & signanter circa Evangelium porrigendum Episcopo ad osculandum. *Dub.* 1. *ex* 33. *Vide* Cappella.

Ministri. Vide Causa, Deputatio.

Exemptio, Synodus.

Mons Pietatis. Vide Visitatio.

Magister Cappellæ, Musici. Vide Cantores.

Officiales.

Episcopus, sive ejus Vicarius Generalis, procedens jure delegato, tam in Causis Civilibus, quam in Criminalibus contra Privilegiatos Almæ Domus, tenetur uti Officialibus ipsius Almæ Domus, ad exclusionem illorum suæ Curiæ Episcopalis. *Lettere a' Monsignori Vescovo, e Governatore* 1. *Settembre* 1698. *Dub.* 7. *ex* 33.

Ordines.

Episcopo non licet ordinare auctoritate delegata Exemptos Almæ Domus extra Ecclesiam Lauretanam. *Lettera a Monsignor Vescovo* 11. *Marzo* 1704. *Dub.* 10. *ex* 33.

Et servanda sunt ab ipso omnia, ex quibus dignosci possit, in Ordinatione processisse jure delegato. *Lettere a Monsignor Vescovo* 9. *Settembre* 1719.

Ordinationes. Vide Cancellaria, Collegium Illyricorum.

Paramenta.

Episcopo, juxta Constitutionem San. mem. Pauli V., debetur usus Paramentorum Ecclesiasticorum, in suo Sacrario separato assignandorum. *Dub.* 31. *ex* 33.

Non valet tamen ipsis Paramentis uti etiam in Functionibus explendis in Diœcesi Lauretana. *Ibid.*

Neque licet Episcopo uti Sacris Suppellectilibus Almæ Domus, tempore Visitationis; & ad mentem: Mens autem fuit, quod scriberetur Gubernatori, ut ratione urbanitatis ipsas suppellectiles tribueret dicto tempore. *Resolut.* 13 *Februarii* 1731.

Episcopo pro devotione sua celebrare volenti private in Sacra Cappella, aut solemniter in Ecclesia cum Paramentis ab R. P. D. de Carolis donatis, & a Summo Pontifice benedictis; dicta Paramenta a Gubernatore subministranda sunt. *Lettera a Monsignor Governatore* 23. *Gennaro* 1720.

Parochus.

Functiones Parochiales in matrimonio contracto inter privignam Substituti Montis Almæ Domus, & Famulum Hospitalis Sanctuarii, spectant ad Parochum ejusdem Sanctuarii. *Resolut.* 14. *Septembris* 1722.

Administratio Sacramentorum, & tumulatio Cadaverum Sororis Aromatarii, Matris Musici, & Matris Curati Sacræ Cappellæ, conviventium in eadem Domo cum iisdem respective Officialibus, prævia revocatione contrariarum resolutionum, firmatum fuit, spectare ad Parochum ejusdem Sanctuarii. *Lettera a Monsignor Vescovo* 10. *Gennaro* 1702.

Proclamationes Matrimonii Filiæ Promontistæ Sanctuarii, resolutum fuit, faciendas esse a Parocho ipsiusmet Sanctuarii; probationem vero Status liberi Contrahentium, per Acta Cancellariæ Almæ Domus; attento quod Promontista est Minister dictæ Almæ Domus, ideoque Filia est de Familia exempta: juxta Constitutionem San. mem. Pauli V. *Lettere a' Monsignori Vescovo, e Governatore* 16. *Gennaro* 1703.

Proclamationes, & exhibitio Fidei Status liberi Mulieris conviventis cum Fratre, qui non est Operarius stabilis, sed in dies conductus a Fabro lignario Almæ Domus, spectant ad Parochum Episcopalem: Mareschalli vero dictæ Almæ Domus, spectant ad Parochum Sanctuarii. *Lettere a Monsignor Vescovo, ed al Parroco della Sacra Casa* 1. *Febbraro* 1721.

Declarata fuit nulla, & attentata tumulatio Cadaveris Filii Pastoris habentis Litteras patentales Almæ Domus, facta per Parochos Episcopales de licentia Vicarii itidem Episcopalis, pendente inhibitione quoad hoc de nihil innovando, & demandata fuit restitutio emolumentorum Parocho Almæ Domus. *Lettera a Monsignor Vescovo* 3. *Luglio* 1737.

Confluentibus Peregrinis, & Forensibus, intra decem dies eorum adventus ad Almam Domum, administranda sunt Sacramenta per Parochum Almæ Domus, & funera peragenda. *Lettera a Monsignor Vescovo* 29. *Maggio* 1737. Cætera *Vide* Baptisma, Armorum Custodes.

Pontificalia.

Episcopo Busti concessa fuit ex gratia a Sacra Congregatione, die solemnis sui ingressus, facultas exercendi Pontificalia ad Altare Sanctissimæ Annuntiationis. *Resol. ad Dub.* I. 18. *Augusti* 1727. Cætera *Vide* Solitum.

Pradella.

Nihil est innovandum quoad Pradellam, qua utitur Gubernator dum assistit Sacris Functionibus prope Altare Sanctissimæ Annunciatæ. *Lettera a Monsignor Vescovo* 11. *Febbraro* 1711. *Dub.* 27. *ex* 33.

Præventio.

In captura Philippi Angeli Palmerii, resolutum fuit, Gubernatorem fuisse ab Episcopo præventum, & ideo confectionem Processus ad eundem Episcopum spectare, & Reum ipsius Curiæ Episcopalis Carceribus esse tradendum. *Lettera a Monsignor Vescovo* 10. *Luglio* 1699.

Puncturæ.

Episcopus jure delegato tantum potest cogere Cantores ad retinendum Librum Puncturarum, illasque solvendum in casu deficientiæ, ut practicatur in Patriarchalibus Urbis. *Dub.* 16 17. *Aprilis* 1608.

Pecuniæ. Vide Administratio Bonorum.

Peregrini. Vide Confluentes.

Pistores Panis. Vide Exempti.

Possessores Bonorum Sanctuarii. *Vide* Constitutio.

Pro-

Processio. *Vide* Candelæ, Lignum S. Crucis, Vicarii.
Proclamationes. *Vide* Parochus.

Sede Vacante.

Vacante Sede Lauretana, Sacra Congregatio subdelegat Vicarium Capitularem in concernentibus gubernium Spirituale Almæ Domus, secluso Gubernatore. *Lettera a Monsignor Governatore* 19. *Aprile* 1727.

Semestre scutorum viginti, quod Sanctuarium persolvit Episcopo partim pro stabulo, partim pro Coquina, decursum Sede Episcopali vacante, non debetur novo Episcopo. *Resol.* 2. *Augusti* 1729.

Solitum.

Solitum semper servandum est, & si aliqua prætensio insurgat, antequam quidquam innovetur, exhibenda est Sacræ Congregationi, & ejus resolutio expectanda. *Lettera a Monsignor Vescovo* 28. *Novembre* 1701.

Solitum item servandum est quoad celebrationem Missarum in Pontificalibus ab Episcopo apud Altare Sanctissimæ Annunciationis.

Episcopo non licet, postquam Pontificaliter celebravit primas Vesperas Sanctissimæ Circumcisionis Domini, incedere cum Vestibus Pontificalibus, Pastorali, & Mitra, contra solitum, ad incensandum Altare Sanctissimæ Annunciationis, & Imaginem Beatissimæ Virginis in Sacra Cappella. *Lettera a Monsignor Governatore* 10. *Gennaro* 1733.

Status Liberi Fides.

Probatio Status liberi unius Fratris, qui aliunde habet unde vivat, licet sit Socius Mensæ duorum aliorum Fratrum exemptorum, facienda est coram Episcopo jure ordinario. *Lettera a Monsignor Vescovo* 1. *Marzo* 1700.

Synodus.

Licet Episcopo, occasione convocationis Synodi, vocare ad se Ecclesiasticos privilegiatos Almæ Domus, tam ad Concilium, quam ad reliquos actus necessarios pro explenda dicta Synodo, eodem modo, quo se gerit respectu suorum subditorum. *Dub.* 28. *ex* 33.

Licet etiam, facultate delegata, renuentes debitis pœnis compellere. *ibid.*

E contra vero occasione Synodi promulgandæ in Ecclesia Lauretana, non tenentur Almæ Domus Ministri subministrare ea omnia, quæ necessaria sunt pro promulgatione. *Dub.* 29. *ex* 33.

Sacramenta. *Vide* Parochus.
Sacrarium. *Vide* Edicta.
Supellectiles Sacræ. *Vide* Paramenta.
Tumulatio Cadaverum. *Vide* Parochus.

Vicarius Generalis.

Vicarius Episcopi, in his, quæ respiciunt exercitium Jurisdictionis delegatæ, non debet procedere uti Subdelegatus Apostolicus, sed uti Subdelegatus Episcopi. *Dub. ultimo ex* 33.

Licet Vicariis Generalibus Laureti, & Recineti, processionaliter cum Capitulis ambarum Civitatum, ad Almam Domum, in Festivitate Sanctissimæ Annunciationis, vel alia die non impedita, ingredi in Sacram Cappellam indutis Mantelletta supra Rocchetrum, dummodo habeant privilegium utendi dictis Mantelletta, & Rocchetto. *Dub.* 3. *ex* 33.

Visitatio.

Episcopo competit facultas visitandi Sanctissimum Sacramentum in ejus Altari, ad esse-

effectum recognoscendi, an asservetur debita decentia, ac veneratione. *Dub.* 3. 18. *Augusti* 1727.

Item visitandi Sanctissimum Sacramentum, quod asservatur in Hospitali ejusdemmet Almæ Domus, ac recognoscendi libros, in quibus notantur Infirmi, & Defuncti ejusmet Hospitalis, ibique facere absolutionem Defunctorum occasione suæ Visitationis. *Dub.* 5. *ut supra*.

Non potest autem jure delegato Episcopus visitare Montem Pietatis, ad solum effectum inquirendi, & recognoscendi, an adimpleantur Legata, & alia opera pia cum onere a Particularibus relicta. *Dub.* 7. 17. *Aprilis* 1708. Cætera *Vide* Arx Ecclesiæ.

Vicarius Capitularis. *Vide* Sede Vacante.

DUBIA.

A BENEDICTO XIV.

SUMMO PONTIFICE

Decisa, & Resoluta.

Primum Dubium.

AN Episcopo auscultanti Sacrum in Altare Sanctissimæ Annunciationis, vel in eo Sanctissimi Sacramenti, uti Delegato Apostolico, servari debeant a Cappellanis Almæ Domus Cæremoniæ servari solitæ in Missis, quæ celebrantur coram Episcopo in sua Diœcesi; Et an ab Inservientibus eadem debeant servari, & signanter circa Evangelium porrigendum Episcopo ad osculandum.

Resolutio. Affirmative quoad utramque partem.

II. Dubium.

An quando in Ecclesia Lauretana de ordine Episcopi fit Communio generalis, vel fit aliqua Processio, aut Expositio Sanctissimi Sacramenti, ad implorandum Divinum Auxilium pro necessitatibus Populi, vel Ecclesiæ Catholicæ, debeant a Ministris Almæ Domus subministrari Ceræ, & alia necessaria pro supradictis Functionibus explendis, & præcipue Lignum Sanctissimæ Crucis, quod servatur in Sacra Cappella, occasione alicujus particularis Processionis, ad effectum illud exponendi in Altare Sanctissimæ Annunciationis, illudque processionaliter deferendi per Civitatem, & an liceat in hujusmodi Casibus Episcopo, uti Delegato, cum Sanctissimo Sacramento, vel Ligno Sanctissimæ Crucis, solemniter Populo benedicere in eodem Altari Sanctissimæ Annunciationis, vel in eo Augustissimi Sacramenti?

Resolutio. Affirmative in omnibus.

III. Dubium.

An liceat Vicariis Generalibus Laureti, & Recineti processionaliter cum Capitulis dictarum ambarum Civitatum, ad Almam Domum, in Festivitate Sanctissimæ Annunciationis, vel alia die non impedita, ingredi processionaliter, ut supra, in Sanctam Cappellam, indutis Mantelletta supra Rocchettum?

Resolutio. Affirmative, dummodo habeant.

IV. Dubium.

An Musicis, & Cantoribus se absentare petentibus a servitio Ecclesiæ ad breve tem-

tempus ob aliquod eorum negotium, sit concedenda licentia a Gubernatore, vel potius ab Episcopo, aut ejus Vicario Generali, jure delegato?

Resolutio. Negative quoad primam partem, & affirmative quoad secundam.

V Dubium.

An ad Episcopum, privative quoad Gubernatorem, spectet praescribere Ordines Magistro Cappellae, Cantoribus, & Organistae, circa servitium Chori, & Functionum Ecclesiasticarum?

Resolutio. Affirmative.

VI. Dubium.

An Arx Ecclesiae Lauretanae existens supra dictam Ecclesiam, ubi sunt Mansiones Clericorum Sacristiae, & Inservientium Missarum, & Lampadariorum, sit sub & Ditione Episcopi, itaut possit ab eo visitari jure ordinario quoad Clericos Sacristiae, dictos Inservientes; quo vero ad Lampadarios jure delegato?

Resolutio. Negative: Sed cum Personae in Dubio descriptae non habitent in Arce, sed Mansiones Arcis accommodentur illis, qui confugiunt ad Ecclesiasticam Immunitatem, januam Arcis esse omnino claudendam.

VII. Dubium.

An Episcopus, sive ejus Vicarius Generalis Laureti, procedens jure delegato tam in Causis Civilibus, quam in Criminalibus contra Privilegiatos Almae Domus, teneatur uti Officialibus Tribunalis Almae Domus, seu potius uti valeat illis suae Curiae Episcopalis: Et quatenus affirmative quoad primam partem.

Resolutio. Affirmative quoad primam partem, & negative quoad secundam.

VIII. Dubium.

An possit aliquando, & attenta aliqua suspicione, uti suo Cancellario Episcopali in examinandis Testibus, pro sumendis, & captivandis indiciis, dummodo tamen dicta Examina Testium reproducantur per acta Cancellariae Almae Domus, antequam Reus constituatur, & Processus per eadem acta Cancellariae Almae Domus prosequatur?

Resolutio. Affirmative, praevia tamen licentia Sacrae Congregationis.

IX. Dubium.

An Personae, quae carcerantur de mandato supradicti Episcopi, vel ejus Vicarii, procedentis jure delegato, detineri debeant in Carceribus Almae Domus, vel potius in illis ipsius Episcopalis?

Resolutio. Affirmative quoad primam partem, & negative quoad secundam.

X. Dubium.

An Dominus Cancellarius Almae Domus possit ab Episcopo compelli ad conficiendum Inventarium omnium Processuum Beneficialium, Matrimonialium, Civilium, & Criminalium Actorum, & aliarum Scripturarum factarum, & respective exhibitarum in dicta Cancellaria coram Episcopo, vel ejus Vicario, tanquam delegato Apostolico, ad effectum asservandi dictum Inventarium in Archivio Episcopali, ad formam novissimi Concilii Romani, & Constitutionis Benedicti XIII.

Resolutio. Teneri, & in casu renitentiae, compellendum esse a Sacra Congregatione Lauretana.

XI. Dubium.

An juxta praetensam dispositionem Constitutionis San. mem. Pauli V. §. *Nihilominus*,

nus, privilegio Exemptionis a Jurisdictione Episcopi gaudere debeant Familiæ Servitorum, & Famulorum, qui inserviunt Ministris Officialibus, aliisque Privilegiatis Almæ Domus?

Resolutio. Negative. Nihil tamen esse innovandum quoad jus exemptionis concessum Ministris pro uno tantum eorum Famulo.

XII. Dubium.

An Episcopo uti Delegato Apostolico, privative competat licentias concedere Confluentibus, & Diœcesanis, sese muniendi Eucharistia in Sacra Cappella?

Resolutio. Affirmative.

XIII. Dubium.

An sub expressione Confluentium a qualibet Mundi parte devotionis gratia ad Almam Domum, qui, juxta Literam dictæ Constitutionis Innocentianæ § *Ac primo quidem*, a jurisdictione Episcopi eximuntur, comprehendantur illi, qui petunt Lauretum propter eorum temporalia negotia, vel in dicta Civitate remanent per plures dies: Et quatenus affirmative, per quantum temporis durare debeat privilegium Confluentiæ?

Resolutio. Quoad primam partem negative; & quoad secundam, privilegium confluentiæ durare per decem dies.

XIV. Dubium.

An hujusmodi privilegio Confluentiæ gaudeant Confluentes illi, qui a *Birruariis* Episcopalibus apprehenduntur cum Mulieribus suspectis, Fures, aliique quomodolibet Delinquentes?

Resolutio. Affirmative, dummodo captura sequatur intra decem dies, juxta Responsionem ad Dubium præcedens: onerata quoque Gubernatoris conscientia, eos puniendi prout de jure; additisque pœnis arbitrio Sacræ Congregationis *Lauretanæ*, & Summi Pontificis, in Casu omissionis.

XV. Dubium.

An eadem exemptione a jurisdictione Episcopi gaudere debeant Artifices, & Professores quicumque inservientes Almæ Domui intra annum in eorum Professionibus, non tamen continuo, sed juxta Sanctuarii necessitatem, absque constitutione annui Salarii, licet Literis patentalibus Almæ Domus cum inhibitione fuerint muniti?

Resolutio. Negative.

XVI. Dubium.

An frui debeant eadem exemptione omnes Coloni, Affictuarii, & Emphyteutæ etiam parvorum Prædiorum Almæ Domus cum tenui Canonis responsione?

Resolutio. Negative.

XVII. Dubium.

An, qui habent Officia Almæ Domus, sed ea exercent per interpositas Personas, veluti Pulsator Nolarum, Cantinerius, & similes, frui debeant dicta exemptione tam ipsi uti Officiales, quam eorum Substituti?

Resolutio. Affirmative, dummodo facultas exercendi per Substitutum fuerit a Sacra Congregatione Lauretana approbata.

XVIII. Dubium.

An gaudeant dicta exemptione etiam Coadjutores Officialium Almæ Domus?

Resolutio. Affirmative, dummodo Coadjutoria fuerit approbata a Sacra Congregatione Lauretana.

XIX.

XIX. *Dubium*.

An eadem exemptione gaudeant Famuli, aliique Inservientes Patentatis Sanctuarii in Cauponis, & Apothecis?
Resolutio. Negative.

XX. *Dubium*.

An aliqui commorantes continuo in Civitate Laureti, & habentes Literas patentes Quæstuatorum, Denunciatorum Legatorum piorum Sanctuarii, & similium in eorum Patriis ab eadem Civitate distantibus, eadem exemptione gaudere debeant?
Resolutio. Negative.

XXI. *Dubium*.

An Sacerdos Possessor Capellaniæ Micucci, cujus nominatio spectat ad Ven. Societatem Sanctissimi Rosarii Laureti Episcopo subjectam, eodem privilegio exemptionis fruatur, ex quo destinatos proventus prædictæ Capellaniæ recipit ab Alma Domo, uti hærede supradicti Micucci?
Resolutio. Affirmative.

XXII. *Dubium*.

An Coloni, & Affictuarii pro tempore existentes in quodam Prædio sito in Territorio Lauretano, & spectante ad Ven. Societatem S. Annæ Recineti, tanquam Emphyteutæ Almæ Domus, gaudeant supradicta exemptione?
Resolutio. Negative.

XXIII. *Dubium*.

An hujusmodi exemptione gaudeant Coloni, & Affictuarii Ven. Societatis Laureti existentis in Prædio, quod dicta Societas possidet ut Emphyteuta Almæ Domus?
Resolutio. Negative.

XXIV. *Dubium*.

An Pistores Panis venalis Civitatis Laureti gaudeant eadem exemptione?
Resolutio. Pistores Panis, quem conficiunt pro Inservientibus Almæ Domui, hoc est, qui Panem conficiunt, quem Alma Domus Inservientibus facit distribuere, gaudere; Secus illos, qui Panem venalem conficiunt ad usum publicum, & propriam utilitatem.

XXV. *Dubium*.

An liceat Gubernatori, attento privilegio Sanctuarii trahendi ad suum Tribunal omnes Causas tam activas, quam passivas ejusdem Almæ Domus, procedere contra Clericos, Ecclesiasticasque Personas, & Loca Pia, in dictis Causis Almæ Domus, uti Reos conventos, seu potius id competat Episcopo tanquam Delegato Apostolico, vel ejus Vicario uti Subdelegato?
Resolutio. Non posse Gubernatorem procedere in Causis Activis motis a Ministris, & Exemptio Almæ Domus contra Ecclesiasticos non privilegiatos, idque ad Episcopum pertinere jure delegato, in Causis activis motis a Ministris, & Exemptis Almæ Domus contra Ecclesiasticos privilegiatos, nisi agatur de iis, quæ respiciunt eorum Ministerium, in quibus subesse debent Gubernatores; Quo vero ad Causas tam activas, quam passivas, in quibus agitur de interesse Almæ Domus, spectare privative ad Gubernatorem.

XXVI. *Dubium*.

An Episcopo liceat ubique in sua Diœcesi, ubi ordinationes habuerit, etiam extra Ecclesiam Lauretanam, ordinare auctoritate delegata Exemptos Almæ Domus, ita

tamen, ut Episcopus teneatur registrare in Cancellaria Almæ Domus, tam Ordinationes Exemptorum, quam eorum Literas testimoniales?

Resolutio. Negative quoad primam partem, & affirmative quoad secundam.

XXVII. Dubium.

An reducenda sit ad mensuram præscriptam Pradella, qua utitur Gubernator, dum assistit Sacris Functionibus prope Altare Sanctissimæ Annunciatæ, ad instar Pradellæ, quæ pro eodem Gubernatore extat in Choro?

Resolutio. Nihil esse innovandum.

XXVIII. *Dubium.*

An occasione Convocationis Synodi liceat eidem Episcopo vocare ad se Ecclesiasticos privilegiatos Almæ Domus tam ad Concilium, quam ad reliquos Actus necessarios pro explenda dicta Synodo, eodem modo, quo se gerit respectu suorum Subditorum; Et an, facultate delegata, possit renuentes debitis pœnis compellere?

Resolutio. Affirmative quoad utramque partem.

XXIX. Dubium.

An occasione Synodi promulgandæ in Ecclesia Lauretana, debeant Almæ Domus Ministri subministrare ea omnia, quæ necessaria sunt pro dictæ Synodi promulgatione?

Resolutio. Negative.

XXX. Dubium.

An Episcopo, uti Delegato Apostolico, liceat Infirmis Hospitali Almæ Domus degentibus impertiri Benedictionem in Articulo mortis?

Resolutio. Affirmative.

XXXI. Dubium.

An eidem Episcopo, juxta Constitutionem San. mem. Pauli V. debeatur usus Paramentorum Ecclesiasticorum in suo Sacrario separato assignandorum; Et an valeat ipsis uti etiam in Functionibus explendis in Diœcesi Lauretana?

Resolutio. Affirmative quoad primam partem, & negative quoad secundam.

XXXII. Dubium.

An Episcopus vigore Bullæ San. me. Innocentii XII. sit Delegatus perpetuus? sive potius: An, & in quibus casibus recurrere teneatur ad Sacram Congregationem Lauretanam?

Resolutio. Episcopum vigore Bullæ Innocentianæ esse Delegatum perpetuum, nec esse adstrictum recurrere ad Sacram Congregationem Lauretanam pro exercitio dictæ jurisdictionis delegatæ, salva tamen superioritate dictæ Sacræ Congregationis, & salva obedientia eidem ab Episcopo debita, ad tramites ejusdem Constitutionis Innocentianæ.

XXXIII. Dubium.

An Vicarius ejusdem Episcopi possit procedere uti Subdelegatus Apostolicus, sive ipsius Episcopi.

Resolutio. Vicarium Episcopi in his, quæ respiciunt exercitium jurisdictionis delegatæ, non debere procedere uti Subdelegatum Apostolicum, sed uti Subdelegatum Episcopi.

Sequens XXXIV. Dubium jussu Sanctissimi Domini Nostri inter Partes concordatum & ab eadem Sanctitate Sua, ut infra, resolutum.

XXXIV.

XXXIV. Dubium.

An, & cui competat Electio, Approbatio, & respective Expeditio Literarum Patentium Rectoris Ecclesiæ Parochialis Sancti Petri Castri Fidardi, in casu &c.
Resolutio. Electionem, & Litterarum, Patentium Expeditionem pertinere ad Gubernatorem, nomine Congregationis Lauretanæ: Examen vero, ac Approbationem ad Episcopum, jure delegato.

APPENDIX
AD
SYNOPSIM LAURETANAM.

CUM post prælo traditam Synopsim Lauretanam, jussu ac auctoritate Sanctissimi Domini Nostri BENEDICTI XIV. in unum collectam, nonnullæ aliæ insurrexerint Controversiæ jurisdictionales inter Curiam Episcopalem, & alteram Domini Gubernatoris Lauretani, eas itidem definire Apostolico suo Oraculo dignatus est idem Pontifex Optimus Maximus; Ut vero Resolutiones hujusmodi in posterum pro quibuscumque similibus casibus inservire valeant, eo quo pollet zelo in dirimendis litibus, & dissensionibus pro publica utilitate, jussit præfatæ Synopsi hanc superaddi Appendicem, expresse decernens, decisiones, & resolutiones in ea contentas, vim, & efficaciam legis perpetuo obtinere, perinde ac si illæ impressæ, ac insertæ in ipsa Synopsi reperirentur.

DUBIA.
A BENEDICTO XIV.
SUMMO PONTIFICE

Resoluta post Annum 1743. quo evulgata fuit Synopsis Lauretana:

Primum Dubium.

AN tumulatio Cadaverum, & administratio Sacramentorum, quoad Capellanos, qui pro Principibus exteris Missam assidue celebrant in Sancta Capella, & ab Alma Domo mercedem non recipiunt, spectet ad Curatum Almæ Domus, seu potius ad Parochos Episcopales?
Resolutio. Affirmative quoad primam partem, & negative quoad secundam.

II. Dubium.

An Pictor Cereorum, qui die Purificationis benedicuntur, & Culcitrarum Confector pro servitio Almæ Domus, gaudeant exemptione a jurisdictione Episcopi?
Resolutio. Negative.

III. Dubium.

An privilegio Exemptionis frui debeat Affictuarius parvi Prædii Almæ Domus ad usum Fornacis lateritiæ, ex quo ipse tantum retrahit ab eodem Prædio, quantum sufficit ad illius, & Familiæ sustentationem pro toto anno, vel saltem pro ejus majori parte?
Resolutio. Affirmative.

IV. Dubium.

An cognitio furti commissi in Ecclesia Lauretana, extra tamen Territorium exemptum, pertineat ad Gubernatorem, seu potius ad Episcopum; & quatenus affirmative ad secundam partem.

V. Dubium.

An, ubi Fur sit confluens devotionis gratia, & non Clericus, idem Episcopus procedere possit jure delegato.

Resolutio. Ad primum, pertinere cumulative ad Gubernatorem, & ad Episcopum, itaut sit locus præventioni: Ad secundum, negative.

VI. Dubium.

An, & quando Exteri censeri debeant Lauretum petere propter eorum temporalia negotia, seu potius devotionis gratia ad Almam Domum, itaut intret privilegium *Confluentiæ?*

Resolutio. Omnes, & quoscumque Exteros ex quacumque Mundi parte Lauretum accedentes, censendum esse, illuc petere devotionis gratia, exceptis iis, qui in Civitate, vel Territorio bona possident; ita tamen, ut privilegium Confluentiæ duret dumtaxat per decem dies, nisi longior permanentia procedat ex causa gravis Infirmitatis contractæ infra decem dies.

VII. Dubium.

An Administratio Sacramentorum quoad Joannem Rubeum, ejusque Conjugem, conviventes quidem cum Gaetano Borgognoni privilegiato, sed tamen propriis eorum redditibus, spectet ad Curatum Almæ Domus, seu potius ad Parochos Episcopales?

Resolutio. Negative ad primam partem, & affirmative ad secundam.

VIII. Dubium.

An probatio status liberi Francisci Raffaelli continui Commensalis, Antonii Nicoli patentati, qui etiam dictum Raffaelli tanquam unice proprio servigio adscriptum declaravit, fieri debeat per acta Cancellariæ Almæ Domus, seu potius in Curia Episcopali?

Resolutio. Affirmative ad primam partem, & negative quoad secundam.

IX. Dubium.

An quoties de mandato sive Sacræ Congregationis Lauretanæ, sive Gubernatoris ejusdem Civitatis, aliquis ex Canonicis, Beneficiatis, seu aliis Capitularibus Basilicæ Lauretanæ, nullo ei assignato stipendio, eligitur pro servitio Almæ Domus, pro quo ipse, sive attenta absentia a dicta Civitate, sive aliter, præpeditus remaneat interessendi Divinis Officiis; taliter electus, & deputatus, possit percipere omnes distributiones quotidianas, ita quod a quodam nullo modo punctari possit?

Resolutio. Affirmative, quamdiu necessitas servitii Almæ Domus perduraverit: & quoad Custodes, & Sacristas observetur Constitutio San. mem. Pauli V. §. *Decernimus*.

NUM.

NUM. IV.

Ad Const. LXXXIII. fol. 164.

DECRETUM

Quod SS. Apostolorum Principes PETRUS & PAULUS Urbis Romæ Patroni Principales nuncupentur.

CUM omnium communi æque, ac pio Ecclesiarum more institutum sit, ut quos e Sanctorum numero sibi singulæ Patronos elegerint, eos etiam, adjecto illustri Patronorum titulo, suis unaquæque Calendariis inscribant: Minime dubitandum est, quin Romana potissimum Ecclesia, Principum Apostolorum PETRI, & PAULI Martyrio consecrata, ac supra alias in summum honoris, & gloriæ culmen evecta, a Fidei primordiis eosdem Apostolos uti Patronos habuerit apud Deum, seque in illorum tutela positam jure putaverit. Clarum antiquæ huic traditioni perhibent testimonium tum Sanctus Leo Papa *ser.* 1. *de SS. Petr. & Paul.* ubi eos Romæ Patronos nominat speciales: *Sicut autem*, inquit, *& Nos experti sumus, & Nostri probavere Majores, credimus, atque confidimus inter omnes labores istius vitæ, ad obtinendam misericordiam Dei, semper Nos specialium Patronorum Orationibus adjuvandos*: tum quoque Sanctus Maximus Episcopus Taurinensis *Homil.* 3. *de iisdem* ubi eos Romæ Patronos appellat peculiares: *Horum hodie concursu lætissimo recolit Roma Martyrium; & quorum dudum impia persecuta est sanguinem, eorum nunc peculiari devota Patrocinio gloriatur.* Eisdemque celebri Disticho concinit Sanctus Venantius Fortunatus: *A facie hostili duo propugnacula præsunt: Quæ Fidei Turres Urbs caput Orbis habet.*

At quia compertum est, in Ordine Divini Officii, debita hac nota, ac insigni titulo Patronorum principalium Almæ Urbis, Sanctos eosdem Apostolos nuncupari non consuevisse, eam fortasse ob causam, quod SS. PETRUS, & PAULUS Catholicæ Ecclesiæ Patroni, cæteroquin Generales habeantur, eaque propter in communibus suffragiis ubique per Ecclesiam ipsam invocentur: Sanctissimus Dominus Noster BENEDICTUS PAPA XIV. solerter advertens, per hujusmodi Ecclesiæ universæ generale Patrocinium non effici, quominus iidem sint quamplurium per Orbem Ecclesiarum Patroni simul etiam peculiares, sive ut ajunt, Principales, & hoc nomine in earum Calendariis inscribantur; ratus est, non decere, ut quæ ipsorum Patrocinio Roma præ cæteris lætatur, eos, ubi maxime oportet, Sacris videlicet in Festis, Patronos non appellet.

Qua de re Sanctitas Sua, ut imposterum debita honoris & obsequii ratio servetur in recolenda memoria Principum Apostolorum, quorum presenti ope, ac tutela Christiana Respublica, undique procellis acta, & gravioribus in diem ærumnis confecta, tandem erigitur: Mandat, ac præcipit, memoratos Apostolorum Principes SS. PETRUM, & PAULUM, posthac Romano quoque Calendario, sive Ordini Divini Officii pro degentis in Urbe Cleri directione quotannis imprimendo, similiter inscribi, titulo scilicet principalium Urbis Patronorum non omisso.

Præterea eadem Sanctitas Sua, inhærens Decretis alias editis a Sacra Rituum Congregatione, & a Prædecessoribus suis Romanis Pontificibus approbatis, declarat, quod Commemorationi, quæ in unaquaque Civitate, & Diœcesi, ex laudabili consuetudine, & Rubricarum dispositione, fit Sanctorum suorum Patronorum Principalium inter Suffragia Sanctorum, post Laudes, & Vesperas in Divinis Officiis, quando Commemorationes, sive Suffragia Sanctorum recitantur, tum Romæ, tum alibi, ubicumque Sancti Apostoli PETRUS ET PAULUS uti Patroni principales coluntur, satisfactum censeatur per eam Commemorationem ordinariam, seu communem, quæ fit

fit eorumdem in universa Ecclesia, post Commemorationem Beatissimæ Virginis Mariæ. Atque ita Sanctitas Sua mandat, decernit, & declarat. Hac die 16. Octobris 1743.

Fr. J. A. Card. Guadagni Pro-Præfectus.

Loco ✠ Sigilli.

T. Patriarcha Hierosolymitanus Secret.

NUM. V.

Ad Constitut. LXXXIV. fol. 167.

DE DELATIONE

Et usu Rocchetti.

Sacræ Congregationis Cæremonialis Decreta

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI

Jussu edita.

CUM de mandato Sanctissimi Domini Nostri BENEDICTI PAPÆ XIV. propositi fuerint in Sacra Congregatione Cæremoniali nonnulli abusus, qui de recenti irrepserunt, inter quos est, quod Prælati Rocchetti usum habentes, illo indiscriminatim induti per Urbem incedant, ac insuetis, indebitisque lemniscis, *vulgo Fiocchi*, equos proprii currus exornent: brevioribus insuper nigris vestibus amicti Ecclesias adhuc lucente die, ingrediantur, Sacramentorum publice expositum veneraturi, vel recurrentibus Sanctorum solemnitatibus Cultum adhibituri: atque debita erga Sacrum Cardinalium Collegium publicæ visitationis officia, aliquando non expleverint, tam in prima Prælatitii habitus susceptione, vel in nova Dignitatum, aut munerum assecutione, quam erga eosdem Eminentissimos extra Urbem degentes, dum per Civitates, ubi ipsi resident, Prælati iter agentes, quamvis tempus congruum id permitteret, eos invisere non sategerint.

Eadem proinde Sacra Congregatio ad eos omnino eliminandos, enunciatis die, & mense, ita decrevit.

I. Nulli Prælatorum, cujusvis ordinis, aut Collegii fuerit, qui Rocchetti prærogativa potitur, imposterum liceat eodem induto per Urbem incedere; cum hoc gestare unice ex Summorum Pontificum munificentia una cum lemniscis nigris ad equos proprii currus appensis, præcipuorum suorum officiorum ratione ac præstantia, permissum sit Almæ Urbis Gubernatori Vice Camerario, Generalibus Reverendæ Cameræ Apostolicæ Auditori, ac Thesaurario, nec non utriusque Sacri Palatii Apostolici Præfecto, atque insuper ob distincti habitus accessionem, Mozzettæ scilicet a San. mem. Benedicto XIII. quatuor Patriarchis, Constantinopolitano videlicet, Alexandrino, Antiocheno, & Hierosolymitano concessæ, dum Mantelletto, ac prædicta Mozzetta ornati processerint.

II. Prælati autem, qui Rocchetti prærogativa fruuntur, tunc tantum sument illud per Scalas Palatii Pontificii, Apostolicam Aulam, vel in antecedenti Cubiculo, illud Congregationum, aut Collegialium Actionum, quæ in eodem Palatio cum Rocchetto fient, ingressuri; nec non quando primum in promotione Sacro Senatui de novo adscriptos, & iterum Cardinalatus Insigni decoratos, eos in suis Domibus visitabunt; quoties quemcumque ex DD. Cardinalibus primo invisent, vel Cardina- Rocchetto similiter induto in comitatus obsequiis erunt, sive Domi fuerit, sive extra:

trat: Conveniendo insuper cum Oratoribus Principum, qui Aula gaudent Regia, publica solemni pompa procedentibus, & in actu pariter dumtaxat cujuscumque alterius publicæ privatæ vel actionis, in qua Rocchetti usus, Dignitatis, vel muneris ratione eis competere potest.

III. Jussit item, ut Lemnisci, vulgo *Fiocchi*, aut quid similis ornatus, quocumque prætextu, titulo, colore, aut forma, in Ephipiis Equorum Præsulum currus raptantium non apponantur. Etsi forte apposita fuerint ornamenta, omnino amoveantur.

IV. Nulli præterea Prælatorum, nisi Prælatitio habitu induto, publicas Ecclesias, in quibus Sanctissimum Sacramentum Fidelium venerationi fuerit expositum, vel alia quæcumque solemnia inibi peragantur, diuturno tempore ingredi liceat.

V. Statuit insuper S. Congregatio ut Decreto alias per eam emanato die scilicet 16. Aprilis 1701. & a San. mem. Clemente XI. approbato, nempe: Prælati usum Rocchetti habentes, eodem induti, Eminentissimos Dominos nuper creatos visitabunt, quos denuo cum Rocchetto, ut supra, visitabunt, post suscepta Cardinalatus Insignia: adderetur, quod ipsi Prælati ejusdem visitationis officium explere teneantur, non solum statim ac Prælatitium sumpserint habitum; sed etiam cum aliqua distincta nova Dignitate, vel munere fuerint insigniti, & occasione publici alterius Officii sibi ab Apostolica Sede collati, pro quo explendo ab Urbe sint recessuri, & quando illo adimpleto, in Urbem redierint permansuri.

V. Utque suprema Cardinalatus Dignitas semper, & ubique debito non fraudetur honore, decrevit itidem eadem Sacra Congregatio, quod Prælati tam privata, quam publica Causa itinerantes, dum eos per Civitates, in quibus aliquis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis adfuerit, transire acciderit, erga ipsum, præfatum visitationis officium, prout tempus, & circumstantiæ ferent, explere non prætermittant.

Et facta per me Secretarium Sanctissimo Domino Nostro BENEDICTO Papæ XIV. de præmissis omnibus relatione; Idem Sanctissimus Dominus Noster prædicta Decreta, non solum approbavit, sed inviolabiliter præcepit servari, ac peculiariter Collegiis omnibus Prælatorum jussit significari, ne sub quovis prætextu, tolerantia, causa vel colore, quæ superius præscripta sunt, secus interpretando, variationi, vel omissioni subjaceant; sed omnino prout exprimuntur, ab omnibus servanda mandavit, & quatenus opus fuerit, pro eorumdem Decretorum executione ad omnia alia necessaria, & opportuna remedia se deventurum expressit. Hac die 23. Novembris 1742. Sanctissimi Domini Nostri Pontificatus Anno III.

T. Episcopus Ostien. & Veliternen. Card.
Rufus Sac. Collegii Decanus, Vice-Cancellarius,
Præfectus.

Loco ✠ Sigilli.

Ignatius Reali Secretarius.

NUM.

NUM. VI.

Ad Constit. XCII. fol. 190.

ACTA CONSISTORIALIA

Pro Concessione Pallii Patriarchæ Antiocheno Græco-Melchitarum.

In Consistorio Secreto habito die 3. Februarii 1744.

ARGUMENTUM.

Seraphinus Tanas, qui, juxta Græcorum morem, electus Patriarcha Antiochenus Græco-Melchitarum, Cyrilli nomen assumpserat, & jam a Sancta Sede Apostolica Electionis confirmationem obtinuerat, per Johannem Aminionem Sacerdotem ejusdem Ritus Procuratorem specialiter deputatum Pallii honorem instanter, atque humiliter postulavit. Itaque in Aulam Consistorialem, in qua Prælati, Nobiles plurimi, ac Collegiorum tam de Propaganda Fide, quam Græcorum Alumni jam frequentissimi convenerant, antequam fores Consistorii de more clauderentur, præcedentibus ad arcendum populum duobus ex servientibus armorum, qui & Mazzerii vocitantur, ab uno ex DD. Cæremoniarum Magistris D. Thomas Franciscus Scaramutius Advocatus Consistorialis, & præfatus Electi Patriarchæ Cyrilli Procurator introducti fuere, & e regione Pontificiæ Sedis flexis genibus antedictus D. Scaramutius Sanctitatem Suam sic fuit allocutus,

BEATISSIME PATER.

AD Patriarchatum Antiochenum, qui a pluribus sæculis a Sanctæ Sedis unione desciverat, electus juxta Græcorum morem fuit sub anno millesimo septingentesimo vigesimo quarto R. P. Seraphinus Tanas, qui Cyrilli nomen assumpsit, pietate, bonisque moribus, ac scientiis imbutus apud Collegium Urbanum de Propaganda Fide, cui inter Alumnos diu fuit adscriptus. Romano Pontifici B. Petri Successori obedientiam præstiturus, prompte ablegavit ad San. mem. *Benedictum* XIII. Joannem Amenionem Sacerdotem ejusdem Ritus Græco-Melchitarum, & Alumnum antea ejusdem Collegii, cum speciali mandato, ut suæ confirmationem Electionis a Sancta Sede, & a Summo Pontifice, a quo omnis Ecclesiastica potestas descendit, humiliter postularet, & pro concessione Pallii suo Nomine deprecaretur. Acta Electionis talia comperta fuere, ut confirmatione digna visa fuerit Electio. Sed ut certiora de perfecta unione, & obedientia erga Sanctam Sedem a Cyrillo haberentur testimonia, non prius confirmationis actus, probato Religioso Viro, delegatus, publici juris factus est quam idem Patriarcha Fidei Catholicæ professionem juxta præscriptam formam emitteret, ac mandatis Sanctæ Sedis parere jurejurando adfirmaret. Æquo libentique animo omnia implevit Cyrillus, & licet commissas sibi Gentes ad obsequium, & unionem Sanctæ Sedis alacrius excitans, persequutionem a schismaticis passus sit, adhuc vigilis Pastoris curas gerens, & novum sinceræ fidei erga Sanctam Sedem documentum exhibens, dubitationes in sui Gregis regimine exortas, ejus judicio submisit. Earum tamen discussio assumi non potuit ob superventam Apostolicæ Sedis vacationem. Reservatum sane erat, Deo Optimo Maximo sic disponente, hujus operis complementum Tibi, Beatissime Pater, qui summo zelo duce, & omnigena sapientia comite, ab illa die, qua ad supremam hanc Cathedram evectus fuisti, Catholicæ Fidei ubique servandæ studuisti, & in orbem totum diffundendæ. Idcirco Sanctitas Vestra dubitationes a Patriarcha exhibitas, coram se discussit, ac matura deliberatione composuit, prout in Litteris, quas ad eundem Patriarcham, eique suffraganeos Episcopos Græco-Melchitarum Ecclesiarum scribere dignata est, disertissime explicavit. Plene sic unione cum Sancta Romana Ecclesia constituta, Cyrilli Procurator

rator spondens, quod ille Sanctitatis Vestræ mandatis erit omnimode pariturus, resumpsit intermissam Pallii postulationem; quæ cum non nisi in hoc loco, ubi auctoritate Sanctitatis Vestræ graviora negotia peraguntur, tractari possit, ideo supplicatio ista nunc reverenter exponitur: petitque Cyrillus Patriarcha Antiochenus, quo par est, obsequio, totaque animi submissione, Pallium, quod e Corpore Divi Petri sumitur, & in quo Pastoralis Officii plenitudo continetur; spemque fovet, ut voti compos fieri mereatur, quia Antiochenæ Ecclesiæ pærogativæ illi viam sternunt amplissimam, ac tali honore ipse Cyrillus se dignum exhibet, dum erga Sanctam Sedem semper fuit obsequentissimus. Decens propterea videtur, quod Eum Sanctitas Vestra hoc dignetur cumulare beneficio, pro quo idem Joannes Aminion hic præsens Orator legitimo suffultus mandato, supplicat instanter, instantius, & instantissime.

Venerabiles Fratres.

MAGNUS Pontifex Innocentius Primus in Epistola ad Alexandrum Antiochenum, nunquam futurum affirmavit, ut Sedes Antiochena Romanæ cederet, *nisi quod illa in transitu meruit, ista susceptum, & apud se consummatum gaudet*. Primis quidem temporibus eam Sedem occuparunt Episcopi Sanctitate clarissimi, Evodius, Ignatius Martyr, Meletius, & Flavianus. At vero sæculo quinto vergente, dilacerato per Nestorii, & Eutychetis hæreses Oriente, Antiochena Ecclesia turpiter deformata est: quippe quæ divisa fuit inter eos, qui Concilii Chalcedonensis definitionibus sese opposuerunt, quippe adhuc per hos dies Jacobitarum nomine subsistunt, & inter illos, qui e contrario Concilii dogmata ac decreta venerantes, Marciani Imperatoris edictis obsequentes fuerunt, atque hinc Melchitæ, hoc est Regii, nuncupati sunt. Cum vero subinde Antiochenam Ecclesiam Patriarchæ hæretica pravitate infecti invasissent, omnem lapidem Patriarchæ Constantinopolitani moverunt, ut illam sibi subjicerent; maxime vero postquam Œcumenici titulum sibimet arrogarunt: Neque id frustra. Nam occupata sæculo septimo Syria una cum proximis Provinciis a Saracenis, & inde sæculo decimo ab Imperatore Nicephoro Phoca ex eorum manibus erepta, in Græcorum Imperatorum potestatem Antiochia devenit: proinde Antiocheni Patriarchæ a Constantinopolitano selecti, ordinatique sunt, atque ita Melchitæ Græcorum schismatici se se immiscentes, Melchitæ Græci mox appellati sunt.

Post hæc, ineunte sæculo undecimo, Petrus III. Patriarcha Antiochenus de more Antecessorum suorum, S. Leone XI. Romano Pontifice se ad Patriarchatus dignitatem fuisse promotum significavit, in ea petens ab illo confirmari, sicuti revera confirmatus est, a schismate hac ratione secedens. Dorotheus I. cum Ecclesia Romana in Concilio Œcumenico Florentino sese conjunxit. Cum autem idem Patriarchatus rursus esset in schismatis tenebras delapsus, nulla resipiscentiæ lux affulsit, nisi labente sæculo decimo septimo, ad quam iter primo stravit Euthymius Melchita Tyri, & Sidonis Archiepiscopus: deinde Athanasius Patriarcha, qui ue ei Primus successit Cyrillus, transmissa ad hanc Sanctam Sedem Fidei professione, cui Sancta Sedes penitus non acquievit, proinde nec Pallii dignitatem illis concedere opportunum judicavit.

Unus id temporis Patriarcha Cyrillus alter est, qui præsenti sæculo ad Patriarchatum evectus, electionis suæ a Sancta Sede confirmationem obtinuit, cum suæ erga hanc Sanctam Sedem obedientiæ signa minime dubia dederit, fortissimumque se gesserit in ea asserenda adversus Sylvestrum schismaticum, qui Sedem Patriarchalem invasit; quamobrem in Monte Libano exulare cogitur. Præest insuper Cirylus noster genti, quæ hodie Catholicos ingenti numero complectitur, quæque a decem Episcopis, qui ipsum tamquam legitimum Patriarcham venerantur & colunt, provide gubernatur. Atque in Melchitis hisce vere Orthodoxis Venerabiles Antiochenæ Ecclesiæ reliquiæ, jampridem consepultæ, reviviscunt. Huic itaque venerando viro, huic præclaro Orthodoxæ Fidei propugnatori Nos in hoc ipso Consistorio honorem Pallii de Corpore Beati Petri sumpti, in quo Pastoralis Officii plenitudo continetur, postquam Orthodoxæ Fidei professionem coram eo, cui id delegabimus, emiserit, liben-

ter impertimur; ut factis comprobemus, id quod Leo XI. dixit Petro III. Antiochenæ Patriarchæ respondens: „ *Maxima Mater*, *Romana scilicet ac prima Sedes*, „ *tam dilectæ sibi Filiæ*, *immo Consociæ*, *nusquam*, *&* *nunquam deerit*.

Peracta Oratione Pontifex, *benedictione signo Crucis eis impertita*, *dimisit*, *atque etiam omnibus aliis simul exclusis Aulæ Consistorialis fores de more clausæ fuerunt*, *&* *Sanctissimus cum DD. Cardinalibus solus remansit*, *ut quæ in Consistorio Secreto peragenda erant*, *absolveret*, *Sicque Antiochenæ Ecclesiæ Negotio*, *quoad Consistorium attinet*, *completo*, *quoniam laudati Patriarchæ Cyrilli Procurator desiderio flagrabat pro singulari impertito beneficio Sanctitati Suæ ejusdem Patriarchæ nomine gratias saltem privatim reddere*, *cum in publico id facere ei non licuerit*, *ideo post Consistorium*, *voti compos a Pontifice perhumaniter effectus in intimo suo Cubiculo*, *familiaribus tantum admissis*, *in hunc modum verba fecit*.

EST sane, BEATISSIME PATER, cur hodie Antiochenus meus electus Patriarcha Cyrillus III. & immortaliter gaudeat, & glorietur in Domino, & gratias amplissimas Tibi non agat modo, sed referat. Pallium Patriarchale, tamdiu ab illo desideratum, ac per tria & ultra lustra sine intermissione quæsitum, en tandem a Te, & per Te hodierno die summa cum celebritate consequitur; Causæ quamplurimæ, quæ ad Spirituale totius Patriarchatus sui regimen spectabant, & quæ nunquam tot annorum cursu ex omni parte expediri potuere, a Te felicissime expeditæ: omnia Rituum dissidia, quæ universam Græcorum Gentem exagitabant, & quæ nunquam hactenus componi valuerunt, a Te sapientissime composita, Patriarcha tandem, exul, afflictus, Patria, Domo, bonis cunctis expoliatus, undequaque vitæ periculis circumceptus, & omnibus destitutus, ita adjutus est a Te, ita defensus, & beneficiis, atque honoribus cumulatus, ut in Te uno invenerit, & Julium I., qui Sanctissimum Athanasium fraudibus, ac perfidia dejectus fuerat, restituit; & Paschalem II., qui *nullo modo Antiochenæ Sedis dignitatem imminui passus est*; & Leonem XI., qui conatibus tutatus est honorem, *quem Antiochenæ Ecclesiæ reliquerunt omnia Sanctorum Patrum Concilia*. Quantum autem ponderis, accedit his omnibus, si penfetur, facta hæc esse a Te eo tempore, in quo publicæ, gravissimæque totius Orbis Christiani calamitates, & curæ folicitum Te semper distentumque habent, ac momentis singulis agitatum? Tanta hæc profecto sunt, ut Cyrillus ab his potissimum excitatus, glorietur ad instar Apostoli in infirmitatibus, in contumeliis, in necessitatibus, in persecutionibus, in angustiis, pro Christo, & Sede Apostolica toleratis, paratusque sit ad majora in dies ex hac ipsa de causa toleranda. Quid autem dicam de Decretis, a Sanctitate Tua nuper publicatis? Sicut sexcenti Chalcedonensis Concilii Patres, auditis Leonis literis, exclamarunt: *Petrus per os Leonis loquutus est*: ita Cyrillus cum suis Episcopis, acceptis literis Tuis, exclamabit: *Petrus per os Benedicti loquutus est*. Filius scilicet ille est obsequentissimus Sanctæ Sedis a tenerrimis etiam unguiculis: In hac enim Urbe educatus, in hac sacris literis imbutus fuit, & in hac se totum Deo, & Sedi Apostolicæ consecravit, in Pontificio nimirum Collegio de Propaganda Fide, ubi per integrum decennium ad pietatis, & literarum studia totus incubuit. Hi sunt, Pater Sanctissime, genuini Cyrilli sensus; hæ totius Melchitarum Gentis, a Te in pristinum splendorem suum restitutæ, gratæ æternumque memores significationes, quas in hoc amplissimo Orbis terrarum, augustissimoque Consessu, omnium nomine Tibi contestor. Et quoniam pauperies nostra, debitas Apostolicæ Tuæ, qua nos complecteris, charitati, grates referre non potest; vices saltem referet Fides, Obedientia, Veneratio, Amor, Tuorumque in nos beneficiorum immortalis memoria. Augebitur scilicet in nobis omnibus, Religionis Catholicæ propagandæ studium, & indefessus erit in omnibus labor, ac vigilantia in extirpandis erroribus, in Ecclesiastica disciplina restituenda, & in Sedis Apostolicæ juribus defendendis. Prædicabitur a nobis nomen Tuum in sæcula, requiretur a generatione in generationem; Sapientiam Tuam enarrabunt Gentes, & laudes Tuas enunciabit Orientalis Ecclesia.

Breviar. Roman., die 2. Maii. Baron. ad ann. 1113. Tom 3. Epist. Roman. Pontific. Epist. 5.

NUM. VII.

Ad Constitut. CI. & CII. fol. 221.

ACTA CONSISTORIALIA

Pro approbatione Synodi super obedientia præstita Patriarchæ Antiocheno Maronitarum, cum concessione Pallii dicto Patriarchæ.

In Consistorio Semipublico habito die 13. Julii 1744.

ARGUMENTUM.

Postquam R. P. D. Simon Petrus Evodius Patriarcha Antiochenus, & Archiepiscopi, atque Episcopi nationis Maronitarum, omnia quæcumque ipsis Sanctissimus Dominus Noster BENEDICTUS *Papa XIV. per suas Apostolicas Literas in forma Brevis die 1. Septembris 1741., 14. Februarii 1742., 13. & 16. Martii 1743. injunxerat & præceperat, exacte accurateque in Conventu Harissæ in Monte Libano mense Octobri anni 1743. exequuti sunt; Synodicas Literas rerum gestarum seriem complectentes ad Sanctitatem Suam, & ad Sacram Congregationem de Propaganda Fide scripserunt, quas Romam hoc anno 1744. die 31. Maji P. Desiderius de Domo Basciana, P. Jacobi Lucensis Ablegati Apostolici Secretarius, pertulit. His in Literis significant, teterrimum schisma, quod ex duplici in Patriarcham Maronitarum Electione conflatum fuerat, utroque Electo mandatis Pontificis obtemperante, penitus evanuisse; ac Simonem Evodium auctoritate Apostolica electum Patriarcham, ab universis Maronitis exceptum fuisse: Synodi prætereà, Montis Libani a Sanctitate Sua probatæ ac confirmatæ statuta, legesque sese adamussim servaturos, Patriarcham ipsum, Archiepiscopos, & Episcopos coram antedicto Ablegato Apostolico spopondisse.*

Tam læto accepto nuncio, Sanctissimus Dominus Noster statuit in proximo Consistorio facti tam memorabilis seriem Fratribus suis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus palam facere; eaque insuper peragere, quæ Electus Simon Petrus Patriarcha, & Præsules Maronitæ postulabant. Indictum itaque fuit de more Secretum Consistorium die 13. Julii 1744. & peculiariter nomine Sanctitatis Suæ per R. P. Ignatium Reali primum Cæremoniarum Magistrum Collegiis tam Episcoporum Pontificio Solio Assistentium, quam Protbonotariorum de numero Participantium, nec non Reverendæ Cameræ Apostolicæ Procuratore Fiscali hac de re admonitis, eadem die, postquam in Secreto Consistorio Ecclesiarum propositiones, ac alia occurrentia negotia fuerant absoluta, Aulæ Consistorialis foribus undequaque apertis in illam, præter prædictos Prælatorum ordines, quamplurimis etiam Nobilibus, & Collegiorum Pontificiorum Alumnis, aliisque Orientalibus, & præcipue Maronitis, introeundi patuit aditus.

His dispositis, admonitisque Eminentissimis Marino, & Mosca antiquioribus ex præsentibus Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus Diaconis, ut ad latus Sanctitatis Suæ accederent, eidem Assistentes, præcedentibus ad arcendum populum duobus ex servientibus armorum, qui & Mazzerii vocantur, ab uno ex DD. Cæremoniarum Magistris, per Aulæ portam e regione Pontificiæ Sedis in Consistorium introducti fuere D. Joseph Andreas Scaramutius Sacræ Consistorialis Aulæ Advocatus, R. P. Josephus Simonius Assemanus Procurator Electi Patriarchæ, & P. Desiderius de Domo Basciana ab antedicto Ablegato Apostolico cum literis ejusdem Patriarchæ, & Præsulum Maronitarum in Urbem adlegatus. Cum autem ante Consistoriale scamnum anterius in Tetragoni exitu in genua provoluti essent, Dominus Scaramutius scilicet in medio, R. P. Assemanus a dextris, & P. Desiderius a sinistris, idem Dominus Scaramutius Sanctitatem Suam sic fuit alloquutus.

Allocutio D. Advocati Sacræ Aulæ Consistorialis.

BEATISSIME PATER.

HAbet SANCTITAS VESTRA ad sacros provolutum pedes Procuratorem Simonis Petri Electi Patriarchæ Antiocheni Maronitarum. Nunciat idem Procurator, Reverendus nempe Pater Joseph Assemani, quid ante, quid post Electionem tum ab Electo Patriarcha, tum ab Archiepiscopis, & Episcopis dictæ Nationis opportune gestum est, Deo Optimo Maximo annuente piissimæ SANCTITATIS VESTRÆ voluntati, quæ sicuti universis Catholicis gentibus prospicere indesinenter curat, ita sapientissima dedit mandata, quibus Maronitas ad Religionis, ac disruptæ inter ipsos pacis tranquillitatem restitueret; Et profert transmissa authentica documenta, SANCTITATI VESTRÆ exhibenda, quibus hæc omnia humillime significet, atque testetur.

Tum vero Sanctissimus de Maronitarum patria, origine, Patriarchatu, fide & eximio in Sanctam Sedem obsequio præfatus, quid ante & post electionem Patriarchæ in Monte Libano a Maronitis Præsulibus, & hic in Urbe a Sanctitate Sua gestum fuerit, ornatissima & doctissima hac Allocutione exposuit.

Allocutio Sanctissimi Domini Nostri.

Venerabiles Fratres.

ANTEQUAM Vos certiores faciamus de iis, quæ contigerunt in electione Venerabilis Fratris Simonis Petri Patriarchæ Antiocheni, nonnulla Vobis in antecessum referre necesse est.

Non dubitamus eruditioni vestræ compertum esse, Maronitas Christianos Syros ad Patriarchatum Antiochenum pertinere: quippe qui Syriam, & Phœniciam maritimam ac mediterraneam, tum etiam Palæstinam, Cyprum, Ægyptum, aliasque Orientis partes incolunt; quorum tamen maxima pars in Monte Libano commoratur.

Eruditioni pariter vestræ notum esse censemus, quod sæculi septimi prope finem cum hæresis Monothelitarum in Patriarchatum Antiochenum grassaretur, Maronitæ, quo se ab ea contagione integros servarent, statuerunt sibi Patriarcham eligere, qui a Romano Pontifice confirmaretur, ab eoque Pallii dignitatem acciperet. Cum autem, pluribus deinde sæculis elapsis, Saraceni Antiochiam, depulsis inde Latinis, occupassent; cumque Latini ipsi Catholici in Montem Libanum, ubi a Patriarcha Maronitarum perbenigne recepti sunt, secessissent; Alexander IV. Romanus Pontifex Patriarcham ipsum Maronitarum Antiocheni Patriarchæ titulo decoravit: quem quidem titulum ad hanc usque diem Patriarchæ Maronitæ retinent, etiamsi in Monte Libano sedem perpetuam habuerint.

Profecto Maronitæ fuerunt semper, quales & hodie sunt, integre Catholici, tum hac Sancta Sede conjuncti, & erga suum Patriarcham, tum etiam erga Romanum Pontificem obsequii, ac reverentiæ pleni. Cum autem homines sint, mirandum non est, aliquando humani quicquam inter eos accidisse, & accidere, in eo præsertim, quod eorum Patriarcham spectat.

Recordari potest unusquisque Vestrum, quid acciderit in Pontificatu felicis recordationis Clementis XI. qui, Patriarcha Jacobo deposito, cum injuriam præclaro illo Præsuli, tum etiam Apostolicæ Sedis juribus, quæ electionem ejus confirmaverat, illatam nosset, Patrem Laurentium a Sancto Laurentio ex Minoribus Observantiæ, tum Sancti Sepulcri Custodem, deinde Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalem, eo misit, ut, auditis iis, quæ Patriarchæ opponebantur, ad hanc Sanctam Sedem illa referret. Quo facto, cum in Congregatione de Propaganda Fide fuisset res mature discussa, Congregatio ipsa, optimi Præsulis innocentia cognita, in Patriarchalem Sedem, unde fuerat injuste dejectus, eum esse restituendum censuit. Cumque sententiam

hanc

hanc Summus Pontifex ratam habuisset, ad optatum finem deducta res fuit. Quocirca Maronitæ hoc novum suæ erga Romanam Sedem obedientiæ dederunt argumentum.

Pontificatus quidem nostri tempore nullus fuit, Deo favente, apud eos Patriarcha depositus. Sed aliud contigit, quod molestia non exigua animum nostrum affecit. Decessit anno millesimo septingentesimo quadragesimo secundo Josephus Petrus Gazenus Patriarcha: & cum Archiepiscopi, & Episcopi Maronitæ ad Successorem eligendum de more convenissent, in factiones duas divisi sunt; quarum altera elegit, seu postulavit Patriarcham Eliam Archiepiscopum Arcensem, altera Tobiam Archiepiscopum Cypri. Facile erit unicuique vestrum animo concipere, qualis esset Maronitarum Catholicorum Montis Libani ex duplici illa electione conflictus animorum, ac perturbatio. Alii quidem uni, alii alteri electo adhærebant: & ecce dissensio, & schisma eo magis periculosum, quo magis regio illa ab Apostolica Sede remota est, & in medio Principum infidelium, immo, dici potest, in manibus Turcarum posita. Quare Nos ex his omnibus summam Catholicæ Religionis perniciem in ea regione metuebamus, in qua perpetuo, peculiari Dei gratia, incorrupta viguit.

Uterque electus, sed postulatus Romanæ Sedis auctoritatem imploravit: uterque nuntium ad Nos ablegavit, precibusque institit, ut competitoris electione, seu postulatione rejecta penitus ac deleta, electionem, seu postulationem sui firmam ratamque haberemus, cum utraque pars opportuna ad id documenta, & bene longas facti & juris Scripturas a Patronis & Advocatis utriusque partis Romæ compositas Nobis exhibuisset.

Cum igitur de electione, aut postulatione in Orientem facta res ageretur, visum fuit Nobis expedire, ut Cardinales aliquot ex Congregatione Generali de Propaganda Fide seligerentur, qui coram Nobis congregati, utriusque competitoris jura rationesque accurate perpenderent. Examinatis itaque, quanta potuit diligentia, pro utraque parte juribus, & rationibus, una eademque fuit Cardinalium sententia, neutram electionem, seu postulationem posse a Nobis ex præscripto Sacrorum Canonum admitti, seu confirmari. Ex quo autem neutra subsisteret, propositum fuit, an, & quænam ex illis a Nobis sanari, seu Apostolica auctoritate roborari deberet. Sed communi pariter consensu decretum est, nullam esse sanandam. Consultum fuit denique quid consilii in ejusmodi rerum statu capere expediret. Summa fuit, illud arbitrio, & prudentiæ nostræ relinqui.

Obversabantur animo nostro variæ, & graves cogitationes propter ejusmodi rei difficultates, quæ passim occurrebant. Communicata itaque re cum Venerabili Fratre nostro Vincentio Cardinali Petra Episcopo Prænestino, & Congregationis de Propaganda Fide Præfecto, cujus doctrinæ, & spectatæ in rebus Canonicis intelligentiæ atque usus, præter tot præclara Opera edita, Nos certe Testes sumus, cum sæpe, dum in minoribus essemus, frequenti cum eo congressu convenerimus, statuimus aliquorum Pontificum Prædecessorum nostrorum vestigiis insistere: qui licet sedulo caverent, ne jus alienum læderetur, neque electionum canonicarum jure privarentur ii, qui illud obtinebant, cum nihilominus animadverterent, electum, nulla licet sua culpa, Ecclesiæ tamen bono minime profuturum; aut pluribus electis, si alter alteri præferretur, turbas nequaquam sedari, sed magis augeri; neque inde pacem populorum regimini adeo necessariam sperari ullo modo posse; alium quidem extra electos, seu postulatos assumpserunt, sive assumptum probaverunt.

Quocirca illustre satis exemplum Nobis in Annalium Ecclesiasticorum monumentis occurrit. Defuncto S. Eustachio Patriarcha Antiocheno, cum Ariani quemdam ex suis, Euzojum nomine, Catholici vero Meletium Patriarcham elegissent, Lucifer Calaritanus, & Eusebius Vercellensis Episcopus, qui id temporis in Oriente Sedis Apostolicæ legatione fungebantur, electionem utriusque nullam irritamque declararunt, & Patriarcham statuerunt Paulinum: id quod Summis Pontificibus Liberio, & Damaso confirmatum fuit, tum etiam Sancto Athanasio cum Ecclesia Alexandrina, & Deo Hieronymo, qui ab eodem Paulino ordinatus fuerat presbyter, maxime probatum.

Hoc præclarum exemplum & nos secuti, ad elidenda discordiarum semina, pacem-

cemque inter Maronitas conciliandam, Simonem Petrum Evodium Damasci Archiepiscopum in Patriarcham Antiochenum Maronitarum elegimus, & constituimus. Fuit Evodius Romæ a puero in collegio Maronitarum educatus, ibique liberalibus disciplinis institutus, clarum de se nomen reliquit. Est ille inter Episcopos Maronitas Decanus. Aberat longe a turbarum præsentium tumultu, quibus se minime miscuerat; seseque ab omni ambitu alienum ostenderat, cum omnem operam posuisset, ne Patriarcha eligeretur. Hunc itaque Patriarchatu præ cæteris dignum censuimus, atque illi Patriarchæ dignitatem contulimus, spe freti, hac ratione Nos Ecclesiæ illius bono maxime profuturos, & schisma omne penitus extinctum iri. Complures igitur Apostolicas Literas expediri mandavimus, easque Fratri Aloysio e Casali majori ex Ordine Minorum de observantia, in Collegio Sancti Bartholomæi ad Insulam linguæ Arabicæ Lectori traditas, per ipsum deferri curavimus ad Patrem Jacobum Lucensem ejusdem Ordinis in Terra Sancta Visitatorem, & Vicarium Apostolicum, quem quidem Nos ad Maronitas Apostolicæ Sedis Ablegatum constituimus. In iis autem Literis illud expresse declaravimus, hanc Patriarchæ electionem non a Nobis esse factam ad jus tollendum Episcopis Maronitis in futuris successive electionibus suorum Patriarcharum, sed ad dissensiones amputandas, eorumque Ecclesiæ pacem, ac tranquillitatem restituendam.

Ecce, quod Vobis exponendum erat, antequam Patriarchæ electi, tum Episcoporum, & Archiepiscoporum Maronitarum literæ, tum etiam documenta perlegerentur, ex quibus quidquid in ejusmodi re factum sit, facile intelligetis.

Expleta Sanctissimi Allocutione, R. P. Assemanus Procurator, & P. Desiderius Literas Patriarchæ, & Præsulum Maronitarum in theca auro ornata reposita præ manibus gestans, comitante Cæremoniarum Magistro, ad deosculandum Sanctitatis Suæ pedes, consuetis emissis genuflexionibus, accessere. Et Assemanus quidem eductas e theca literas, ori prius in obsequii signum admotas, Sanctissimo Domino Nostro humillime obtulit: Sanctissimus autem illas R. P. Vincentio Lucchesinio Brevium Apostolicorum ad Principem Secretario tradidit, ut prius Arabice a D. Andrea Scander, linguæ Arabicæ in Urbis Archigymnasio, & in Collegio Urbano de Propaganda Fide Professore, atque Interprete, recitarentur; deinde Latine ab eodem R. P. Lucchesinio. Inde vero præfati R. P. Assemanus, & P. Desiderius redeuntes, in loco suo juxta D. Advocatum Consistorialem genuflexi constiterunt; donec Literæ, quo hic impressæ sunt ordine, legerentur.

ARCHIEPISCOPORUM, ET EPISCOPORUM Maronitarum Documentum.

IN NOMINE DOMINI AMEN.

Die septima mensis Octobris Anno 1743. hora quarta post meridiem, convenerunt Illustrissimi ac Reverendissimi Domini Archiepiscopi, & Episcopi Nationis Maronitarum in Ecclesia Sanctæ Mariæ & Sanctorum Apostolorum Petri & Pauli Fratrum Minorum in Arissa, jussu Reverendissimi Patris Jacobi de Luca Ablegati Apostolici. Postquam autem idem Ablegatus antedictos Antistites adhortatus fuisset, eorumque animum ad hoc præparasset, ut debitam Decretis Sanctæ Sedis obedientiam, submissionemque exhiberent, invocato Sancto Spiritu jussit, primum quidem recitari, atque promulgari Ablegationis suæ Breve Pontificium: deinde alterum Breve, quo Illustrissimorum ac Reverendissimorum Episcoporum Eliæ, ac Tobiæ ad Antiochenum Nationis Maronitarum Patriarchatum Electiones irritæ, ac nullæ declarabantur. Tertium denique Breve, quo Simon Archiepiscopus Damasci a Summo Pontefice feliciter Regnante ad eumdem Patriarchatum evehebatur. Cumque hæc Brevia omnes auditione accepissent, ut propensiori quodam studio se obedientes, ac morigeros mandatis Pontificiis ostenderent, illico ad Aram maximam, cujus in medio Illustrissimus ac Reverendissimus electus ac declaratus Patriarcha sedebat, sese contulere, eique tamquam suo Patriarchæ se subditos subjectosque professi sunt.

His quiete tranquilleque gestis, agitari cœptum est de modo ac tempore peragendæ

dæ publicæ Ecclesiasticæ Cæremoniæ, quæ ab ipsis in Patriarcharum inauguratione servari consuevit. Ea vero ad undecimum ejusdem mensis diem, divino favente Numine, indicta fuit. Sacram, autem illam functionem, qua majori optandum esset pace ac tranquillitate, circa horam diei septimam, in eadem Ecclesia inchoavit, perfecitque Illustrissimus ac Reverendissimus Dominus Elias, una cum reliquis Illustrissimis ac Reverendissimis Archiepiscopis, & Episcopis, qui ut horum omnium indubium darent testimonium, præsentibus literis scripto chirographum, propriumque sigillum apposuere.

Datum in Arissa die 12. Octobris anno 1743.

Archiepiscopis, & Episcopis.

Elias Arcæ.
Philippus Listræ.
Stephanus Botri.
Gabriel Ptolemaidis.
Ignatius Tyri.
Joannes Beryti.
Michael Paneadis.
Tobias Neapolis.

Epistola electi Patriarchæ ad Sanctissimum.

Sanctissimo ac Beatissimo Patri, ac Domino Nostro

BENEDICTO XIV.

PONTIFICI MAXIMO

Christi Domini Vicario, & Petri Apostoli Successori.

SANCTISSIME PATER.

EGo Simon Petrus Evodius, olim Damasci Archiepiscopus, nunc vero miseratione Dei, & Sanctitatis Tuæ beneficio Patriarcha Antiochenus, flexis genibus ad purissimos tuos Pedes submisse ac reverenter provolutus, Beatitudini Tuæ expono, Apostolicas me literas accepisse, quibus mihi demandasti, ut Patriarchalem Nationis Maronitarum Dignitatem susciperem. Tua igitur ipsius gratia, & in obsequium Apostolici mandati tui, id munus suscepi, tametsi nihil esse in me cognoscerem, quare hoc mihi beneficium conferatur, aut quo pacto humeris meis onus istud portare queam. Venerabiles autem Fratres mei Archiepiscopi, & Episcopi non modo non sunt mihi reluctati, sed summa potius cum reverentia & obsequio, subjectionem, & obedientiam coram Reverendissimo Patre Jacobo de Luca, Sanctitatis Tuæ Ablegato, exhibuere. Oro itaque, quæsoque, pro tua illa Tibi insita erga omnes benignitate singulari, ut cœleste mihi auxilium precibus tuis a Deo implores, cujus in terris vices geris: sum etenim undequaque calamitatibus, ac molestiis circumseptus.

Porro nostrarum apud Sanctam Apostolicam Romanam Sedem causarum Procuratorem deputavi, ac præfeci R. P. D. Josephum Assemanum, Virum in Ecclesia Dei celebritate nominis clarum: qui Pallium confirmationis a Sanctitate Tua supplex nomine meo petat, impetret, atque recipiat: Quam mihi gratiam in Apostolicis literis, pro tua Te humanitate non denegaturum significasti. Eidem vero Procuratori ante omnia mandavi, ut debitam Sanctitati Tuæ, & Apostolicæ Sedi, quæ Orthodoxæ Fidei petra est, & fundamentum, sine quo salus æterna obtineri nequit obdientiam omnino præstet; & quoniam mihi procul agenti, quantum vellem, & optarem, fas non est; ipse coram maximas Beatitudini Tuæ gratias verbis accuratissimis agat; de

collato

collato mihi Patriarchalis Dignitatis beneficio, deque acceptis muneribus omnibus, quæ ad bonæ memoriæ Decessorem meum a Te transmissa fuerant: quæque per Ablegatum tuum sunt mihi tradita. His sane donis incredibilem tuum erga me amorem, ac singularem humanitatem, ut libenter agnosco, ita studio colam sempiterno.

Idem Ablegatus tuus recitavit mihi, & Venerabilibus Fratribus meis Archiepiscopis, & Episcopis alias Apostolicas literas, quibus nostram Synodum in Monte Libano nuper celebratam Sanctitas Tua confirmare dignata est. Reliqua præterea Decreta ad eam rem spectantia, quæ post confirmatam Synodum edita fuere. Hæc porro omnia, qua decet animi submissione & excepimus, & probavimus: Nosque eadem ad exitum perducturos spopondimus: quod Apostolicis tuis Deo acceptis, gratisque precibus freti speramus.

Antequam autem Patriarchalem Dignitatem inirem, orthodoxæ Fidei Professionem, ac juramentum fidelitatis de more præscriptum emisi coram Venerabili Fratre meo Elia Masebi, Archiepiscopo Arcensi, & coram Apostolico Ablegato tuo, quem commissi sibi muneris partes omnes prudenter, diligenter, accurateque implevisse testamur.

Obsecro itaque, ut me in tuorum servorum numerum amodo adscribas: sunt enim & alia quædam negotia, quæ ad Me, & ad nostram Antiochenam Sedem pertinent, quæque laudatus noster Procurator Sanctitati Tuæ est expositurus. Id quæso gratiæ mihi novellæ plantæ tuæ concede, ut quas ille nomine meo porriget, ne patiaris pro tua eximia, ac universum terrarum orbem complectente benignitate, irritas esse, & inanes preces.

Ipsius vero Procuratoris mei rationem habere velis. Sunt enim magna illius in Apostolicam Sedem merita, nec minora erga Antiochenam Ecclesiam nostram beneficia. Nos autem non fugit, extitisse quosdam, qui apud Sanctitatem Tuam ipsi labem infamiæ aspergere sunt conati. Te igitur etiam, atque etiam rogo, ut pro tua, quæ in universo mundo celebratur clementia, illius rationem habeas, neve fidem tribuas eorum dictis, qui eidem adversantur. Præclara etenim, quæ gessit opera, animique ipsius candor, ac fervens Religionis studium, eumdem declarant contra jus, & æquum ab adversariis insimulatum fuisse.

Hæc omnia, Sanctissime Pater, precibus a Te, quam possum, studiosissime contendo, tuisque iterum sanctis pedibus demississima oscula defigens, Deum oro, & obtestor, ut ad multos Te annos sanum, & incolumem servet.

Datum in Conventu Arissæ in Chesroano die 12. Octobris Anno 1743.

Sanctitatis Tuæ humillimus & obsequentissimus Servus, & Creatura,

Simon Petrus Evodius Patriarcha Antiochenus

Epistola Archiepiscoporum, & Episcoporum ad Sanctissimum.

Sanctissimo ac Beatissimo Patri, ac Domino Nostro

BENEDICTO XIV.

PONTIFICI MAXIMO,

Christi Domini Vicario, & Petri Apostoli Successori.

SANCTISSIME PATER.

NOs Archiepiscopi, & Episcopi Antiochenæ Sedis, Sanctitatis Vestræ Servi, ad puros Vestros Pedes submisse, ac reverenter provoluti significamus, Reverendissimum

dissimum Patrem Jacobum de Luca Ablegatum Vestrum, statim atque huc pervenit, Apostolicas ad Nos literas Vestras pertulisse, quibus lectis & auditis, continuo Nos omnes Reverendissimo Domino Simoni Patriarchæ a Sanctitate Vestra constituto obedientiam exhibuimus, tanta cum animorum consensione, ut nemo nostrum contra vel hiscere, vel unum verbum proferre ausus sit. Idque in obsequium Sanctitatis Vestræ, & Sedis Apostolicæ: est enim Nobis exploratum, & compertum, Apostolicam Sedem esse Petram Orthodoxæ Fidei, quam a Majoribus nostris accepimus: Nosque universi parati sumus sanguinem nostrum in illius gratiam profundere. Gratias igitur Sanctitati Vestræ agimus, quam possumus maximas de Apostolica, quam nostri gessistis cura, in hoc præsertim calamitoso rerum statu, in quo eramus constituti.

Idem Reverendissimus Ablegatus Vester, qui munere suo apud Nos prudenter, sapienter, ac studiosissime defunctus est, alias Nobis tradidit Apostolicas literas Vestras, quibus Synodum nostram Libaniticam confirmatis: quas quidem literas, qua filios obsequentissimos decet, reverentia suscepimus: obsecrantes Deum Optimum Maximum, ut quæ in eo Synodo sunt constituta, opere impleamus, quod sanctis precibus Vestris, & Apostolica Benedictione freti, Nos facturos speramus.

Quod reliquum est, Te etiam atque etiam, Beatissime Pater, rogamus, ut antedicto Patriarchæ nostro una cum reliquis consuetis spiritualibus muneribus Pallium confirmationis mittatis; atque iterum prono corpore ad terram procumbentes, Sanctos Pedes Vestros reverenter deosculamur, Deumque rogamus, ut Sanctitatem Vestram diu servet incolumem. Amen.

Sanctitatis Vestræ humillimi, & obsequentissimi Servi Archiepiscopi, & Episcopi.

Elias Arcæ.
Philippus Lystre.
Stephanus Botri.
Gabriel Ptolemaidis.
Ignatius Tyri.
Joannes Beryti.
Michael Paneadis.
Tobias Neapolis.

Absoluta antedictarum Epistolarum Arabica lectione, & Latina earumdem interpretatione, D. Advocatus Consistorialis hanc Allocutionem adjecit.

Allocutio D. Advocati Consistorialis.

Audivit ex his SANCTITAS VESTRA, quanta Electus Patriarcha se gesserit humilitate simul, atque solertia: quanta Archiepiscopi, & Episcopi obedientia, ut quæ sibi per literas in forma Brevis injuncta fuerunt, sedulo exequutioni mandarent. Dum ergo obsequentissimos sese Filios præstiterunt, paternam SANCTITATIS VESTRÆ exorant clementiam, ut Apostolicam, quatenus opus est, confirmationem iis omnibus, quæ in ipsorum Synodo tam ante, quam post receptam præfati Patriarchæ Electionem acta sunt, elargiri dignetur.

Post hæc Sanctissimus, intermissam Allocutionem prosequens, Electum Patriarcham, & Præsules, totamque Maronitarum nationem, necnon ipsum Ablegatum Apostolicum hoc laudum præconio exornare, simulque quæcumque ab ipsis in executionem Brevium Apostolicorum gesta fuerunt, benigne approbare, & quatenus opus sit, Apostolica auctoritate confirmare dignatus est.

ALLOCUTIO SANCTISSIMI.

Intellexistis jam, Venerabiles Fratres, omnipotentis Dei ope, Antiocheni Patriarchæ electioni finem summa cum pace impositum, & ea ratione, quam Nos, Deo

ipſo, ut putamus, inſpirante, propoſuimus. Simon Petrus Evodius Damaſchi Archiepiſcopus ad Patriarchatum evectus eſt. Apoſtolica noſtra Brevia ſingulari veneratione recepta ſunt, & executioni mandata. Pater Jacobus Lucenſis, Ablegatus Apoſtolicus, multa cum laude ſe geſſit. Duo illi Præſules, Elias, & Tobias, qui, ut paulo ante audiſtis, in Patriarcham electi fuerant, vix audita Patriarchæ electione a Nobis facta, ſtatim acquieverunt; & ipſimet Patriarchæ ſeſe ſubjicientes, palam profecto fecerunt, quanta ſit eorum erga hanc Sanctam Sedem obedientia. Commendatione pariter ſumma digni ſunt Archiepiſcopi, & Præſules Maronitæ, tum etiam tota Maronitarum gens. Proinde Nos ampliſſima illa elogia quibus Romani Pontifices Prædeceſſores noſtri eam cohoneſtarunt, libenter ſubſcribimus: cum Pius IV. in quibuſdam ſuis Apoſtolicis Literis affirmaverit, tot millia hominum, quibus componitur, nunquam adoraſſe Baal; qui tametſi hæreticis, & ſchiſmaticis circumſeſſi, ſemper tamen in Chriſtiana Fide, & Catholica Religione conſtantes perſtiterunt: cum Clemens VIII. hoc ipſum confirmaverit, addendo, Maronitas Romanæ Eccleſiæ, Parenti omnium fidelium & Magiſtræ, ſemper obedientiam præſtitiſſe: cum Paulus V. in ſuis Literis Maronitas roſarum ſimiles eſſe dixerit, quod, ſingulari Dei gratia, inter ſpinas infidelitatis in Oriente florerent: cum Urbanus VIII. in ſuis pariter Apoſtolicis Literis aſſeruerit, non concidiſſe Carmeli decus, neque extinctam eſſe Libani gloriam, quandoquidem Patriarcha, Præſules, & Sacerdotes Maronitæ in Apoſtolica Sede, ac Romano Pontifice Divi Petri auctoritatem venerantur: cum denique Clemens XI. in ſuis Apoſtolicis Brevibus in lucem editis ſimilia, & alia plurima in Maronitarum commendationem congeſſerit.

Utuntur Maronitæ Ritu huic Sanctæ Sedi probato, quique ad ritum Romanum quam proxime accedit: cum & ipſi in azymo, non in fermentato conficiant: Sacras Veſtes ad Eccleſiæ Romanæ formam adhibent: Miſſas privatas, pluresque in diem ſuper eodem Altari celebrent: neque in Miſſa aquam calidam, ut Græci, apponant: cum denique ſoli Epiſcopi Confirmationis Sacramentum conferant: & novum Calendarium juxta correctionem Gregorianam apud eos in uſu ſit. Quare nonnulla legentes ipſorum monumenta ad nos hac occaſione tranſmiſſa, mirati ſumus, quod quæ circa novum ſuum Patriarcham, licet antea ordinatum Epiſcopum, præſtant, ea Conſecrationis nomine vocarent: At vero ſi conferantur, quæ ipſi faciunt cum Patriarcha, qui Epiſcopus non ſit, cum iis, quæ facere ſolent cum Patriarcha ad Epiſcopatum jam promoto, facile erit intelligere, hanc quidem non eſſe Ordinationem, neque veram Conſecrationem, ſed ſolemnem potius benedictionem, ac publicæ obedientiæ proteſtationem, aut etiam Divini ſuper ipſum Patriarcham ejuſque regnum auxilii implorationem. Et ſane apud noſtrates quoque Auctores, immo in quibuſdam Pontificum Romanorum Literis Ordinatio, & Conſecratio pro benedictione, electione, ac ſolemni auguratione uſurpantur. Neque vero apud illos id novum ac recens inventum; ſed ritus, & cæremonia ex vetuſto Rituali Syriaco deprompta: quemadmodum Petrus Maronitarum Patriarcha ad Leonem X. retulit, & in ultimo Libanenſi Synodo ab hac Sancta Sede confirmata, tantoque, ut audiſtis, plauſu recepta, explicatur.

Ut vero eo revertamur, unde diſceſſimus; primum Deo immortali, bonorum omnium datori, gratias, quantum poſſumus, ex corde agimus. Deinde quæcumque geſta ſunt in executionem Brevium noſtrorum ab Epiſcopis, & Archiepiſcopis Maronitis pro Simone Evodio Damaſci Archiepiſcopo, & a Nobis Patriarcha Antiocheno per Literas Apoſtolicas conſtituto, approbamus, & quatenus opus ſit, auctoritate Apoſtolica confirmamus.

Peracta Sanctiſſimi Allocutione, Dominus Scaramutius Advocatus Conſiſtorialis inſtantiſſime, eidem Pontifici pro Pallio ſupplicavit, in hæc verba.

Inſtantia D. Advocati pro Pallio.

NOn beneficentiæ Tuæ, PATER SANCTISSIME, hic finis eſt. Eccleſiam Antiochenam a diſſidiis purgaſti: Patriarcham ei dediſti acceptiſſimum, ac meritiſſi-

tissimum: Quæ acta sunt, Tua benignitate, atque auctoritate confirmasti. Superest nunc, ut quod complementum est Patriarchalis Dignitatis, eidem pari humanitate concedas; Pallium scilicet de Corpore Beati Petri Apostolorum Principis sumptum, in quo Pastoralis Officii plenitudo continetur, & pro quo obtinendo idem Rev. Pater Joseph Assemam hic præsens peculiari legitimo mandato suffultus, Electi Patriarchæ Simonis Petri nomine, instanter, instantius, & instantissime supplicat.

Cui postulationi Sanctissimus Dominus Noster benigne annuit, inquiens.

ALLOCUTIO SANCTISSIMI.

NON semel hac nostra ætate Archiepiscopi, & Patriarchæ Orientales honore Pallii donati sunt. Consimili celebritate Pallium a Clemente XI. pro Patriarcha Alexandrino Nos postulavimus, & obtinuimus, cum inter Advocatos Consistoriales ageremus. Nos item manibus nostris eodem ornavimus Petrum Abrahamum Armenorum Catholicorum Patriarcham. Nos ipsi hoc anno ad Cyrillum Patriarcham Antiochenum Græcorum Melchitarum electum illud solemni ritu misimus. Itaque libenter admittimus petitionem Pallii Nobis factam pro Simone Petro Patriarcha Maronitarum electo, statim ac ipse Fidei professionem rursus emiserit, erga hanc Sanctam Sedem juramento fidei de more præstito.

Quin etiam uberiora tam erga ipsum Patriarcham electum, quam erga Clerum universum, & Populum Maronitarum, benevolentiæ Nostræ argumenta exhibere cupiens, Pauli V. Prædecessoris Nostri exemplo, qui peculiari sua Constitutione ad Petrum Patriarcham Maronitarum Apostolicam Benedictionem misit, cum facultate Clero, & Populo Maronitarum benedicendi, & indulgentias elargiendi, Nos quoque prædicto Simoni Patriarchæ Apostolicam Nostram Benedictionem amantissime impartimur, ut sive per se, sive per alium Episcopali dignitate fulgentem, dilecto Clero ac Populo Maronitarum, eorumque domibus, agris, prædiis, & bonis quibuscumque, solemni ritu semel benedicere; iis vero utriusque sexus, qui per Pœnitentiæ Sacramentum a peccatis expiati, & Sanctissima Eucharistia refecti, benedictioni hujusmodi præsentes interfuerint, Plenaria omnium peccatorum suorum Indulgentiam, eadem auctoritate nostra Apostolica largiri possit ac valeat.

Hac allocutione completa Procurator Generalis Sanctitatis Suæ, & Cameræ Apostolicæ in Consistorio Cappa indutus ad RR. PP. Protonotarios & Notarios Apostolicos conversus, in hunc modum interpellavit.

EGO Johannes Philippus Toppi Sanctissimi Domini Nostri, & Cameræ Apostolicæ Procurator Generalis rogo vos omnes Protonotarios, & Notarios Apostolicos hic præsentes, ut de omnibus gestis a R. P. Simone Petro Electo Patriarcha Antiocheno, ut ex authenticis Literis ejusdem nuper lectis, audistis; nec non de Actorum per eundem Electum Patriarcham, Archiepiscopos, & Episcopos gestorum approbatione ac concessione Pallii eidem Patriarchæ a Sanctissimo Domino Nostro, Decretoque super illius concessione a Sanctitate Sua benigne edito, unum, seu plura, publicum, seu publica conficiatis Instrumentum, vel Instrumenta ad perpetuam rei memoriam.

Tunc antedictorum Protonotariorum Decanus subdidit: Conficiemus. *Et ad intimos Sanctitatis Suæ Cubicularios conversus, dixit:* Vobis Testibus.

Denique R. P. Assemanus electi Patriarchæ Procurator, pro singularibus a S. Sua collatis beneficiis, ejusdem Patriarchæ nomine gratias acturus, in hunc modum verba fecit.

Gratiarum actio nomine electi Patriarchæ.

BEATISSIME PATER.

NON uno Tibi nomine Simon Petrus Evodius, Consanguineus meus, a Te electus, & confirmatus Antiochenus Maronitatum Patriarcha, gratias agit immortales, & referet quotidie maximas. Nam Synodum Nationalem in Monte Libano Apostolica auctoritate celebratam, cujus ipse pars magna fuit., ejusque leges, atque Constitutiones, quibus *Ecclesiastica Disciplina facilius retineri possit, & omnis suspiciosa consuetudo a rebus sacris prorsus amoveatur*, supremo Tuo judicio decretoque probasti, ratas habuisti, servandasque jussisti. Quum vero Maronitarum Archiepiscopi, & Episcopi *duas in factiones divisi, ac duplici electo suæ Nationis Patriarcha, schisma conflassent, & Catholicum suum Gregem, Deo, & Apostolicæ Sedi fidissimum, in discrimen adduxissent, ne per domesticas discordias a vera pietate discederet*, huic malo sapientissime occurrere properasti, deleta utraque illa in Patriarchalem Sedem illegitima cooptatione. Cumulus denique eximiæ Tuæ in Maronitas omnes, & in ipsum præcipue Simonem Petrum, benevolentiæ ac benignitatis tum accessit, quum eundem, ad tantam Dignitatem non modo sua studia non conferentem, sed ne cogitantem quidem, Patriarcham Antiochenum delegisti, eique honorem Pallii de Corpore Beati Petri, in quo Pastoralis officii plenitudo continetur, summa cum celebritate contulisti. Verum his omissis, quæ tantopere testata vulgataque sunt, illud plane verbis exprimere haud facile fuerit, quantum Sanctuari Tuæ debeat, quod cum ipsius, tum suæ Gentis fidem, & obedientiam tam diserta ratione, tamque incomparabili eloquentia, laudum præconiis exornasti. Quidquid autem hoc est, quod nuper Maronitæ fecerunt, Tui unius nutus omnes intuentes, & sequentes; id Tibi, BEATISSIME PATER, omni jure debebatur propter immortalia Tua, tuorumque Civium erga illos beneficia. Te enim admirante vehementissime, quod in tanta Dignitate vigil semper & intentus, quum maxima quæque totius Christiani orbis optime ac prudentissime regas atque disponas, in rebus etiam Montis Libani mira diligentia atque sedulitate, quasi id Tibi solum agendum esset, verseris. Bononiensium vero Civium Tuorum, qui de Maronitis optime sunt meriti, memoria nunquam apud ipsos consenescet: Gregorii, inquam Tertii decimi Pontificis Maximi, Gabrielis Palæotti Cardinalis, primi Bononiæ Archiepiscopi; & Joannis Baptistæ de Lambertinis Societatis Jesu, gentilis Tui, viri Dignitatum abdicatione clarissimi: quorum primus Collegium hic in Urbe pro Maronitis fundavit, ex quo Collegio, tanquam ex Equo Trojano, tot Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi, Abbates, & præstantissimi doctrina atque pietate Viri prodiere; in quo etiam electus meus Patriarcha a prima ætate literis humanioribus eruditus, cæteras facultates, cum humanas, tum divinas summa cum laude est adsequutus. Alter ejusdem Collegii Protector, Tertius denique Rector, cum laborum curarumque suarum fructum retulere, ut complures insignis eruditionis, eximiæque probitatis Alumnos temporibus suis floruisse gauderent. Hæc igitur studiose, diligenterque meus Patriarcha apud se cogitans, Tuorumque magnitudine meritorum inductus, quod olim Decessori Tuo Leoni Decimo Petrus Maronitarum Antiochenus Patriarcha pietate ac religione conspicuus, exemplo Majorum, palam ac publice professus est: *quia sive vivimus, sive morimur, pro Dei, Ecclesiæ, ac* SANCTITATIS VESTRÆ *honore, quæcumque etiam durissima perpeti æquanimiter parati sumus: sumus namque sub perfecta obedientia* SANCTITATIS VESTRÆ, *& Sanctæ Romanæ Ecclesiæ in omnibus, quæ nobis præcipit, & imponit*: Eandem ultro hodie Maronitæ omnes, eandem Electus meus Patriarcha, in SANCTITATEM TUAM, & Apostolicam Sedem non verbis tantum, sed illustribus etiam factis ostendunt, & pollicentur obsequii significationem. Sibi enim, suæque Genti testantur devinctam beneficio voluntatem ob susceptam, gestamque perpetuam ab hac Sanctissima Sede curam fovendæ in ipsis Catholicæ Religionis, *quam a Petro Apostolorum Principe sibi traditam, integreque a majoribus suis conservatam, nec Infidelium jugum tam grave corrumpere, nec Hæretico-*

Breve SS. D. N. ad Josephi Patr. die 27 Sept. 1741. Brevia ejusdem die 1 Sept. 1741. & die 14. Febr. 1742. Brevia ejusdem die 13. Mar. 1743. & 17. April. 1744.

Breve ejusdem die 26. Mart. 1743.

Greg. XIII. Bul. in fundat. Collegii Maronitar. die 27. Jun. 1584.

Gabriel Car. Paleottus Protector Collegii Maronit. ab ann. 1591 ad annum 1597 P. Jo: Baptista de Lambertinis Soc. Jesu. Rector ejusdem Colleg. a die 17. Jan. 1591. ad diem - Feb. 1596.

Concil. Labb. Tom. 14. p. 334. Vide Epist. Monach. S. Maronis ad

ticorum, aut Schismaticorum propinquitas labefactare potuit: Ita Electus meus Patriarcha, & Maronitæ omnes, de fide Catholica, deque suo erga Sanctam Romanam Ecclesiam obsequio, ac veneratione senserunt semper, ac sentire pergunt. Hac grati animi significatione studium Tibi suum agnoscendis, & prædicandis Tuis erga ipsos beneficiis, in hoc Augustissimo Consessu declarant. Quod superest, SANCTISSIMÆ PATER, *Nationem istam tot tantisque inter Hæreticos, Schismaticos, & Infideles, veluti rosam inter spinas, circumdatam angustiis, & calamitatibus*, amplissimo SANCTITATIS TUÆ patrocinio, quod Innocentius III. Decessor Tuus fecerat, fulcire velis, & in clientem accipere. Tuo Patriarcham ipsum præsidio tuere. *Perfice eam, quod plantavit dextera tua: Fiat manus Tua super virum dexteræ tuæ, & super filium hominis, quem confirmasti Tibi.*

His expeditis, una cum P. Desiderio idem R. P. Assemanus ad deosculandum Sanctitatis Suæ pedes, factis de more genuflexionibus, iterum accessit.

Hormisdam Papam To. 4. Conc. Labb. pag. 1461 & Responsionem ejusdem Hormisdæ Tom. 5. Concil Labb. pag. 143 Pius IV. Epist. ad Moysem Maronit. Patriar. 1. Sept. 1562. Clem. VIII. ad Sergium Patriarch. 1. Aug. 1595. Urb. VIII. ad Johann. Patriarch. 30. Aug. 1625. Clem. IX. ad Jacobum Patriarcham, Episcopos, & Maronitas omnes 29. Januar. 1721. Breve SS. D. N. die 16. Marc. 1743. Innocentii XI. Bulla ad Hieremiam Maronitarum Patriarcham die 3. Jan. 1725. Psalm. 79.

NUM. VIII.

Ad Constitut. XX fol. 30. & CXX. fol. 298.

DECRETUM

Sanctæ Universalis Inquisitionis super perpetua inhabilitatione Sacerdotum ad turpia solicitantium, vel Sacrificio Missæ abutentium ad sortilegia.

Feria V. Die 5. Augusti 1745.

IN Generali Congregatione Sanctæ Romanæ, & Universalis Inquisitionis habita in Palatio Apostolico Quirinali coram Sanctissimo Domino Nostro BENEDICTO Divina Providentia Papa XIV. & Eminentiss. ac Reverendiss. DD. S. R. E. Cardinalibus adversus hæreticam pravitatem Inquisitoribus Generalibus a S. Sede Apostolica specialiter deputatis.

Sanctissimus Dominus Noster solicite animadvertens, quam grave sit delictum illorum perditorum hominum, qui Sacrosancto Missæ Sacrificio, ac salutaris Pœnitentiæ Sacramento, ad Animarum reparationem a Christo Domino institutis, in illarum perniciem, & damnationem abutuntur, decrevit, quod in posterum Sacerdotes tam Sæculares, quam Regulares cujuscumque Ordinis, Instituti, Congregationis, & Societatis etiam de necessitate exprimendæ, vel in actu Sacramentalis Confessionis, sive illius occasione, aut prætextu, ad turpia solicitantes, vel Sacrificio Missæ abutentes ad sortilegia, præter pœnas a Jure, & Apostolicis Constitutionibus, ac signanter san. mem. Sixti V. & Gregorii XV. contra eosdem inflictas, perpetuam etiam inhabilitationem incurrant ad præfati Sacrificii celebrationem; Quodque ejusmodi Decretum significetur singulis cujuscumque Ordinis Superioribus, ac Præpositis, ad hoc ut de illo, sicuti, & de prædictis, aliisque Summorum Pontificum Constitutionibus, juxta præscriptum in generali Decreto Supremæ Inquisitionis diei 15. Decembris 1633. semel saltem in Anno, Feria sexta post Octavam Assumptionis B. Mariæ Virginis in publica Mensa, vel in Capitulo ad hoc specialiter convocato, ac insuper in quocumque Generali, vel Provinciali Capitulo, vel alio quovis nomine nuncupato Capitulari Congressu, suos Subditos, ac Religiosos commonendos curent, ejusdemque commonitionis coram Suprema Congregatione juratum Testimonium exhibeant.

Paulus Antonius Cappellonus S. Romanæ, & Universalis Inquisitionis Notarius.
Loco ✠ Sigilli.

Die 21. Augusti 1745. supradictum Decretum affixum, & publicatum fuit ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum Palatii S. Officii, ac aliis locis solitis, & consuetis Urbis per me Petrum Romolatium Sanctissimæ Inquisitionis Cursorem.

NUM.

NUM. IX.

Ad Constit. CXXI. fol. 299.

CELEBRATIO CAPPELLÆ

Pontificiæ in Basilica S. Mariæ Majoris die Festo CONCEPTIONIS Beatæ Mariæ Virginis decernitur.

In Consistorio Secreto habito die 26. Novemb. 1744.

Venerabiles Fratres.

PATERNA animi Nostri commiseratione non minus quam consilio vestro permoti statuimus, publicas in hac Urbe preces indicere, ut Pater Misericordiarum Deus dignetur vota Nostra respicere, quæ ad pacem Christianorum Principum unice tendunt, & ad optatam tranquillitatem Orbis, qui (quod nemo Vestrum ignorat) horribili malorum procella concutitur.

In plures itaque Urbis Ecclesias variæ distribuentur Missiones, ut per veram peccatorum pœnitentiam obsecrationes, & vota fiant coram Deo magis accepta, & unusquisque ad Sanctæ Indulgentiæ fructum percipiendum magis aptus ac paratus accedat. Cessabunt Sacræ Missiones pridie Festum CONCEPTIONIS Virginis Immaculatæ, in quo solemni die Nos Cappellam Pontificiam in Liberiana Basilica haberi volumus. Quod quidem non hoc anno tantum, sed singulis quibusque annis fieri mandamus, ac præcipimus, ut Cappella hæc Pontificia in honorem Immaculatæ Virginis quotannis celebranda cæteris annumeretur, ut nimirum ipsa Beatissima Virgo a Deo pro Nobis implorare dignetur, quod petimus; suoque patrocinio non minus Catholicam Religionem, quam hanc Apostolicam Sedem benigne tegere velit, ac fovere. Hoc Vobis significandum esse censuimus.

Sequitur Decretum de Cardinali, a quo Missarum solemnia dicta die celebranda sint.

Cum Sanctissimus Dominus Noster BENEDICTUS PAPA XIV. *in Secreto Consistorio diei 26. Mensis Novembris proximi præteriti alloquutionem habuerit Eminentissimis Patribus, qua publicas in Urbe indictas preces, ut Pater misericordiarum Deus sua vota respiceret, quæ ad Pacem Christianorum Principum, & ad optatam Orbis tranquillitatem unice tendunt, significavit; Eosdemque Missionibus in variis Urbis Ecclesiis distributis certioratos reddidit, ut quisque Fidelium per veram peccatorum pœnitentiam Plenariæ, quam indulsit, Indulgentiæ fructum uberiorem perciperet, nec non ut B. Mariæ Virginis Intercessione, cujus* CONCEPTIONIS *Festum imminebat, ferventius Urbs tota deposceret, singulis annis in Basilica Liberiana Pontificiam Cappellam, ipsa recurrente* CONCEPTIONIS *die, perpetuo habendam decrevit. Ut autem de Cardinali celebrante in prædicta sic instituta Cappella in futurum consuleret, Pontificum Prædecessorum suorum exemplo, qui in recurrentibus anni solemnitatibus Missas celebrandas nonnullis S. R. E. Cardinalibus, quibus vel ordinis, vel muneris ratio-*

ratione id congrue competere videbatur, assignarunt, a Cardinali pro tempore Burghesiani Sacelli Protectore singulis annis die Festo CONCEPTIONIS *B. Mariæ Virginis, sive dicta Cappella Papalis in Liberiana Basilica, sive propter obveniens aliquod impedimentum in Palatii Apostolici, vel Vaticani, vel Quirinalis, publico respective Sacello habentur, semper, & ubique Pontificalem Missam fore concinendam, statuit: Hanc vero Sanctissimam suam voluntatem, perpetuis futuris temporibus valituram, idem Dominus Noster suæ vivæ vocis oraculo in Diariis redigendam, ac in forma Decreti publicandam, ubi necessitas expostularet, ex injuncto mihi officio demandavit. In quorum omnium, & singulorum fidem præsens hoc documentum proprio charactere subscriptum, solitoque sigillo munitum dedi Romæ die 3. Decem.* 1742. *ejusdem Sanctissimi in Christo Patris Pontific. III.*

Ignatius Reali Apostolicis Cæremoniis Præfectus.

NUM. X.

Ad Const. CXLVI. fol. 364.

ADMISSIO

Nonnullarum Familiarum inter alias Civium Nobilium Romanorum.

S. P. Q. R.

CUM post editam Sanctissimo Domino Nostro Domino BENEDICTO PP. XIV. Constitutionem, quæ incipit *Urbem Romam sub datum Romæ apud S. Mariam Majorem die 4. Januarii* 1746. porrectus fuerit Sanctitati Suæ per Illustrissimos & Excellentissimos Dominos Almæ Urbis Conservatores libellus supplex nomine aliquarum Nobilium Familiarum, quæ Magistratibus Capitolinis perfunctæ, in enumeratione Familiarum, quæ in antedicta Bulla ad Romanam Nobilitatem adsciscebantur, fuerant prætermissæ; Placuit Sanctitati Suæ dictis Dominis Conservatoribus rescribere, Constitutionem non obstare, quin immo consentaneum esse menti, & voluntati Sanctitatis Suæ, ut Familiæ prædictis honoribus olim perfunctæ, demonstrata Personarum nunc existentium descendentia, absque aliis Nobilitatis probationibus Nobilium Romanorum libro adscribantur, prout de his omnibus constat ex dicto supplici libello cum rescripto ex Audientia Sanctissimi die 12. Januarii 1746. in Tabulario secreto Excellentissimæ Cameræ Capitolinæ asservato, ad quod &c. In horum igitur executionem, præviis probationibus ad formam supradicti rescripti fuerunt usque adhuc plures Familiæ de mandato Illustrissimorum & Excellentissimorum DD. almæ Urbis Conservatorum per me infrascriptum Sacri S. P. Q. R. Scribam in alio Nobilium Romanorum adscriptæ, nempe de anno 1746. die 25. Januarii Familiæ *Bonadies*, & *Boncompagni*, die 5. Octobris Familia *Gherardi*, die 14. Decembris Familia *Mazzini*, De anno vero 1747. proxime elapso die 30. Maji Familia *Olignani*, die 30. Augusti Familia *Orsini*, & die 2. Martii currentis anni 1748. Familia *Mazzanti*. De quibus omnibus plenissime constat ex publicis documentis in Tabulario secreto Excellentissi-

mæ


mæ Cameræ Capitolinæ asservatis, nec non ex libro Decretorum penes me Scribam Senatus infrascriptum existente. Insuper attentis probationibus in prælaudata Bulla decretis coram quatuor ex Illustrissimis Nobilibus Conscriptis scrutatoribus singulis vicibus sortito electis per authentica documenta peractis, fuerunt aliquæ Familiæ in hujusmodi Nobilium Romanorum Ordinem per secreta suffragia cooptatæ, nimirum de anno 1746. die 21. Julii Familia *Roncioni*, die 10. Novembris Familia *Panimolle* ac de anno proxime præterito 1747. die 30. Januarii Familia de *Carticella*, & die 25. Maji Familiæ *de Laviniis*. De quibus pariter satis superque constat ex publicis Diplomatibus, ac Scripturis in prædicto Tabulario secreto Excellentissimæ Cameræ Capitolinæ repositis, ac etiam, ex libro præfato Decretorum penes me asservato. Ut autem de his omnibus & singulis veritas ubique pateat, has præsentes Literas manu mea subscriptas, & solito, quo utor, Sacri S. P. Q. R. Signo munitas dedi, ac publicavi requisitus. In quorum fidem &c. Ex Capitolio anno ab urbe condita 2498. Ab Orbe autem redempto 1748. Quarto non. Martii.

Ita est Virginius Cincius S. P. Q. R. Scriba.

Loco ✠ Sigilli.

FINIS TOMI TERTII.

Remo Salvi
B. ultimo



Bened. XIV. Bull. 3.

consilii de Cœlo Nostris, atq
libus indictis jejuniis, publica
rium dierum spatio, concessa
Solemnis Canonizatio. cepimus. Tum adveniente ha
lemni supplicationis ritu ad
omnibus prædictis Venerabilib
Nostræ Aulæ Prælatis, Offic
& Regulari, & devotissimo
xis Christianorum Principum,
bis repræsentavit Dilectus Fil
natorum ejusdem Sanctæ Ron
cupatus: post sacros Hymnos,
dem, & gloriam Sanctæ, & I
& Christianæ Religionis augmen
torum Apostolorum Petri & Pauli
bilium Fratrum Nostrorum consilio
ga Sacerdotem Ordinis Fratrum
ta sancte traducta, & morte pro
raculis ipsius intercessione patr
Martyrem esse pronunciavimus
universa Catholica Ecclesia ho
Indulgentiæ. ve mandavimus: In Nomine Pa
Christifidelibus, qui singulis an
Ecclesiam Cathedralem Curien
vote visitaverint, septem annos
debitis pœnitentiis, eadem au
Mox Omnipotenti Deo cum
nem, demissasque preces per i
Apostoli Confessionem sacrosan
Sancti FIDELIS Martyris, ne
rum, Sanctæque Catharinæ V
rum, solemniter celebravimus
cunctis ibi præsentibus, plenar

Gratulemur igitur invicto Orth[...] Præconi, cui donatum est pro Christo, non solum, ut crederet in eum, sed etiam, ut pateretur pro eo, atque ita per momentaneum tribulationis certamen, ad æternum Beatitudinis triumphum perveniret in Cœlis, ubi eum pro Catholicæ Fidei dilatatione, & pro temporum Nostrorum tranquillitate, apud Auctorem pacis Nostræ, & consummatorem Fidei suæ, deprecatorem fore confidimus.

Præsentium transumptis auctoritas tribuitur. Ut autem præmissa omnia perpetuæ futurorum temporum memoriæ commendentur, Nos ea præsentium Litterarum Apostolicarum tenore in omnium per universum Orbem notitiam deduci voluimus; mandantes, ut earumdem præsentium transumptis, sive exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem ab omnibus fides habeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Sanctio. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc nostræ definitionis, decreti, adscriptionis, mandati, statuti, relaxationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Dat. Pontificatus Anno VI. 29. Junii 1746. Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ MDCCXLVI. III. Kalendas Julii, Pontificatus Nostri Anno VI.

✠ Ego

atholicæ Ecclesiæ Episcopus.

nen. Cardinal. Rufus Decanus, & S. R. E.

inalis S. Clementis S. R. E. Camerarius.
. Petra, Card. Pœnitentiarius.
dinal. Carafa.

ichius.

ri ad Vincula Presbyter Card. Lercari.

Presbyter Card. Burghesius.
Cœlio Presbyter Card. Gentili.
Martini Presbyter Card. Guadagni.
Card. de Aquaviva.
cim Apostolorum Presbyter Card. Rivera.
rum Presbyter Card. Spinula.

yter Card. de Ilcio.

✠ *Ego D. Tit. S. Bernardi ad Thermas Presbyter Card. Passioneus.*
✠ *Ego S. Tit. S. Priscæ Presbyter Card. Valenti.*
✠ *Ego J. F. Tituli SS. Quatuor Coronatorum Presbyter Card. Portocarrero.*
✠ *Ego C. Tit. SS. Joannis & Pauli Presbyter Card. Paulutius.*
✠ *Ego C. A. Tituli S. Mariæ de Pace Presbyter Card. Cavalchinus.*

✠ *Ego F. Tit. S. Mariæ de Populo Presbyter de Ricciis.*
✠ *Ego A. Tit. S. Sylvestri in Capite Presbyter Card. Rufus.*
✠ *Ego C. Tit. S. Mariæ de Ara-Cœli Presbyter Card. Calcagnini.*
✠ *Ego P. M. Tit. S. Agnetis extra muros Presbyter Card. de Montibus.*
✠ *Ego F. Tituli S. Matthæi in Merulana Presbyter Card. Tamburini.*
✠ *Ego J. Tit. S. Crucis in Hierusalem Presbyter Card. Besozzi.*

✠ Ego